

**BENEDICTI**

**PAPÆ XIV.**

**BULLARIUM.**

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

**BENEDICTI**

PAPÆ XIV.

**BULLARIUM,**

TOMUS PRIMUS,

*IN QUO CONTINENTUR CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ,  
ALIAQUE EDITA AB INITIO PONTIFICATUS USQUE  
AD ANNUM MDCCXLVI.*

---

*Volumen 2.*

---

EDITIO NOVA, SUMMO STUDIO CASTIGATA.



MECHLINIÆ,

Typis P.-J. HANICQ, typographi Celsiss. Domini *PRINCIPIS*  
*DE MEAN*, Archiepiscopi Mechliniensis.

*Superiorum permissu. — 1826.*

C 76.180

Harvard College Library

Oct. 11, 1912

Treat fund



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
**BENEDICTI PAPÆ XIV.**

CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ etc.

DE CONCURSU

LXVIII.

Et Examine habendo pro Parochialium Eccle-  
siarum collatione : De appellationibus ab  
irrationabili Ordinarii iudicio admittendis,  
vel rejiciendis.

*Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Pri-  
matibus, Archiepiscopis, et Episcopis.*

**BENEDICTUS PAPA XIV.**

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**C**UM illud semper plurimum formidaverit Eccle-  
Ecclesia Catholica, ne indignis quibusque, et <sup>sia</sup>, Con-  
extra sacerdotale meritum constitutis, Cura ani- cil. Tri-  
Tbm. II. A 3

**PONT.** marum, et Dominici Grecis custodia crederetur ;  
**A. III.** quia totius Familiæ status , et ordo nutat , si  
 dentini, quod requiritur in corpore , non invenitur in  
 et Sedis capite : Hinc Canonicis sanctionibus , ac præ-  
 Apostoli- sertim S. Trident. Synodi Decretis provide consul-  
 tatum est , regimen Ecclesiarum Parochialium iis  
 cæ mens esse committendum , quorum omnis ætas a pue-  
 circa dig- rilibus exordiis ad perfectiores annos per dis-  
 nioris ele- ciplinæ Ecclesiasticæ stipendia ita ecurrisset ,  
 ctionem ut de illorum supra alios profectione , ac po-  
 ad curam tiori doctrinæ , morum , ac diuturni laboris suf-  
 anima- rum. fragio , nefas esset dubitare. Quia vero perni-  
 ciosa apud plurimos opinio sensim invaluit ;  
 Tridentini Decretis non præscriptam esse Di-  
 gnioris electionem ; sed caveri tantummodo , ne  
 Indignis Ecclesiæ Parochiales , aliaque Benefi-  
 cia , quibus cura imminet animarum , confer-  
 rentur ; San. mem. Innocentius XI. Prædecessor  
 Noster erroneam doctrinam a vera , et sincera  
 Patrum mente longius deflectentem damnavit ,  
 et edocuit , quam prudens , ac diligens esse de-  
 beat Pastoralis Officii dispensatio.

**Ecclesiæ** §. 1. Ad tramites idcirco ejusdem Sanctæ Sy-  
**Parochia-** nodi , usu receptum est , occurrente Parochia-  
**les per** lis Ecclesiæ vacatione , quæ libere ab Ordina-  
**concur-** rio conferenda sit , Concursum institui , ut  
**sum pro-** habita in eo de cujuslibet ætate , moribus ,  
**videndæ.** doctrina , et sufficientia , solerti inquisitione ,  
 Episcopus eligat quem cæteris magis idoneum  
 judicaverit.

**Appella-** §. 2. At quia contingere quandoque potest ,  
**tio ab ir-** quod favore , vel gratia , vel minus æquo ju-  
**rationab.** dicio , minus digni Dignioribus præponantur ,  
**jud. Ep.** Sa. me. Pius V. Noster Prædecessor , ne quid  
**à Pio V.** in hujusmodi electione esset inordinatum , at-  
**permissa** que præposterum , edita saluberrima Constitutio-  
**in devolu-** tive , licere voluit injuste in Concursu rejectis ,  
**tivo.** interposita ad Metropolitanum , vel Episcopum  
 viciniorem , vel Sedem quandoque Apostolicam  
 appellatione , Præelectum ad novum examen pro-  
 vocare , et Ecclesiam alteri non rite collatam ,  
 novo facto meritorum periculo ; si ita jus es-

set, vindicare. Et ne frivolæ appellationis dif-  
fugio locus esset, provide ibidem cautum est,  
dictæ appellationi in devolutivo tantum deferri  
oportere, non suspensa, aut quoquo modo re-  
tardata Præelecto ab Ordinario Parochialis Ec-  
clesiæ possessione.

ANNO  
1742.

§. 3. Consultissimæ hujusmodi leges eum in  
finem institutæ, ne in tanti momenti re impe-  
riti magistri, novi antiquis, rudes præferantur  
emeritis, violatæ sunt hominum fraude, et ma-  
litiâ, ipsâ medelâ vulnus exasperantium. Sæ-  
pissime enim rejecti ab Ordinario, dictæ Con-  
stitutionis obtentu, in vocem Appellationis fa-  
cile prorumpere, et, minus legitima concurrente  
causa, Electos ab Episcopo ad novum examen  
provocare consueverant; illosque præterea, re-  
licta Gregis, et Ecclesiæ custodia, longum iter  
arripere, et diuturni laboris. temporis, et pe-  
cuniæ impensa exhaustos, litem in secunda,  
tertia, et ulteriori quandoque instantia susti-  
nere cogebant.

Abusus  
hujusmo-  
di appel-  
lationum.

§. 4. Quin etiam experientia compertum est,  
magno justitiæ detrimento litem ipsam absolvi.  
Quandoquidem ii, qui Examini se subjecerant,  
atque in primævo Concursu, utpote legitima-  
rum Institutionum nescii, rejecti fuerant,  
longa postmodum decurrente lite, sedulam li-  
teris ex industria navantes operam, præferri  
aliis merebantur, et aërbe succensebant Epi-  
scopo, judici quidem adeptæ, non autem adi-  
piscendæ peritiæ, per injuriam se fuisse re-  
jectos.

Et per-  
niciosus  
quando-  
que judi-  
ciorum  
exitus.

§. 5. Hinc apud bene moratos homines, et  
justitiæ vindices, frequens querelarum occasio:  
quibus sedandis cum Congregatio Concilii Tri-  
dentini Interpres omne studium, diligentiam-  
que conferret: Nobis, qui Secretarii munere  
fungebamur, mandatum est, ut sermone, ty-  
pis postea vulgato, rem sedulo expendere, in-  
gruentis mali originem, et apta eidem aver-  
tendo remedia investigare pro viribus nite-  
remur. Sensus hac de re Nostros explicantes,

Votum  
a SS. D.  
N. olim  
Cong-  
Conc. Se-  
cret. præ-  
latam et  
publica-  
tum.

PONT. vitio potissimum laborare comperuimus Praxim.  
 A. III. Examinis oretenus habiti, nec scriptis consi-  
 gnati: Electi siquidem ad Curam animarum ab  
 Ordinario Collatore, et ad iteratum examen  
 coram alio Judice provocati, jus legitimæ Col-  
 lationis tueri non poterant certo, ac permanenti  
 testimonio jam probatæ idoneitatis; sed a novi  
 Examinis alea, subeunda coram Judice Appel-  
 lationis, gestarum rerum prorsus ignaro, tota  
 res pendere videbatur. Quocirca gravi Justitiæ  
 detrimento recepta in Foro erat opinio, pro-  
 vocari posse ad alium Judicem, nullo exhibitò  
 indebitæ rejectionis documento. Quod quidem  
 cum a Sacrorum Canonum censura longiùs aber-  
 raret, facile huic corruptelæ occurri posse cen-  
 suimus, si certa primum, et apte disposita ha-  
 bendi Examinis forma præscriberetur; si quæ-  
 stiones Examinatis propositæ, et consentaneæ  
 illorum responsione, totaque rei gestæ series in  
 scriptis redigeretur; et si Acta demum totius  
 Concursus ad Judicem Appellationis integra as-  
 portarentur.

Quod a §. 6. Inita a Nobis consilii ratio non solum  
 Congrega- arrisit Congregationi, illam die 16. Novembris  
 tione, 1720. ratam habenti; sed etiam Pontificii ju-  
 mox et- dicii accessione roborata fuit a Clemente XI.  
 tiam a Pontifice Ecclesiasticæ Disciplinæ vindice, et assertore  
 Clemente eximio. Utque locorum Ordinarii ea omnia fi-  
 XI. proba- liali, quo par erat, obsequio, et diligentia  
 tum fuit. exequerentur; iis datæ sunt die 10. Januarii  
 1721. opportunæ Literæ nostro calamo exaratæ,  
 ejusdemque Pontificis sensu, et oraculo com-  
 probatæ, quarum tenorem, etsi aliàs prælo  
 commissum, et insertum in Bullario dicti Cle-  
 mentis Prædecessoris Nostri, congrue hic duxi-  
 mus referendum.

Epistola §. 7. Reverendissime Domine uti Frater. Quo  
 Congrega- Parochiales Ecclesie dignioribus Personis gu-  
 tionis no- bernandæ truderentur, statuit, ut notum est,  
 mine scri- bernandæ truderentur, statuit, ut notum est,  
 pta. Eccle- Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 24. cap. 18.  
 siæ disci- ut, vacante Ecclesia Parochiali, indiceretur, et  
 plina in fieret Concursus; ac, postquam Concurrentes ab

*Episcopo, vel ejus Vicario Generali, atque ab Examinatoribus Synodalibus saltem tribus, examinati, et approbati essent, Episcopus eum eligeret, quem ætate, moribus, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam necessariis, et opportunis, digniorem cæteris, magisque idoneum judicaret. Adjectique ad hanc Concilii Sanctionem validius confirmandam, re, et nomine Sanctissimus Pontifex Pius V., quod, si unquam Episcopus minus habilem, postpositis magis idoneis, elegisset, possent ii, qui rejecti essent, a mala ejusmodi electione ad Metropolitanum, vel, si ipse eligens Metropolitanus; aut exemptus foret, ad viciniorem Ordinarium, ut Sedis Apostolicæ Delegatum, vel aliàs ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac Prælectum ad novum examen coram ipso Appellationis Judice, et ejus Examinatoribus, provocare ea tamen cautione, ut appellatio non in suspensivo, sed in devolutivo esse deberet; quemadmodum in ejus Constitutione, quæ trigesima tertia est, latius cavetur; concludendo, quod, constituto de prioris Eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, Parochialis Ecclesia magis idoneo conferatur.*

ANNO  
1742.

provisio-  
nibus Ec-  
clesiarum  
Parochia-  
lium per  
concur-  
sum.

*Cum autem neque Concilii Decreto, neque Pontificis Bulla Examinis in Concursu peragendi forma, seu methodus ulla certa, ac peculiaris servanda proponatur; difficile dictu est, quanta Examinum, aliorum alibi diversitas, extiterit, atque hinc occasio querelarum. Nam alicubi, cum non eædem omnibus Quæstiones, non iidem casus propositi fuissent: erant identidem, qui, vel in judicio, vel extra conquererentur, sibi quidem postpositis difficiliore, Prælecto autem faciliores ad solvendum Quæstiones obtigisse. Alibi vero eædem quidem omnibus Quæstiones propositæ fuerunt, sed neque hæc, neque datæ a Concurrentibus responsiones, scripto, seu literis consignabantur. Cumque postmodum, nec raro contingeret, ut e postpositis quispiam, jure Bullæ supradictæ, novum ad Examen coram Judice*

Non ea-  
dem ubi-  
que exa-  
minis per-  
agendi for-  
ma.

Decretum  
annis 603.  
pro novo  
examine  
conceden-  
do absque



PONT. *Appellationis, ejusque Examinatoribus, Electum*  
 A. III. *provocaret: S. Congregatio usque ab anno 1603.*  
 prævia *considerans gravamen non alia ratione, quam*  
 probatio- *novo examine, probari posse; provocationem ad*  
 ne grava- *novum examen censuit admittendam, gravamine*  
 minis. *nec dum probato, et requisitis tantummodo pro-*

Sed alia *bato, per novum examen Appellantis, grava-*  
 deinde re- *mine quoad doctrinam, probanda superest ejus-*  
 quisita, *dem præ jam electo in reliquis ad regendam*  
 præter do- *Ecclesiam requisitis præstantia, ut de majori*  
 ctrinam *alterutrius ad Parochialis Ecclesiæ gubernium*  
 expend- *idoneitate Sententia ferri possit; cum non con-*  
 denda. *tinuo, si quis est doctior, is etiam aptior, seu*  
*magis idoneus ad id regimen habeatur, vel etiam*  
*habendus sit. Quam Sacræ Congregationis Sen-*  
*tentiam Scriptores, et Tribunalia laudarunt. Aliis*  
*demum in Diocesibus laudabilis invaluit con-*  
*suetudo, ut eædem omnibus Quæstiones, iudem-*  
*que casus proponantur; ac (ne qua detur ansa*  
*Cancellario quidquam suo martè addendi, mi-*  
*nuendi, mutandi) ut ipsimet Concurrentes, qui*  
*interrogati fuerint, quæque responderint, sua*  
*manu perscribant.*

Dubia *Atque Ordinarii, qui morem hunc longe op-*  
 super ad- *tinuum in examinando tenere, Sacræ deinde*  
 missione *Congregationi etiam, atque etiam considerandum*  
 appellatio *reliquerunt, his, qui sic-examinati essent, atque*  
 nis in ca- *postpositi, in posterum, ut solent, appellanti-*  
 sibus par- *bus, indulgenda, nec ne, statim Electi novum*  
 ticulari- *ad examen provocatio, nullæ gravaminis prære-*  
 bus, et in *quisita probatione, videretur; cum isti ex actis*  
 ulteriori- *primi examinis gravamen Doctrinæ facile alio-*  
 bus in- *quin probare possent; quod alii, aliter nimirum*  
 stantiis. *examinati, probare, nisi secundo, seu novo exa-*  
*mine, non poterant. Nec defuere alii probitatis,*  
*ac peritice in administrandis diu Ecclesiis laude*  
*præstantes, qui monerent, frænum aliquod hu-*  
*jusmodi Appellantium licentiæ tandem injicien-*  
*dum, eorumque jam nimis crebras novum ad*  
*examen provocationes esse reprimendas; quippe*  
*quæ vis unquam sine magno Ecclesiarum damno*

contingunt. Nam cum novum examen coram Judice Appellationis longe procul a Parochia peragendum sit; Electus ab Episcopo, qui provocatur, Parochiam, quam possidet, cogitur interea temporis deserere, eamque Oeconomus, vel Vicario cuiuspiam, veluti Sponsam ignotis Custodibus, relinquere, Sponso non parumper, sed diu sane abfuturo; dum nempe, implicita, ut fit, lite, terna etiam, vel quaterna, alia ex aliis, Examina, super præstantia primum doctrinæ, tum deinde aliorum, quæ ad integrandam idoneitatem opportuna sunt, contentiose multiplicentur, et commode, ne dicam otiose, transignantur, antequam deliberari possit utri Concurrentium Parochia sit adjudicanda.

ANNO  
1742.

Ad tollendam ejusmodi non minus quærelarum, quam incommodorum occasionem, Sacra Congregatio Concilii Tridentini Interpres, postquam rem omnem a capite repetitam in gemina sessione 1. Octobris, et 16. Novembris 1720. summo studio recognovit, tandem, Sanctissimo etiam annuente, statuit (quod per præsentem Literas encyclicas exequitur) omnes, et singulos Episcopos aliosque Prælatos, penes quos sit jus, et auctoritas faciendi Concursum, hortari, ut examen ejusmodi instituire non graventur, quale jam et multæ Dioceses, et Urbs ipsa observat, atque Apostolica etiam Dataria postulat; sive, cum, Sede vacante, vacat Ecclesia aliqua Parochialis, cujus collatio ad Sedem Apostolicam pertineat; sive cum vacat Parochialis aliqua, ut dicitur, juxta Decretum; sive demum, cum, vacante in Collegiatis, aut Cathedralibus Ecclesiis Dignitate aliqua majori, annexam habente Curam animarum, faciendus est Concursus, atque ad Apostolicam Datariam transmittendus, ut notum est, atque in Literis, quæ de ordine Sanctissimi, tunc e Dataria prodeunt, clare præscribitur.

Præscribitur Ordinariis uniformitas in Concursibus, et Examinibus.

Vacante itaque Ecclesia Parochiali, quæ conferenda sit per Concursum, atque hoc solitis formulis indicto; hæc, quæ sequuntur, ex Sacræ

Quid singulatim servan-

PONT. Congregationis Sententia, consilio, suasionem servanda proponuntur.

A. III.  
dum in  
provisio-  
nibus Ec-  
clesiarum  
per con-  
cursum.

1. Primum nempe, ut assignentur eadem omnibus Concurrentibus Quæstiones, eodem Casus, eisdemque Textus Evangelii, super quo sermonis aliquid perscribant, ad probandam dicendi pro concione facultatem.

2. Alterum, ut Casus, et Quæstiones resolvendæ dictentur omnibus eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore Textus Evangelii tradatur.

3. Tertium, ut certum, idemque omnibus spatium temporis constituatur, intra quod Casus resolvant, Quæstionibus respondeant, Conciunculam componant.

4. Quartum, ut eodem Concurrentes omnes in Conclavi claudantur, unde, quandiu scribent (dabitur enim omnibus scribendi copia) nemo eorum egredi, neque alius quispiam eo ingredi possit, nisi postquam scripta confecerint, et exhibuerint.

5. Quintum, ut omnes sua quisque manu tum responsa, tum sermonem scribant, subscribantque.

6. Sextum, ut responsa quidem latine, sermo autem ea, qua ad populum haberi solet, lingua scribatur.

7. Postremum, ut unumquodque responsum, et unusquisque sermo, cum ab unoquoque Concurrentium exhibebitur, non solum ab eo, qui scripsit, atque a Cancellario Concursus, verum etiam ab Examinatoribus, et ab Ordinario, vel ejus Vicario, qui Concursui interfuerint, subscribatur.

Præmissis omnibus servatis, appellatio post 10. dies interposita non admittatur.

Peracto secundum hanc formulam Concursu, collataque ei, qui magis idoneus, ac dignior judicatus fuerit, Ecclesia Parochiali, non admittatur Appellatio, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili judicio Episcopi, nisi intra decem dies a die Collationis interponatur.

*Si quis autem hoc intra spatium appellaverit, Actaque Concursus petat ad Judicem Appellationis transferenda; mittantur vel Acta ipsa originalia Concursus clausa, et obsignata, vel certe unum aliquod authenticum eorum exemplum, a Cancellario Concursus, atque altero Notario collocatum, et auscultatum coram Vicario, vel alio in Ecclesiastica dignitate constituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam Notarii Cancellario adjungendi electio pertinebit; necnon ab Examinatoribus Synodalibus, qui Concursui interfuerunt, subscriptum.*

ANNO  
1742.

Forma  
transfe-  
rendi Acta  
coram Ju-  
dice ad  
quem.

*Ex quibus actis, vel authentico eorum exemplo, nisi gravamen quoad doctrinam probet is, qui sic, ut præmittitur, examinatus, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili judicio Episcopi appellaverit, novum ad examen provocandi facultatem a Sacra Congregatione frustra postulabit.*

Gravame-  
ne quoad  
ad doctri-  
nam ex  
actis non  
probato,  
novum e-  
xamen mi-  
nime con-  
cedendum

*Quemadmodum et in judicio Appellationis persequi jus suum frustra tentabit is, qui forte se gravatum doleat quoad reliqua, nisi, interposita mature, ut dictum est, Appellatione ab irrationabili judicio Episcopi, gravamen quoad illa ostenderit, vel ex actis primi Concursus, vel saltem ex attestationibus, et documentis extrajudicialibus etiam, sed non levibus.*

Neque  
permit-  
tenda pro-  
secutio ap-  
pellatio-  
nis, nisi  
gravamen,  
quoad al-  
ia, sal-  
tem extra-  
judiciali-  
ter probe-  
tur.

*Atque ita quidem sensit Sacra Congregatio, et Sanctissimus assensit.*

*At si quis tamen Ordinariorum aliter, ac supra descriptum est, Concurrentiam examina instituire perrexerit, perget et Sacra ipsa Congregatio more pristino Appellantibus, qui se gravatos dixerint, provocationem ad novum examen, nulla gravaminis prævia probatione, indulgere. Interim tamen, ne harum literarum memoria dilabatur, vult eadem Sacra Congregatio, eas in uniuscujusque Ordinarii Cancellaria perpetuo*

Præmis-  
sis non  
servatis,  
admitte-  
tur appel-  
latio, et  
pro voca-  
tio ad no-  
vum exa-

PONT. conservari. Cujus interea consilium, tum voluntatem, dum ego omnibus significo, Amplitudini meam, et Tuæ fausta omnia e Cælo precor. Romæ hac die 10. Januarii 1721.

probato  
gravamine.

*Amplitudinis Tuæ,*

*Uti Frater,*

Dat. Die  
10. Jan.  
1721.

*P. M. Card. Corradinus Præfectus,*

*P. Lambertinus Secretarius.*

Pontificis experientia de præmissarum legum utilitate. §. 8. Quantum recte dispensandis Ecclesiasticis muneribus, administrandæ justitiæ, componendis dissidiis, continendisque in officio Clericis proficeret saluberrima præmissarum legum institutio, satis superque experientia comperuimus, cum Anconitanam primum Ecclesiam, ac deinde Bononiensem Sponsam nostram paterna charitate cominus amplecteremur; Freti siquidem dictarum legum præsidio, Digniores Parochiis, et Curæ animarum præfecimus: Tantaque, benedicente Domino, id accidit animorum consensione, ut nemo questus sit, traditum minus Digno celsioris loci præmium, vel minus justè alteri credita vacantis Ecclesiæ gubernacula.

Aliqua tamen adenda supersunt. §. 9. At quia certis admonemur indiciis, non ita id aliis Episcopis contigisse; imo non deesse qui privatis abrepti studiis, sæpe declinare, ac redarguere Judicium Episcopale præsumant: Nos propterea solliciti de implendis, prout decet, muneris Nostri partibus, nonnulla præfatis Literis addenda, nonnulla vero tacite, breviterque ibidem tradita, clarius explicanda censuimus, ut recte omnia, atque ex ordine peragantur.

De concurrentium idoneitate, non ex doctrina tantum, sed §. 10. Mœrentes igitur audivimus, quod in plerisque Diocesis, etsi recepta sit laudabilis firmiterque custodienda consuetudo in scriptis redigendi examen Concurrentium, nihilominus Examinatorum suffragia in sola literarum peritia versantur, nec illorum exquiratur sententia

de Clericorum ætate, institutione, gravitate, et honestate morum, prudentia, muniis antea exercitis, et an tales demum sint, qui Oves suas verbo, et exemplo jvare possint. Quam devia sit hujusmodi praxis a Tridentini semita, is plane intelliget, qui expendet verba relata *cap. 18. sess. 24. de Reformat: Peracto deinde examine, renuntientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint moribus, doctrina, prudentia, et aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis.* Idque probe noscens Congregatio ejusdem Concilii Interpret, pluries edixit, Examinatores suo deesse muneri, si doctrinæ tantum Judices essent, nec inquirerent, qui præ aliis, probitate morum, laboribus, præstito antea Ecclesiæ obsequio, cæterisque dotibus ad Officium Parochi cumulate obeundum necessariis, essent idonei, et commendabiles.

ANNO  
1742.

ex aliis etiam qualitatibus judicandum.

§. 11. Absoluto Examine, ut cuique satis competentum est, fit tantummodo potestas Examinatoribus renunciandi quotquot regendæ Ecclesiæ idoneos judicaverint, reservata uni Episcopo electione Dignioris, quemadmodum sancitum est a Tridentino illis verbis: *Ex hisque Episcopus eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit: At si quem Clericorum forte contigerit appellare a mala relatione Examinatorum, quorum cura unice versata fuerit in exquirenda doctrina, non facta uno eodemque tempore solerti etiam investigatione aliarum qualitatum, quæ Pastoris congruant officio: Ordo iudicii secumferet, ut etiam Judex, ad quem provocatum fuit, in sola doctrinæ indagine immeretur: Nec sine gravi animarum detrimento, et disciplinæ injuria, præficiatur Ecclesiæ, qui literis magis pollet, licet cætera minus aptus, et quandoque indignus; Contra vero arceatur ille, qui licet impar doctrinæ merito, attamen moribus, gravitate, prudentia, probato nomine, diuturno Ecclesiæ famulatu, ac multiplici virtutum laude præcellit.*

Super quibus expedit Examinatorum quoque sententias exquiri.

**POST.** §. 12. Factum præterea satis extirpandis abo-  
**A. III.** sibus non videtur, si tam Episcopus, quam  
 Et Judi- Examinatores, conjunctis studiis, industriæ  
 cem ap- nervos omnes intenderint in conferenda con-  
 pellatio- cordi judicio Ecclesia Personæ, quæ licet scientia  
 nis cognoscere. et literis alteri concedat, majori tamen cæterarum qualitatum eminenti ornameto; Siquidem Postpositus, suæ nimirum fidei doctrinæ, ab irrationabili Judicio Episcopi non raro appellat; Causaque ad Judicem Appellationis delata, idem totus est in perquirenda majori doctrina, ac reparando gravamine literato homini irrogato, nusquam librato aliarum virtutum pondere, quæ in Appellante desiderantur: Lugentque ut plurimum vigiles Ecclesiarum Antistites exitum hujusmodi appellationis, intimeque dolent, Parochias doctis, non aptis Pastoribus, ut dictum est, regendas committi.

Atque in §. 13. At si Judex etiam Appellatiopis (quod  
 judicio fe- raro evenit) tantum tribuens scientiæ, quantum  
 rando, le- satis, majori, et accuratiori examine inquirat,  
 gitimis qui mores hominum sint, quæ gravitas, pru-  
 probatio- dentia, qui suscepti antea labores, quæ virtu-  
 nibus. et tum specimina, quæ demum totius antea actæ  
 documen- vitæ ratio, pascendo Gregi consentanea: Tot  
 tis inniti. Judici exhibentur attestations ab Appellante ex  
 industria collectæ, ut, revocato Episcopali ju-  
 dicio, tamquam irrationabili, non vereatur  
 Judex succurrere eidem Appellanti, quem tam  
 copiosa, tamque conspicua probitatis adjuvant  
 documenta.

Habenda §. 14. Demum cum præcipue Episcopis, tam-  
 quoque quam in specula constitutis, pateant Subditorum  
 ratio Epi- excessus, contingere solet, ut in Concursu,  
 scopalis tam inspecta scientia, quam moribus, ille ido-  
 judicii ex- neus ab Examinatoribus renunciatur, cui fœda  
 informata aliqua vitii labes, ac criminis macula inusta  
 conscientia prolatis sit, omnibus, præterquam Episcopo, occulta:  
 Si Episcopus, justa suadente causa, crimine  
 non revelato, eundem criminis tacitus præ-  
 terierit, aliumque immunem a sorde præele-  
 gerit: Illico Postpositus, simulato gravamine,

provocat ad Superiorem Judicem criminis ignarum, et consueto diffugio Appellationis, evahitur ad Pastorale fastigium, qui non potest consulere Populo, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen.

§. 15. Ne igitur improbi ingenii homines remedium Appellationis, ad justitiæ præsidium institutum, callide traducant ad iniquitatis defensionem: Optimum factum aliquibus fortasse videretur, si Appellatione quavis sublata, cura præficiendi Rectores animarum prorsus relinquere Episcopis, rationem villicationis suæ Christo Judici tantum reddituris. Verum nullo pacto probare id possumus, quod adversaretur menti Concilii Tridentini, tacite permittentis Appellationem in devolutive a mala relatione Examinatorum, quemadmodum innuere videntur verba illa: *Nec prædictorum Examinatorum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio, et Appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, sive ejusdem Sedis Legatos, aut Vice-Legatos, aut Nuntios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita impediatur, aut suspendatur.* Cui Sanctioni respondet etiam Constitutio Piana, admittens Appellationem in devolutive ab irrationabili. *Judicio Episcopi.*

§. 16. Qua de re, ut in hujusmodi negotio apte omnia, atque composite peragantur, Officii Nostri esse duximus, eum vobis, Ven. Fratres, gerendarum rerum ordinem præscribere, quem longo usu utilem agnovimus instituendis animarum Rectoribus, qui credito sibi Gregi præesse, et prodesse possint.

I. Episcopus, habita notitia vacationis Ecclesiæ, statim ad præscriptum Tridentini, iloneum in ea deputet Vicarium, cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore vacante provideatur.

II. Publico evulgetur Edicto notitia Concursum, congruo, et ab Episcopo præfinito tempore Concur-

Appellatio saltem devolutiva denegari nequit ex Conc. Trid.

Series Actorum servandorum in Parochialium provisione per concursum.

Deputatio Vicarii in

Indictio



**P o n t.** celebrandi : eodemque Edicto omnes clare, et  
**A. III.** aperte moneantur, ut interim decurrente termino  
 sus, cum assignato, coram Cancellario Episcopali, vel altero ab Episcopo deputando, suarum qualitatum, præfixione terminorum, et munerum probationes, attestations tam judiciales, quam extrajudiciales, aliæque id genus documenta, quæ fraude vacent, exhibenda in actis exhibeant; Alioquin, dicto termino elapso, Documenta hujusmodi, quæcumque, et qualia-cumque ea sint, nullatenus recipientur.

**Summa.** III. Eveniente die Concursus, a Cancellarium Episcopali singulorum merita, qualitates, et Re-quisita, (ut vocant,) incorrupta fide deprompta a Juribus tempore habili exhibitis, in scriptis summatim redigantur : Porro copia Epitomes tradetur non solum Episcopo, vel Vicario Generali vices illius obeunti, sed sigillatim omnibus Examinatoribus ad Concursum adscitis, ut eum de scientia, tum de vita, moribus, aliisque regendæ Ecclesiæ necessariis dotibus ferant judicium.

**Forma.** IV. Die præstituta ab Episcopo habeatur Concursus, servata accurate in omnibus forma tradita in supra relatis Literis anno 1721. editis, totaque rerum in eo gestarum series scriptis diligenter enucleetur. Porro Examinatores, ad assequendam certam, et indubiam conjecturam scientiæ, postquam diligenter expenderit singulorum peritiam in evolvendo, explicandoque oretenus aliquo Ecclesiasticæ Doctrinæ capite, vel a SS. Patribus, vel a Sacro Concilio Tridentino, vel a Catechismo Romano excerpto, ac pari diligentia libnaverint a quolibet scripto datas responsiones quæstionibus propositis ; Et postquam demum deprehenderint qua quisque polleat gravitate sententiarum, et elegantia sermonis in Conciuncula scripto pariter exarata, et Textui Evangelico, vel alteri dato Themati accommodata : parem, ni forte majorem solertiam Examinatores adhibeant in perserutandis aliis qualitibus, regimini animarum consentaneis ; morum honestatem inquirant, gravitatem, pru-

dentiam, præstita hactenus Ecclesie obsequia, acquisitam in aliis muneribus laudem, aliaque spectabilium virtutum ornamenta, Doctrinæ arcto fœdere consocianda; hisce omnibus conjunctim expensis, inhabiles per sua suffragia rejiciant, et idoneos Episcopo renuntient.

ANNO  
1742.

V. Absoluto Concursu ab Episcopo, vel, eo impedito, a Vicario Generali una cum Examinatoribus Synodalibus non paucioribus quam tribus, Notula compendiaria Requisiteorum antea distributa tradatur Cancellario, qui illam comburat, vel penes Acta secreto custodiat, et nemini ostendat, nisi de mandato Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis. Subinde vero Ordinarius, cum primum ei libuerit, eligat ex approbatis Digniorem, nec illi Possessio, ullo Appellationis vel Inhibitionis obtentu, retardetur.

Suppressa  
requisito-  
rum no-  
tula, di-  
gnior ab  
Ordinario  
eligendus  
et in pos-  
sessionem  
inducen-  
dus.

VI. Si quem Clericorum appellare contigerit a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili Judicio Episcopi, coram Judice Appellationis Acta Concursus integra omnino producat. Et Judex, nisi illis visis, et gravamine comperto, Sententiam non pronunciet. Præterea in ferenda Sententia, ac reparando gravamine, idem Judex innitatur solummodo probationibus ab Actis elicitis, tam respectu doctrinæ, quam aliorum meritorum. Quia vero a publica indicatione, usque ad diem habiti Concursus, tantum temporis intercessit, quantum satis fuit commode exhibendis necessaria juribus, attestationibus, requisitis, aliisque meritorum documentis; Idcirco, ut quævis via fraudibus præcidatur, volumus, ac districte mandamus, ne dd. Attestationes, Fides tam judiciales, quam extrajudiciales, et documenta quæcumque studiose conquisita, et post Concursum, ut ajunt, expiscata, ullo modo recipiantur. Non obstantibus supra memoratis Literis, a Congr. Conc. Trid. Interprete anno 1721. editis, quibus ad præmissorum effectum in hac parte derogamus, illis tamen in reliquis, una cum omnibus in eis contentis, firmiter in suo robore permansuris.

Appella-  
tione in-  
terposita,  
Judex ad  
quem non  
pronun-  
ciet nisi  
secundum  
acta.



Illa significet secretis literis S. R. E. Cardinali **ANNO**  
 Præfecto pro tempore Congregationis Concilii, **1742.**  
 qui nec consilio, nec auctoritate deerit, quo mi- **habens**  
 nus a Judice Appellationis debitus justitiæ locus **Judicem**  
 tribuatur. **AD**

§. 17. Præterea quia æquitati etiam convenit, **QUEM,**  
 Causas Appellationis, quæ magno Litigantium **Judicii**  
 dispendio, et Ecclesiæ perniciæ, immortales quan- **sui causas**  
 doque existunt, quanta fieri potest brevitate **aperiet**  
 terminari: Idcirco ubi a Judice Appellationis **Præfecto**  
 lata sit Sententia, quæ præelectioni factæ ab **Congr.**  
 Concilii.  
 Episcopo omnino sit conformis, nullus pateat **Dæcon-**  
 novæ Appellationi aditus, sed auctoritate Rei **formes in**  
 judicatæ controversiæ finis imponatur. Sin vero **utramli-**  
 Judex Appellationis aliter, quam Ordinarius, **bet par-**

pronunciaverit, liceat Præelecto ab Episcopo, **tem, judi-**  
 qui Causa cecidit, ad alium Judicem appellare, **cio finem**  
 firmiter interim retenta Parochialis Ecclesiæ **imponent**  
 possessione. Tandem postquam tertius quoque  
 Judex Sententiam dixerit, ne Partes ultra mo-  
 dum graventur laboribus, et expensis, præser-  
 tim quia agitur de Cura animarum, cui damno-  
 sum est, certi Pastoris destitui solatio; Is legi-  
 timum regendæ Ecclesiæ jus obtineat, cui duæ  
 conformes assistunt Sententiæ, nec ullum novæ  
 Appellationis remedium succumbenti suffragetur.

§. 18. His sane regulis, quamvis Appellatio **Præmis-**  
 sublata non sit, satis tamen præsidii compara- **sorum ex-**  
 tum esse arbitramur Ecclesiasticæ disciplinæ, ac **ecutio Or-**  
 recto gerendarum rerum ordini. Unum superest, **dinariis**  
 ut proposita hactenus media debitæ executioni **commen-**  
 mandentur; Eumque in scopum Locorum Ordini- **datur.**  
 narii vigilantiam suam desiderari non patiantur.  
 Ferendum quippe non esset, ad nostri Aposto-  
 latus auditum novas in diem deferri quærelas,  
 ac submovendis abusibus novas implorari leges,  
 ab iis, qui jam præstitutas negligunt et conte-  
 mnunt.

§. 19. Demum cum non raro contingat, Ec- **Pro col-**  
 clesiis Parochiales, Dignitates, Canonicatus, **latione**  
 aliaque Beneficia Curam animarum habentia, **Ecclesiæ**  
 a Sede Apostolica esse conferenda; vel quia va- **a S. Apost.**

PONT. VII. Ubi vero Episcopus, posthabito uno, vel  
A. III. altero ex approbatis, Ecclesiam contulerit magis

Si Or- idoneo ob aliquam sibi ipsi tantum notam cau-  
dinarius sam, quam censeat significari oportere Judici  
processe- Appellationis, ad detergendam injustæ fortasse  
rit ex in- præelectionis notam: Familiaribus literis Judi-  
formata cem certiore efficiat, inviolabilis secreti lege  
conscien- adjecta. Nemo sit, qui hanc praxim Nostræ tri-  
tia, cau- buat solertia, cum illa profluat a Tridentini  
sam sibi notam, Decretis. *Sessione etiam 24. cap. 20. de Reform.*  
per Lite- ita disponitur: *Præterea si quis in casibus a*  
ras fami- *Jure permissis appellaverit, aut de aliquo gra-*  
liares in- *vamine conquestus fuerit, seu aliàs, ob lapsum*  
dicabit Ju- *biennii, de quo supra, ad alium Judicem recur-*  
dici supe- *rerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta*  
riori. *ad Judicem Appellationis expensis suis transferre,*  
**EODEM TAMEN EPISCOPO PRIUS AD-**

Qui nec Et quamvis jure Nobis timendum sit, ne dicta  
illam re- praxis monendi Judicem, a quo appellatum est,  
velare po- in more olim posita, hac tempestate obsoleverit,  
terit, nec et a Foro recesserit; Attamen Episcopus (ut  
juridice dictum est) si ex causa sibi tantum, et non aliis  
probari nota, quæ tamen approbari digna sit, Ecclesiam  
postula- contulerit; illam Judici Appellationis, datis se-  
bit. creto literis, denunciaret, et aperiat. Sciant porro  
Judices, delatas ab Episcopo causas, et rationes,  
inviolabilis secreti fide esse custodiendas; nec  
parvi pendendum esse testimonium illius Pasto-  
ris, cui Divino mandatur eloquio, Oves suas  
agnoscere. Facile enim credi non potest, Epi-  
scopos suæ non minus, quam alienæ salutis adeo  
immemores, ut non deterriti Divini intermina-  
tione Judicii, odio vel favore moveantur; et in  
Sacrorum Canonum singularem injuriam, *di-*  
*cant malum bonum, bonum malum, ponentes*  
*tenebras lucem, et lucem tenebras.*

Ordina- Si vero Episcopo fuerit suspecta fides Judicis.  
rius, su- ad quem appellatum est, nec eidem revelanda  
spectam censuerit hujusmodi occulta rationum momenta:

Illa significet secretis literis S. R. E. Cardinali ANN O  
 Præfecto pro tempore Congregationis Concilii, 1742.  
 qui nec consilio, nec auctoritate deerit, quo mi- habens  
 nus a Judice Appellationis debitus justitiæ locus Judicem  
 tribuatur. AD

§. 17. Præterea quia æquitati etiam convenit, QUEM,  
 Causas Appellationis, quæ magno Litigantium Judicii  
 dispendio, et Ecclesiæ perniciæ, immortales quan- sui causas  
 doque existunt, quanta fieri potest brevitate aperiet  
 terminari: Idcirco ubi a Judice Appellationis Præfecto  
 lata sit Sententia, quæ præelectioni factæ ab Congr.  
 Episcopo omnino sit conformis, nullus pateat Concilio.  
 novæ Appellationi aditus, sed auctoritate Rei Dæe con-  
 judicatæ controversiæ finis imponatur. Sin vero formes in  
 Judex Appellationis aliter, quam Ordinarius, utramli-  
 pronunciaverit, liceat Præelecto ab Episcopo, bet par-  
 qui Causa cecidit, ad alium Judicem appellare, tem, judi-  
 firmiter interim retenta Parochialis Ecclesiæ cio finem  
 possessione. Tandem postquam tertius quoque imponent  
 Judex Sententiam dixerit, ne Partes ultra mo-  
 dum graventur laboribus, et expensis, præser-  
 tim quia agitur de Cura animarum, cui damno-  
 sum est, certi Pastoris destitui solatio; Is legi-  
 timum regendæ Ecclesiæ jus obtineat, cui duæ  
 conformes assistunt Sententiæ, nec ullum novæ  
 Appellationis remedium succumbenti suffragetur.

§. 18. His sane regulis, quamvis Appellatio Præmis-  
 sublata non sit, satis tamen præsidii compara- sorum ex-  
 tum esse arbitramur Ecclesiasticæ disciplinæ, ac cutio Or-  
 recto gerendarum rerum ordini. Unum superest, dinariis  
 ut proposita hactenus media debitæ executioni commen-  
 mandentur; Eumque in scopum Locorum Ordini- datur.  
 arii vigilantiam suam desiderari non patiantur.  
 Ferendum quippe non esset, ad nostri Aposto-  
 latus auditum novas in diem deferri quærelas,  
 ac submovendis abusibus novas implorari leges,  
 ab iis, qui jam præstitutas negligunt et contem-  
 nunt.

§. 19. Demum cum non raro contingat, Ec- Pro col-  
 clesias Parochiales, Dignitates, Canonicatus, latione  
 aliæque Beneficia Curam animarum habentia, Ecclesiæ  
 a Sede Apostolica esse conferenda; vel quia va- a S. Apost.

P O R T. caverint in mensibus reservatis, vel quia ex alio  
 A. III. capite dictæ Sedis reservata sint; Nos Præde-  
 providen- cessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, præci-  
 dæ, liceat pimus, et mandamus, ut uno vel altero eveniente  
 semper casu, Concursus ab Episcopo sine ullo discrimi-  
 Ordinariis Cou- mine indicatur, nulla ad hunc actum petita  
 cursum venia, vel licentia, quam Nostris hisce literis  
 indicere, sibi tributam Episcopi intelligant.

§. 20. Absoluto concursu, si res sit de Bene-  
 ficiis Curatis, quæ tantum ratione Mensium re-  
 servata sint, Epi-copus inter approbatos eligat  
 Item di- magis Idoneum, et Dataria significet, nec Acta  
 gnio-rem eligere, Concursus transmittat, nisi a Dataria, cum id  
 eligere, non trans-  
 missis ac- oportunitum duxerit, requirantur. Sin vero dicta  
 ctis, pro Beneficia, quibus cura imminet animarum, ex  
 collatione alio quovis capite, quam mensium Apostolicorum,  
 Ecclesiæ S. Sedi reservata sint; Eo sane casu, veteri non  
 Sedi A. immutato more, abstineat Episcopus a ferendo  
 post. re. Dignioris judicio, et Acta concursus ultro Da-  
 servata taria exhibeat.

RATIO- §. 21. Licebit tamen Ordinariis, pro suo ar-  
 NEMEN- bitrio, familiaribus literis Datario scriptis, ei-  
 SIS. dem denunciare Personam, quam censent re-  
 Secus, si gendæ Ecclesiæ magis idoneam, eundemque  
 ex alia commonere, an occulta aliqua, et in Actis juste  
 causa re- reticita subsit causa, quæ cupiam obstet ad Be-  
 servationi neficium Curatum obtinendum. Nos ipsi post-  
 fuerit ob- modum ab hac Sede omnium Principe, et Ma-  
 noxia. gistra, luculento edocebimus exemplo, quanti

Pontifex faciendum sit Episcopale judicium, quantoque  
 Ordinario. vos honore prosequamur, Venerabiles Fratres,  
 rum judi- in partem Nostræ sollicitudinis evocatos, quibus  
 cio mul- in partem Apostolicam Benedictionem peramanter  
 tum defe- impertimur. Datum Romæ apud St. Mariam Ma-  
 ret. jorem die XIV. Decembris MDCCXXIII. Penti-  
 Dat. die ficatus Nostr. Anno III.

14. De-  
 cembri-  
 1742.

ANNO  
1742.

## VOTA SIMPLICIA

LXIX.

In Congregatione Missionis emissa, a nemine, quacumque ex causa, præter quam a Romano Pontifice, aut a Superiore Generali Congregationis in actu Dimissionis tantum, dissolvi posse statuitur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

**Q**uo magis uberes, ac salutares in Catholica Pontificis Ecclesia fructus in dies, benedicente Domino, studium Congregationem Missionis a S. Vincentio de erga Congregatio- Paulo Fundatore olim institutam, et æterna cum- nem Mis- animarum Christifidelium salute latissime pro- sionis. pagatam, proferre dignoscimus, eo magis luculentis Apostolicæ auctoritatis providentiæque nostræ studiis eamdem complecti volumus, ut majora semper accipiat incrementa.

§. I. Aliàs sane fel. rec. Alexander PP. VII. Alex. VII. Prædecessor noster, de tunc existentium S. R. E. approbat Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Congrega- consilio, ad ejusdem S. Vincentii Fundatoris in- tionis in- humanis agentis supplicationem, per quasdam stitutum et profes- suas in simili forma Brevis literas die xxii. mensis Sept. anno MDCLV. expeditas, in perpetuum votorum sionem eamdem Congregationem Missionis inceptam, et simplicium a solo Pont. approbatam, Apostolica auctoritate sua appro- bavit, et confirmavit, cum emissione Votorum aut Sup. simplicium Castitatis, Paupertatis, et Obedientia, necnon stabilitatis in dicta Congregatione, Gen. dis- ad effectum se toto vitæ tempore saluti Paupe- rum Rusticanorum applicandi, post biennium solv. Probationis faciendæ, in quorum tamen Voto- rum emissionem nemo intorsit, qui ea acceptet,



PONT. A. III. sive nomine Congregationis, sive nostro et pro tempore existentis Romani Pontificis nomine, et vota sic, ut supra, emissa dissolvere possit solus Romanus Pontifex, necnon et Superior Generalis dictæ Congregationis in actu dmissionis e Congregatione; nemo autem alius, etiam vigore cujuscumque Jubilæi, Bullæ Cruciatæ, seu alterius privilegii, et indulti, aut cujuscumque Constitutionis, sive Concessionis, nisi in eis facta fuerit specialis mentio horum votorum sic, ut supra, in dicta Congregatione emissorum, dissolvere, aut commutare, vel dispensare possit et valeat, et aliàs prout in dictis literis Alexandri Prædecessoris præfati, quarum tenorem præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus, uberius continetur.

Statuta §. 2. Deinde, fel. pariter rec. Clemente PP. ambitum IX. itidem Prædecessore nostro, qui quasdam prohibentia Constitutiones in Comitibus Generalibus dictæ Clementi IX. Congregationis pro ejusdem meliori regimine exhibita, conditas, recognoscendas, examinandasque a Clemente X. quot Romanæ Curie Prælati commiserat, viam confir. universæ carnis ingresso, easdem Constitutiones mantur. jam recognitas, et examinatas rec. mem. Clementis PP. X. similiter Prædecessor noster per alias suas in pari forma Brevis literas die 11. mensis Junii anno MDCLXX. datas, quarum tenorem pariter præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus, Apostolicæ auctoritatis patrocinio communiavit; inter quas quidem Constitutiones nona in Ordine ita præscribit: *Dignitates Ecclesiasticas absque consensu Conventus generalis acceptare non poterit (scilicet Superior Generalis), nisi Summus Pontifex id in virtute sanctæ obedientiæ præcipiat.* Quod sane etiam cautum videtur in Regulis, seu prioribus Constitutionibus Congregationis præfatæ c. 3. §. 10. in quo sic habetur: *Quoniam virtus paupertatis solo etiam appetitu inordinato ad bona temporalia potest violari, unusquisque diligenter cavebit, ne hoc malum, etiam quoad beneficia sub specie boni spiritualis ambienda, cor suum invadat; ideoque,*

*ideoque, ne quidem ad ullum beneficium, aut dignitatem Ecclesiasticam, sub quocumque præ-textu aspirabit.* A N N O  
1742.

§. 3. Præterea cum aliqui, post antedicta vota in eadem Congregatione emissa, ipsam Congregationem deseruerint, asserentes se dictorum votorum dispensationem, seu commutationem obtinuisse a quibusdam Confessariis, vigore Litterarum Apostolicarum super Jubilæo emanatarum, ac prædictos Confessarios potuisse dispensare, seu commutare hujusmodi vota, quia in dictis literis conceditur facultas commutandi vota quæcumque, Castitatis, et Religionis exceptis, ac deinde in fine derogatur contrariis quibuscumque, et in specie Statutis, et Consuetudinibus quorumcumque Ordinum, ac Congregationum, seu Institutorum Regularium, etiam confirmatione Apostolica roboratis, nec non privilegiis, indultis, et literis Apostolicis eisdem Ordinibus, et Congregationibus concessis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa et individua mentio habenda foret: memoratus Clemens X. Prædecessor per alias pariter suas in simili itidem forma Brevis literas die xxiii. mensis Junii anno MDCLXX. datas, de consilio tunc existentium S. R. E. præfatæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, declaravit, vota prædicta in dicta Congregatione Missionis post illius confirmationem Apostolicam præfatam emissa, vel emitenda, ab aliis, quam a pro tempore existente Romano Pontifice, et Superiore Generali ejusdem Congregationis, in actu dimissionis ab ipsa Congregatione, licite, et valide non potuerint, nec possint dispensari, commutari, aut aliàs quomodolibet dissolvi vigore cujuslibet Jubilæi, Bullæ Cruciatæ, seu alterius Privilegii, Indulti, Constitutionis, sive concessionis, non facientium expressam dictorum votorum mentionem.

§. 4. Quoniam autem, sicut accepimus, ex Presbyteris, qui in eandem Congregationem admissi ac probati, antedicta vota emiserunt, Causæ  
obtendi,

**ПОНТ.** et in doctrinarum, bonarumque artium studiis,  
**A. III.** non sine magno ejusdem Congregationis dispen-  
 cari soli- dio, instituti, per non breve temporis spatium  
 tā ad ex- commorati fuerunt, regularis observantiæ per-  
 torquen- tæsis, ut ex ipsa Congregatione egrediantur, alii  
 das dis- quidem varias infirmitatis causas obtendunt, alii  
 pensatio- vero Beneficia Ecclesiastica in Cathedralibus,  
 nes. Collegiatis, aliisque Ecclesiis personalem resi-  
 dentiam requiruntia omnimodis artibus sibi con-  
 ferenda procurant, alii etiam ad Ecclesias, qui-  
 bus pastoralis animarum cura adnexa est, ob-  
 tinendas concurrunt, ac deinde votorum emis-  
 sorum dispensationem, præmissorum obtentu,  
 extorquent. Quæ certe in hujusmodi votis, ac  
 præsertim voto stabilitatis, dispensandi facilitas,  
 aliàs fere inaudita, in causa est, ut, quam-  
 plurimis in Galliis, Italia, et Polonia ex eadem  
 Congregatione nuper egressis, incitamento sit  
 et exemplo aliis, quo omnem aditum egrediendi  
 sibi aperire studiose meditentur, et interea Con-  
 gregationis præfatæ munera negligentius obeantur,  
 ac propterea incrementum, quod eidem  
 Congregationi Deus dare cœpit, sensim disper-  
 datur. Hinc est, quod Nos, qui Congregationem  
 præfatam semper plurimi fecimus, et quanto  
 Clericis in sortem Domini vocatis ad vocationis  
 suæ munera rite sancteque adimplenda adju-  
 mento sit, novimus, salutare aliquod remedium  
 hac in parte adhibere cupientes, motu proprio,  
 et ex certa scientia, ac matura deliberatione  
 nostris, deque Apostolicæ auctoritatis plenitu-  
 dine, tenore præsentium, non solum omnia, et  
 singula in Constitutionibus, et Regulis ejusdem  
 Congregationis, ut præmittitur, contenta, et  
 de novo statuta, ac ab Apostolica hac Sancta  
 Sede iterum atque iterum approbata, et con-  
 firmata, iterum, quatenus opus sit, de novo  
 approbamus, et confirmamus, illisque inviola-  
 bilis perpetuæ Apostolicæ firmitatis robur ad-  
 jicimus, verum etiam quamcumque in dispen-  
 sando pro votis hujusmodi, ac præsertim voto  
 stabilitatis, facultatem, tum ordinariis Nostris

**Pontifex**  
**relatas**  
**Constitu-**  
**tiones con-**  
**firmat, et**  
**innoval.**

**Adimit**  
**quibusli-**  
**bet facul-**  
**tatem dis-**  
**pensandi**  
**quoad**  
**prædicta**  
**vota, ex**  
**quacum-**  
**que causa.**

et Apostolicæ Sedis præfatæ pro tempore ubicumque existentibus Nuntiis, et Legatis, tum omnibus, et singulis Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, quavis auctoritate, privilegiis, et indultis, quibus omnibus, quoad hanc partem, motu, scientia, potestate, ac tenore paribus derogamus, quomodolibet competentem, et respective attributam, omnino inhibemus, et inhibitam esse volumus, ac declaramus; ita ut quælibet dispensatio pro votis supradictis, ac præsertim stabilitatis, cuilibet Presbytero, seu Clerico, vel Laico dictæ Congregationis, ob quamcumque causam, a quibusvis, etiam speciali mentione dignis, (dummodo non fuerit concessa per Nos, et pro tempore existentem Romanum Pontificem Successorem nostrum, sive per modernum pariter, et pro tempore existentem Superiorem Generalem ejusdem Congregationis in actu dimissionis tantum, juxta præfatas Constitutiones), quomodolibet concessa, et quælibet cujuscumque Beneficii Ecclesiastici personalem residentiam requirentis vel animarum curam extra dictam dumtaxat Congregationem unitam habentis, collatio, cuilibet ex Presbyteris, et Clericis præfatis quomodolibet facta, et capta etiam possessio, irritæ, et nullæ sint, ac nullius roboris, et momenti habeantur, perinde ac si minime concessa, facta et capta fuisset, ac propterea nemini, ad quem spectat, et pro tempore quandocumque in futurum spectabit, annullat. suffragentur.

Eamque  
reservat  
Rom. Pon-  
tifici, aut  
Super. Ge-  
nerali tan-  
tum in a-  
ctudimis-  
sionis.

Collatio-  
nes Bene-  
ficiorum  
curat., aut  
resid. Mis-  
sionariis  
factas, et  
faciendas  
annulat.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective, et inviolabiliter observari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii

Clausulæ  
de perpetua Lite-  
rarum firmi-  
tate.

**PONT.** Apostolici Auditores, ac S. R. E. præfatæ Car-  
**A. III.** dinales, etiam de Latere Legatos, et Aposto-  
 licæ Sedis prædictæ Nuntios, ac quosvis alios  
 quacumque præeminentia, et potestate fungen-  
 tes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet  
 quavis aliter judicandi, et interpretandi facul-  
 tate, et auctoritate, judicari, et definiri debere;  
 ac irritum, et inane, si secus super his a quo-  
 quam quavis auctoritate scienter, vel ignoran-  
 ter contigerit attentari.

**Deroga-** §. 6. Non obstantibus præmissis, necnon no-  
**ones.** stra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure  
 quæsito non tollendo, ac Constitutionibus, et  
 Ordinationibus Apostolicis in contrarium præ-  
 missorum quomodolibet concessis, confirmatis,  
 et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, il-  
 lorum tenores præsentibus pro plene, et suffi-  
 cienter expressis, ac de verbo ad verbum in-  
 sertis habentes, illis aliàs in suo robore perman-  
 suris, ad præmissorum effectum hac vice dum-  
 taxat specialiter, et expresse derogamus, cæte-  
 risque contrariis quibuscumque.

**Exem-** §. 7. Volumus autem, ut earumdem præsen-  
**lorum** tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam  
**auctoritas** impressis, manu alicujus Notarii publici vel  
 Secretarii Generalis dictæ Congregationis sub-  
 scriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesia-  
 stica constitutæ, vel Superioris Generalis Con-  
 gregationis præfatæ munitis, eadem prorsus fi-  
 des adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præ-  
 sentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

**Dat. die** Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-  
**18. Dec.** rem sub Annulo Piscatoris die xviii. Decembris  
**1742.** MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

*D. Card. Passioneus.*

## CONSECRATIO

LXX.

Hieronymi de Bock in Pseudo - Episcopum Harlemensem damnatur : et excommunicationis ac suspensionis sententia in ipsum pronuntiatur.

*Dilectis Filiis Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecti Filii, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

**O**BSURDESCIT quotidie magis infandum Schisma, paucorum perfidia apud vos conflatum ; nec desinit in præceps ruere, ac novis in dies sceleribus irritare amantissimi Patris animum, sibi que a bonis omnibus ludibria cumulare. Exordium

§. 1. Cognovimus enim Petrum Joannem Meyndarts funestissimum ejusdem Schismatis Caput, ausum fuisse refricare illatum Catholicæ Ecclesiæ tam diræ perduellionis vulnus, illegitimo Ritu, et fucatis Ceremoniis consecrato in Harlemensem Pseudo-Episcopum Hieronymo de Bock, ejus simiolo, parique invereconda fronte, ac protervitate. Refertur  
Consecratio  
Pseudo-Episcopi  
Harlemensis.

§. 2. Detestamur utique indignum facinus, dolemusque, nullum ab iis, eorumque Sæctoribus fieri furendi finem. Non tamen adhuc exuimus paternam misericordiam, ac veluti mater, confecta incredibili mœrore super insanientem filium, pietate potius, quam iracundia percellimur. Sed quid ultra ad eos revocandos fieri potest, quod non perfecimus? Clamavimus, viam, quam insisterent, ad interitum du-

... fractam,  
... negatamque  
... se respicerent,  
... Flagellum de-  
... severitatis; et  
... videntur ac-  
... attingant, Probe  
... patientia-  
... Ecclesiam. sus-  
... amplius audiant.  
... Domini Ora-  
... Publicanus.  
... atque se jacent.  
... Ecclesia, quam  
... ad veram  
... in magno de  
... saltem. Ita  
... reprobatorum  
... exhaustam, ipso-  
... sentinam  
... atque adeo minus  
... Utinam vero et  
... retinere  
... deponerent. Sic enim  
... ne simpli-  
... aut male, quod illic veritas  
... Catholici nominis  
... false ab his  
... similitudine.

§. 3. Nos quidem, quoniam temeritati nostrae  
... in hujusmodi eventum jactantur a pa-  
... Ministerio nostro esse desinere sumus,  
... Joannis Petri Mercurii ad Epi-  
... Ecclesiam electorem... et que-  
... sacrilegum... et que-  
... Archiepisco-  
... prodiisset, aut  
... pariter irritaque  
... nota, parique  
... pronunciat

Hieronimi de Bock probrosam cooptionem in ANNO  
Harlemensem Antistitem. 1742.

§. 4. Nunc autem Prædecessorum nostrorum, Consecra-  
sacrarumque legum morem atque exempla sc- tio Hiero-  
quuti, tradita Nobis e Cælo potestate, primùm nymi de  
hujusmodi nefariam consecrationem, illicitam, Bock illi-  
illegitimam, sacrilegam, ac contra Supremæ cita, et il-  
Sedis mandata, et Sacrorum Canonum sanctio- legitima  
nes factam declaramus. Deinde ipsum Hierony- declara-  
mum de Bock, et quotquot huic execrabili faci- tur.  
cinori operam, consilium, consensum, præstite- Idem cum  
runt, auctoritate Omnipotentis Dei excommu- asseclis  
nicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiæ excommu-  
communione segregatos, et prorsus Schismatico- nicatur.  
cos habendos, et vitandos esse iterum constitui-  
mus. Sciat autem idem Hieronymus de Bock, Suspen-  
non solum ab iis, quæ sunt jurisdictionis, ex- datur ab  
ercendis se esse suspensum, sed etiam ab iis, datur ab  
quæ sunt Ordinis. Mandamus illi propterea, exercitio  
districteque interdiciamus, sub pœna excommu- Ordinis,  
nicationis ipso facto, et sine alia declaratione et juris-  
incurrendæ, ut nullo pacto, aut Chrisma con- dictionis.  
ficere, Clericos ordinare, Virgines consecrare,  
aut alia Episcopalis Ordinis exercere audeat:  
Decernentes insuper vacuos, inanes, nulliusque  
prorsus roboris, ac momenti, omnes et singu-  
los alios actus, quos attentare præsumperit.  
Ac proinde qui ab ipso Ecclesiasticis Ordinibus  
initiati fuerint, noverint suspensionis vinculo  
se obstrictos, atque irregularitati propterea ob-  
noxios, si susceptos Ordines exercuerint.

§. 5. Quæ omnia vobis, Dilecti Filii, renun- Admoni-  
tianda esse iuximus, non ut caveatis ab hoc tio ad Ca-  
quoque insidiatore; siquidem scimus tholicos.  
satis illius temeritatem, ac subdo-  
las præsidii in vestra invicta pie-  
tate: sed ut, si aliqui sunt in ea  
secta, qui nondum penitus in-  
limo profundi, a Nobis pro  
admoniti, inducant animum  
desinant præbere aures hujusmodi  
vobis, qui ut serviant furori suo,



PONT.  
A. III.

cere, nec audierunt. Exprobravimus fractam, quam promiserant Domino, fidem, negatamque Romæ Sedi obedientiam; et continuerunt aures suas, ne conscientia latrante se respicerent, ad sanamque mentem redirent. Flagellum denique distinximus Ecclesiasticæ severitatis; et occalescunt, parvique pendere videntur acceptas plagas, quasi se non attingant, probe tectos lorica durissimæ contumaciæ, pudendæque perduellionis. Igitur cum Ecclesiam, ejusque Supremum Pastorem non amplius audiant, id solum superest, ut e Christi Domini Oraculo habeantur veluti Ethnicus, et Publicanus, extorres Catholico Grege; utque se jactent, quantum lubet, in ea Satanæ Ecclesia, quam sibi statuerunt, nec amplius glorientur ad veram Ecclesiam se pertinere, unde penitus exclusi, dejecti, depulsi sunt. Nos utique, in magno de illorum pertinacia dolore, lætamur saltem, ita denique hanc jamdiu male olentem reproborum apud vos hominum sentinam exhaustam, ipsorum discessu, censi posse, atque adeo minus ab eadem metuendum esse. Utinam vero et Catholicorum nomen, quod hactenus retinere conantur, jam tandem deponerent. Sic enim prorsus abjiceremus sollicitudinem, ne simplicibus, incuriosis, aut male, quid illic veneni lateat, instructis, imponant, Catholici nominis usurpatione, Sacræque Hierarchiæ falso ab ipsis suppletæ similitudine.

Electio-  
nes Con-  
secrantis,  
et Conse-  
crati nul-  
læ; Cen-  
suræ in  
utrunque  
prolatæ.

§. 3. Nos quidem, quantum tenuitati nostræ licuit, in hujusmodi eventum jamdudum Apostolico Ministerio nostro sedulo defuncti sumus, nefariamque Joannis Petri Meyndarts ad Ultrajectensem Ecclesiam electionem, irritam, illegitimam, ac sacrilegam declaravimus, et quicquid ex illo, futilem commentitii Archiepiscopatus auctoritatem exercente, prodisset, aut proditurum foret, nullum pariter irritumque pronuntiavimus. Deinceps eadem nota, parique infamia, censurisque inuissimus prænuncupati

Hieronymi de Bock probrosam cooptionem in Harlemensem Antistitem. ANNO  
1742.

§. 4. Nunc autem Prædecessorum nostrorum, sacrarumque legum morem atque exempla sequuti, tradita Nobis e Cœlo potestate, primùm hujusmodi nefariam consecrationem, illicitam, illegitimam, sacrilegam, ac contra Supremæ Sedis mandata, et Sacrorum Canonum sanctiones factam declaramus. Deinde ipsum Hieronymum de Bock, et quotquot huic execrabili facinori operam, consilium, consensum præstiterunt, auctoritate Omnipotentis Dei excommunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiæ communione segregatos, et prorsus Schismaticos habendos, et vitandos esse iterum constituimus. Sciat autem idem Hieronymus de Bock, non solum ab iis, quæ sunt jurisdictionis, exercendis se esse suspensum, sed etiam ab iis, quæ sunt Ordinis. Mandamus illi propterea, districtequè interdiciamus, sub pœna excommunicationis ipso facto, et sine alia declaratione incurrendæ, ut nullo pacto, aut Chrisma conficere, Clericos ordinare, Virgines consecrare, aut alia Episcopalis Ordinis exercere audeat: Decernentes insuper vacuos, inanes, nulliusque prorsus roboris, ac momenti, omnes et singulos alios actus, quos attentare præsumperit. Ac proinde qui ab ipso Ecclesiasticis Ordinibus initiati fuerint, noverint suspensionis vinculo se obstrictos, atque irregularitati propterea obnoxios, si susceptos Ordines exercuerint.

Consecratio Hieronymi de Bock illicita, et illegitima declaratur.

Idem cum asseclis excommunicatur.

Suspensio datur ab Ordinis, et jurisdictionis.

§. 5. Quæ omnia vobis, Dilecti Filii, renuntianda esse duximus, non ut caveatis ab hoc quoque sacrilego insidiatore; siquidem scimus satis vos adversus illius temeritatem, ac subdolas artes habere præsidii in vestra invicta pietate, et religione: sed ut, si aliqui sunt in ea contumacissima secta, qui nondum penitus infixi maneant in limo profundi, a Nobis pro paterna caritate admoniti, inducant animum resipiscere, ac desinant præbere aures hujusmodi factiosis hominibus, qui ut serviant furori suo,

Admoniti ad Catholicos.

PONT.  
A. III.

inveteratoque adversus veram Christi Ecclesiam odio, se prorsus Satanæ devoverunt. Vos autem manete in ea vocatione, in qua vocati estis, et quam sequuti Majores Vestri constantissimam Fidem suam probarunt universæ Ecclesiæ, et hujus in terris capiti Pontifici Maximo. Reliqui, qui sese istic obstinarunt ad persequendum Schisma, pergant in exiguo suo Cœtu gaudere de sacrilega sua pertinacia, sibi que plaudent ob execrabile inventum Pseudo-Episcopos constituendi. Non diu erit, cum experti discent, quid sibi profuerit malitia sua; ac fremebundi intelligent, quid vobis æterni gaudii, et immortalis gloriæ pepererit virtus obedientiæ, castaque fides vestra. Huic interim faustissimo eventui pro ludimus Apostolica benedictione, quam Vobis, Dilecti Filii, peramanter imper-  
 Dat. die 20. Dec. 1742. Datum Romæ apud S. Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die xx. Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. Vincentius Lucchesinius.

Publicat. die 5. Januar. 1743.



## REOS CONVICTOS

LXXI.

Per indicia indubitata, quamvis non confessos, pœnis ordinariis multandos esse statuitur.

*Monsignor Francesco Ricci della Nostra Città di Roma, e suo Distretto, Generale Governatore, e Vic. Camerlengo.*

*AVENDOVI* Noi con *Viglietto di Segretario di Stato* in datae delli 29 Aprile del cadente anno 1743. espressamente ordinato, che per apportare qualche opportuno rimedio alla frequenza degli *Omicidj*, ed altri *Delitti qualificati*, che si commettono in Roma, e nel Nostro Stato Ecclesiastico da' *Rei*, sulla confidenza di non poter essere

Congregatio Particularis pro quaestione examine deputatur

*condannati alla Morte, se spontaneamente non confessino il lor Reato, o confessandolo ne' Tormenti, non ratifichino poscia la lor Confessione dovete convocare avanti di Voi una Particolare Congregazione con l'intervento de' Monsignori, Bardi Segretario della Sagra Consulta, Fabretti, e Clarelli Ponenti della medesima, Toppi Fiscale Generale, et Avvocati, Mocci Luogotenente dell' A. C., Delfini Luogotenente del Cardinal Vicario, Michilli, e Mirogli Luogotenenti del vostro Tribunale del Governo, e de Angelis Giudice de' Malefey di Campidoglio, e sentirne sopra di ciò il di lei sentimento; ci avete rappresentato, che dopo essersi più volte adunata avanti di Voi la detta Congregazione, siansi in essa maturamente considerati li seguenti Dubbj, e con essersi inteso tanto in voce, che in scritto anche il parere dell' Avvocato de' Poveri, ne siano emanate le sottoscritte Risposte.*

ANNO  
1742.

Primo: An duo, vel tres Testes concludentes pernecessè Delictum, et aliquas patientes exceptiones; præter illas pro quibus Testes de Jure in totum repelluntur a testificando, possint suppleri tam ex aliis indiciis, et conjecturis probatis per Testes minus habiles, et idoneos, quam ex numero Testium, ad effectum imponendi poenam ordinariam?

Dubia in  
Congrega-  
tione Pro-  
posita.  
Dub. I.

Responsum: Attentis frequentia Delictorum, et facilitate, qua Rei negativi evadunt promeritas poenas, esse consulendum Sanctissimo, ut declaret, in Tribunalibus Supremis, et suas vices gerentibus, ac in delictis atrocissimis, Homicidiis appensatis, et Furibus famosis, posse suppleri tam ex Indiciis, quam ex numero, etiam per Testes minus habiles, et idoneos.

Respon-  
sum.

Secundo; An idem servandum sit in Delictis sequentis in Lupanaribus, Custodiis Birruariorum, aliisque locis, ubi nec actu, nec habitu solent intervenire, aut intervenerint alii Testes, quam Personæ infames?

Dub. II.

Responsum: affirmative, dummodo suppletio fiat per indicia, et conjecturas, quæ probentur per alios Testes.

Respon-  
sum.

**PONT.** Tertio : An contra Convictum indiciis indubitatis concludentibus perneceſſe taliter , ut adimant ab animo Judicis omnem rationabilem hæſitationem , quod res aliter ſe habere poterit , deveniendum ſit ad pœnam ordinariam ?

**Reſponſum.** Reſponſum : Affirmative.

**Dub. III.** Quarto : An concurrentibus duabus ſemiplenis probationibus , poſſint hæ inſimul conjungi ad imponendam pœnam ordinariam ?

**Reſponſum.** Reſponſum : Negative.

**Dub. IV.** Quinto : Demum an in conteſtationibus faciendis Reis , quãdo Indicia ſunt de illis proximis indubitatis , poſſint reticeri aliquæ circumſtantiæ , ad hoc , ut in caſu , quo Rei tormentis ſubjiciantur , et tales circumſtantiã non conteſtatas fateantur , haberi poſſint pro verificationibus a parte poſt Confessionis , taliter ut opus non ſit ratificatione ad imponendam pœnam ordinariam ?

**Reſponſum.** Reſponſum : Negative.

**Pontifex approbat** *ſ. 2. Onde Noi considerando eſſer molto pro-*  
**relatas Reſolutiones.** *ſite vole non meno alla Giuſtizia , che al pubblico , e privato intereſſe la punizione de' Delinquenti , e che piú facilmente potrà venirſi al conſeguimento di queſta , ogni volta che diſi eſecuzione alle Riſpoſte emanate ſopra li propoſti Dubbj , con il preſente Chirografo , di Noſtra certa ſcienza , pienezza di Volontã , e Po-deſtã aſſoluta , confermando , ed approvando quando faccia di biſogno le ſuddette Riſoluzioni , dichiariamo , e comandiamo , che in avvenire tutti li Tribunali Supremi , e che eſercitano le Noſtre veci , tanto in Roma , che in tutto lo Stato Eccleſiaſtico , compreſe anche le Legazioni di Bologna , Ferrara , Ravenna , Urbino , e Benevento , debbano giudicare , e venire alla condanna , e totale eſecutione delle Pene nelli ſovraeſpreſſi Caſi a tenore di dette Riſoluzioni ; quali vogliamo , che abbiano piena forza di Legge uni-verſale , e che debbano inviolabilmente oſſervarſi , come ſe provenienti foſſero dal Gius comune , Canoni anche Conciliari , Conſtituzioni Apoſtoliche ,*

**Et vim legis eisdem tribuit.**

*Decreti, Statuti, et Opinioni approvate da' Dottori, e perpetuamente durare a beneplacito della Santz Sede Apostolica, derogando per tal' effetto, quando mai facesse di bisogno, a qualunque cosa, che potesse fare in contrario, e che per l' adempimento di questa Nostra volonta, trasmettiate copia del presente Chirografo a tutti i Capi de' Tribunali suddetti, acciò debbano farla conservare nelle loro Cancellarie, e giudicare nella contingenza de' casi secondo l' espresse Resolutioni.*

A N N O  
1742.

§. 3. *Volendo in oltre, che il presente Chirografo, colla sola Nostra sottoscrizione, vaglia, et abbia il suo pieno effetto, et esecuzione, benchè non sia registrato nei Libri della Camera, nè in altro modo sia servata la forma della Costituzione di Pio IV de registrandis, alla quale per questa volta deroghiamo, e che contro di esso non si possa opporre di orrezione, surrezione, mancanza della Nostra volontà, et intenzione, o qualsivoglia altro difetto, benchè degno di speciale, et individua menzione, e qualsivoglia altro difetto, nè si possa diversamente interpretare, benchè l'interpretazione provenisse da' Canonici anche Conciliari, Leggi, Costituzioni, Decreti, et Opinioni approvate, perchè tale è la Nostra volontà, e così vogliamo, con la clausola Sublata, e Decreto irritante, ed in ogni altro modo. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico Quirinale questo dì 2. Gennaro.*

Clausola  
de valore  
solius si-  
gnaturæ,  
aliæque.

Dat. die  
2. Januar.  
1743.

1743.

### BENEDICTUS PP. XIV.

*Publicatum per Edictum R. P. D. Gubernatoris Urbis, die 13. Januarii 1743.*



PONT.  
A. III.

LXXII.

## PRIVILEGIA,

Et Exemptiones Almæ Domus Lauretanæ, necnon Resolutiones Dubiorum, et Controversiarum jurisdictionalium in Synopsim redactæ, approbantur, et confirmantur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Proce-  
mium.

**H**UMILITATIS nostræ considerationem ad Sacrum Gloriosæ Virginis Habitaculum dirigentes, Apostolicæ sollicitudinis zelo excitamur, ut omnem curam, ac studium, quantum in Domino possumus, adhibeamus, ac quascumque dissidiorum occasiones procul a Loco Sancto submovendas, ne unquam ibi discordiæ exoriri valeant, ubi Verbum Dei Deus, et Dei Filius, qui a Propheta Princeps Pacis cognominatus est, ad reconciliandum Deo Hominem, in intemperate ejusdem Virginis sinu factus est homo.

Clemens  
VII., Ca-  
strum  
Laureta-  
num etc.  
Protectori  
Sanctæ  
Domus  
subjicit.

§. I. Sane postquam plures Romani Pontifices Prædecessores Nostri prædictam Sanctam Domum, olim Nazarenam, nunc vero Lauretanam nuncupatam, multiplici privilegiorum, gratiarum, indultorum, prærogativarum, et exemptionum concessione cumulaverant, ac signanter felicitis recordationis Clemens PP. VII. etiam Prædecessor Noster, inter alia, Castrum Lauretanum, illiusque Habitatores, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, curæ, gubernio, administrationi, et regimini, cum mero, et mixto Imperio, ac potestate gladii, Commissarii, seu Protectoris ejusdem Sanctæ Domus

submiserat, et demandaverat; ac subinde rec. **ANNO**  
 mem. Sixtus Papa V. pariter Prædecessor Noster **1743.**  
 Castrum Lauretanum prædictum in Civitatem, **Sixtus V**  
 ac Sæcularem et insignem Collegiatam Eccle- **supradi-**  
 siam inibi existentem, eandemque Sanctam Do- **ctum Ca-**  
 mum, magnifica, atque eleganti Ædificiorum **strum in**  
 constructione circumdatam atque exornatam, in **Civita-**  
 Cathedralem erexerat, deindeque piæ record. **tem, ac**  
 Paulus Papa V. similiter Prædecessor Noster, **Collegia-**  
 ad succidenda jam enata inter Episcopum Lau- **tam Ec-**  
 retanum, et Protectorem ipsius Sanctæ Do- **clesiam,**  
 mus, Litium, et Controversiarum germina, **sanctam-**  
 per quandam suam in perpetuum valituram **que Do-**  
 Constitutionem; quæ incipit: *Divina dispo-* **num in**  
*nente Clementia etc.* sub datum apud Sanctam **Cathedra-**  
**Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ** **lem erexit**  
**MDCXX. pridie Idus Julii, Pontificatus sui Anno** **Paulus**  
**XVI. editam, eidem Sanctæ Domui Lauretanæ** **V. San-**  
**Solum, seu pavementum Sancti Cubiculi, seu** **ctam Do-**  
**Sanctæ Capellæ, quam circumcirca usque ad** **rum, et**  
**Columnas, et Scalas inclusive contentum, in** **pertinen-**  
**Territorium proprium, distinctum, et separa-** **tia ab E-**  
**tum, nullius Diœcesis, in quo de cætero solus** **piscopo**  
**ejusdem Sanctæ Domus Protector, pro tempore** **exemit, ac**  
**existens, ejusque Governator, privative quoad** **Territo-**  
**Episcopum Lauretanum, etiamsi S. R. E. Cardina-** **rium nul-**  
**lis existeret, jurisdictionem omnimodam, et quasi** **lius Diœ-**  
**Episcopalem habere, et exercere posset, perpetuo** **cesis de-**  
**constituerat, et assignaverat, ipsamque Sanctam** **claravit,**  
**Domum, seu Capellam magnam, et parvam nun-** **eique Pro-**  
**cupatam, pavementum, ac Territorium prædi-** **rectorem**  
**ctum, ejusque Governatorem, Officiales, Mi-** **præfecit.**  
**nistros, et quoscumque alios tam Laicos, quam**  
**Clericos, et Regulares, eidem Sanctæ Domui,**  
**seu Capellæ, ejusque Bonis quomodolibet in-**  
**servientem, necnon eorundem Officialium, Mi-**  
**nistrorum, aliorumque inservientium Familias,**  
**et Famulos, et quoscumque Peregrinos ad San-**  
**ctam Domum prædictam confluentes, ipsiusque**  
**Sanctæ Domus Palatia, Ædificia, Possessiones,**  
**et Prædia quæcumque, ac reliqua Bona tam**  
**Mobilia, quam Stabilia, et semoventia, ubi-**



**POPT.** cumque existentia, Supellectilia etiam pretiosa,  
**A. III.** pecunias, eleemosynas, Donationes, et quæcumque relicta, ab omni, et quacumque Episcopi Lauretani superioritate, jurisdictione, dominio, ac potestate, perpetuo, plenissime, penitusque, et omnino exemerat, et liberaverat, ac sub Beati Petri, et Sedis Apostolicæ protectione speciali susceperat, omnimodamque jurisdictionem Ecclesiasticam, et Spiritualem, ac quasi Episcopalem in prædictam Sanctam Domum, ejusque Territorium, Ministros, Officiales, aliosque Inservientes, et Peregrinos, resque, Bona, ac jura prædicta eidem pro tempore Protectori adjudicaverat, variis eidem Protectori, tam circa Vicarii Curati deputationem, quam circa Literarum dimissorialium concessionem, aliaque plurima, privilegiis, et facultatibus attributis.

**Innoc.**  
**XII. con-**  
**firmata**  
**exemptio-**  
**ne S. Do-**  
**mus a ju-**  
**risdictio-**  
**ne Ordini-**  
**narii, Pro-**  
**tektoris**  
**Officium**  
**suppres-**  
**sit.**

§. 2. Novissime felicitis pariter recordationis Innocentius Papa XII. prædecessor quoque Noster, provide attendens, ex hujusmodi forma Regiminis speratam non provenisse utilitatem, quin potius experientia, et quamplurimis ad audientiam ejus perlatis recursibus, et querelis edoctus, imminuta nimis Episcopi Lauretani potestate, Ecclesiasticam disciplinam paulatim dissolvi, Clerique, ac Populi mores, aucto Exemptorum numero, relaxari; Ad obviandum detrimentis hujusmodi, per aliam suam itidem perpetuo valituram Constitutionem, quæ incipit: *Sacrosancta Redemptionis humanæ mysteria*; editam sub datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dom. MDCXCVIII., nonis Augusti, Pontificatus sui Anno VIII., eidem Sanctæ Domui Territorium proprium, et separatam, ac ab omni Ordinarii jurisdictione exemptum, et quasi Episcopale, in prædicta Pauli Prædecessoris Constitutione assignatum, confirmavit, et approbavit; idemque Territorium, una cum omnibus prædictæ Sanctæ Domus Ministris, et Officialibus, aliisque Personis ei quomodolibet inservientibus, vel ad eam ex

ANNO  
1743.

qualibet Mundi parte devotionis gratia confluentibus, ab omni, et quacumque Ordinarii prædicti jurisdictione iterum plenissime, penitusque exemit; Et prædicto Protectoris, quod per obitum bon. mem. Palutii, dum vixit, Episcopi Portuen. S. R. E. Cardinalis de Alteriis nuncupati, tunc vacabat, Officio, Dignitate, titulo, et denominatione perpetuo suppressis, et extinctis, sub Beati Petri, et Sedis Apostolicæ speciali, et immediata protectione susceptit.

§. 3. Omnem vero, et quamcumque jurisdictionem tam Ecclesiasticam, et Spiritualem, ac quasi Episcopalem, quæ in eandem Sanctam Domum, ejusque Territorium, Officiales, et Ministros, Peregrinos, ac Bona prædicta, quam Secularem, sive Laicalem, in Communitatem, Homines, et Civitatem Lauretanam, ejusque Comitatum, atque Districtum, Protectori pro tempore ejusdem Sanctæ Domus quomodolibet competierat, quandoquidem ei Romani Pontifices, per se ipsos, Apostolicæ Servitutis onere prægravati, vacare nequibant, exercendam imposterum statuit, et mandavit per Congregationem nonnullorum S. R. E. Cardinalium, et Romanæ Curie Prælatorum, *Lauretanam* nuncupandam, quam ad hunc effectum erexit, et instituit, ac specialiter deputavit. Eidemque Congregationi, ut semel, et pluries, ac quoties sibi videretur, et placeret, quæcumque Statuta, et Ordinationes pro felici prædictæ Sanctæ Domus, ejusque Bonorum, ac Personarum eidem inservientium regimine, Sacris tamen Canonibus, et Concilii Tridentini Decretis non adversantia, et ab omnibus, ad quos pertineret, inviolabiliter observanda, condere, edere, et publicare, illaque mutare, alterare, corrigere, et emendare licite posset, et valeret, concessit, et indulisit.

Et Congregationi Lauretanæ jurisdictionem, quam Protectores exercebant, demandavit, eique facultates, Statuta etc. concedendi etc. concessit.

§. 4. Insuper voluit, et mandavit, ut Congregatio prædicta in Spiritualibus quidem, quæ scilicet ad Ecclesiæ cultum, Chori servitium, Divinorum celebrationem, Animarum Curam, Sacramentorum administrationem, morum cor-

S. Domus, et Civitatis regimem, quoad Spiri-

**PONT** rectionem , et alia hujusmodi pertinerent , **Epi-**  
**A. III.** scopi Lauretani pro tempore existentis tanquam  
 tualia E- Sedis Apostolicæ Delegati ; In iis vero , quæ quo-  
 piscopo ut rumcumque Bonorum ejusdem Sanctæ Capellæ  
 S. Sedis temporalem administrationem , necnon dictæ  
 Delegato , Civitatis Lauretanæ , ejusque Comitatus , atque  
 quoad Districtus , tam in Causis Civilibus , quam Crimi-  
 Tempora- nalibus , seu mixtis , Gubernium Sæculare con-  
 lia Guber- cernerent , Romanæ Curix Prælati in Guberna-  
 natori tore a Romano Pontifice pro tempore existen-  
 commisit. tem deputandi , ope , et ministerio uti deberet.

**Episcopi ,** §. 5. Præterea tam Domorum , et Ædificiorum  
**et Guber-** omnium Fabricam , et manutentionem , quam  
**natoris** Supellectilium cujuscumque generis , Paramen-  
**facultates** torum , Gemmarum , aliorumque Jocalium , quæ  
**expressit.** sub Thesauri nomine continentur , necnon eleē-  
 mosynarum , et largitionum quarumcumque cu-  
 stodiam , atque etiam Montis Pietatis , Nosoco-  
 mii , Hospitii , et Triclinii pro pauperibus Pe-  
 regrinis , superintendentiam , Gubernatoris præ-  
 dicti curæ committendas esse ; Ministros vero  
 supradictis Locis , rebusque inservientes , si  
 Clerici essent , in concernentibus dumtaxat eo-  
 rum ministerium , Gubernatori prædicto , in re-  
 liquis autem Episcopo Lauretano , tanquam Sedis  
 Apostolicæ Delegato ; Organistam demum , Can-  
 toresque quoscumque 'ejusdem Sanctæ Domus ,  
 quoad correctionem morum , Ecclesiæque servi-  
 tium , Episcopo , et in cæteris Gubernatori su-  
 besse debere decrevit , et declaravit ; Si quid  
 vero circa præmissorum observantiam , inter-  
 pretationem , seu declarationem , ullo unquam  
 tempore controverti , aut dubitari contigisset ,  
 id omne prædictæ Congregationis Lauretanæ ,  
 ut præmittitur , institutæ judicio ( necessariis  
 et opportunis ei ad id facultatibus attributis )  
 declarandum , decidendum , definiendumque esse  
 præcepit , et mandavit , aliaque statuit , et de-  
 crevit , prout in ejusdem Innocentii Prædes-  
 soris Constitutione prædicta uberius continetur.

**Varix ,** §. 6. Cum autem ex præmissis provide , ut præ-  
**post Con-** mittitur , dispositis , ea , quæ sperabatur , con-

**Tandem**  
**futuras**  
**Contro-**  
**versias**  
**Congre-**  
**gat. Lau-**  
**retanæ de**  
**cidendas**  
**etc. reli-**  
**quit.**

cordia, et tranquillitas non evenerit, quinimo inter Episcopum Lauretanum, et Governatorem prædictos, super eorum respective Jurisdictionis exercitio, et pertinentia, novæ dubiorum, et quæstionum ambages emergerint, adeo ut in illis dissolvendis Congregatio Lauretana prædicta per crebras Resolutiones, et Decreta assidue laboraverit; Nos, quibus jurisdictionales controversiæ hujusmodi, in ipso Nostræ ad Summi Apostolatus apicem Assumptionis exordio, non sine animi molestia innotescebant, solliciti fuimus, ut per sedulam Nostræ provisionis industriam, Controversias hujusmodi componeremus; Quamobrem post deliberationem, quam super hoc adhibuimus diligentem, varias Resolutiones a prædicta Congregatione Lauretana super eisdem Controversiis alias aliis temporibus emanatas colligi curavimus; simulque gravati non sumus tria supra triginta Dubia materiam jurisdictionalem hujusmodi tangentia, in dicta Congregatione usque de Anno Domini MDCCXXXIV. inter Partes concordata, sed nondum eatenus proposita, nec decisa, Apostolicæ Nostræ Resolutionis oraculo definire; Omnesque, et singulas, tam a Nobis, quoad Dubia prædicta; quam ab ipsa Congregatione editas Resolutiones prædictas, in compilationem, seu Synopsim Alphabeti ordine digestam, quæ deinde Typis impressa promulgari valeat, curavimus redigendas.

§. 7. Intendentes igitur per eandem Synopsim quæstiones, et Controversias jurisdictionales hujusmodi, aut omnino extinguere, vel saltem majori ex parte abolere, et utramque Jurisdictionem, Episcopi videlicet, et Governatoris Lauretani pro tempore existentium, quantum nobis possibile est, pacis fœdere unire, Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, et de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, et singula privilegia, gratias, prærogativas, exemptiones, et indulta a quibuscumque Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris prædictæ Sanctæ Domui, illius-

A \* \* \*  
1743.  
stitutio-  
nem Inno-  
centii,  
controver-  
sias.

Earum  
Resolu-  
tiones  
a Congr.  
Laureta-  
na emana-  
tæ colliguntur,  
et  
Dubia de-  
ciduntur.

Omnes  
Resolu-  
tiones in  
Alphabe-  
ticam Sy-  
nopsim re-  
ductæ im-  
primuntur.

Privilegia  
etc. a Præ-  
decess.  
Sanctæ  
Domui  
etc. con-  
cessa.

**P o n t .** que Bonis, et Personis ei inservientibus, quomodolibet concessa, et elargita, necnon Pauli, et Innocentii Prædecessorum Constitutiones prædictas, eandemque Synopsim, omnesque, et singulas, tam a Nobis, quoad Dubia prædicta, quam a dicta Congregatione Lauretana editas Resolutiones, et in ipsa Synopsi contentas, eorundem privilegiorum, gratiarum, exemptionum, indultorum, Constitutionum, et Synopsi respective tenores etiam veriores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, approbamus, et innovamus, illisque, ac eorum singulis novum, perpetuumque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: decernentes, eandem

**A. III.** modolibet concessa, et elargita, necnon Pauli, et Innocentii Prædecessorum Constitutiones prædictas, eandemque Synopsim, omnesque, et singulas, tam a Nobis, quoad Dubia prædicta, quam a dicta Congregatione Lauretana editas Resolutiones, et in ipsa Synopsi contentas, eorundem privilegiorum, gratiarum, exemptionum, indultorum, Constitutionum, et Synopsi respective tenores etiam veriores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, approbamus, et innovamus, illisque, ac eorum singulis novum, perpetuumque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: decernentes, eandem

**Pauli, et Innocentii Constitutiones, Synopsis, Resolutiones super controversiis et super Dubiis, confirmantur etc.**

**Synopsim Resolutionesque vim Legis habere decernitur.** Synopsim, singulasque Resolutiones in ea contentas, vim, et effectum, et efficaciam Legis, et Canonice Sanctionis perpetuo habere, et obtinere, omnesque, et quascumque Controversias, si quas imposterum inter Episcopum Lauretanum, et Governatorem pro tempore existentes, super eorum respective Jurisdictionis pertinentia, vel exercitio, quomodolibet exoriri contingat, ad Synopsim, et Resolutiones in eas contentas prædictas omnino referri, et non nisi juxta, et secundum easdem Synopsim, et Resolutiones, dirimi, ac definiiri debere.

**Clausulæ pro validitate, et observantia Synopsi Resolutionum hujusque Constitutionis.** §. 8. Easque, necnon præsentibus nostras Literas etiam ex eo, quod Venerabilis Frater modernus Episcopus, et dilectus Filius modernus Governator Lauretani, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes, quibus omnibus et singulis perpetuum desuper silentium imponimus, eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, vel auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis juridica, et legitima, de ullo subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci

nullatenus unquam posse, sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et ab iis, ad quos spectat, et in futurum spectabit, firmiter, et inviolabiliter observari, eisque omnino acquiesci; Sicque, et non aliis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, quavis auctoritate, et potestate fungentes, ac Dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, ac eandem Congregationem Lauretanam, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter, quam juxta, et secundum Synopsin, et Resolutiones in ea contentas prædictas, judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in controversiis jurisdictionalibus Lauretanis, in quocumque judicio, et in quacumque instantia, ubique judicari, et definiiri debere; irritum quoque, et inane, quidquid secus super præmissis, vel eorum aliquo, aut circa ea, a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

ANN. 1743.

Cum Clausula sublata, et Decreto irritanti.

§. 9. Cætera, quia contingere potest, ut circa observantiam, intelligentiam, declarationem, et interpretationem prædictarum Pauli, et Innocentii Prædecessorum Constitutionum, aliqua deinceps exoriatur quæstionis materia, vel controversia, quæ in memorata Synopsi decisa, et definita non reperiatur; Nos quamcumque quæstionem, vel controversiam hujusmodi, si quam exori contingat, ejusdem Congregationis Lauretanæ judicio resolvendam, decidendam, definiendamque esse statuimus, ac eidem Congregationi plenam, et omnimodam, ad id tribuimus, et concedimus facultatem; Novasque Resolutiones ab ipsa Congregatione super iis emanandas, tanquam perpetuo validas, et efficaces, ab omnibus et singulis, ad quos spectat et pertinet, aut spectare et pertinere poterit quomodolibet in futurum, quacumque appella-

Controversiæ, quæ deinceps orientur Congreg. Lauretanæ resolvendæ etc. demandantur.

**PONT.** tione, recursu et contradictione remotis, dum-  
**A, III.** modo tamen Synopsi, et Resolutionibus in ea  
 contentis prædictis in aliquo non adversentur,  
 omnino servandas, districte præcipimus, et  
 mandamus.

**Deroga-** §. 10. Non obstantibus præmissis, ac quate-  
**tionis op-** nus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Aposto-  
**portunæ.** licæ regula, de jure quæsito non tollendo, aliis-  
 que constitutionibus, et Ordinationibus Aposto-  
 licis, aliisque quibusvis, etiam juramento, con-  
 firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia  
 roboratis, Statutis, et Consuetudinibus, Pri-  
 vilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis  
 in contrarium præmissorum quomodolibet con-  
 cessis, confirmatis, et innovatis: Quibus om-  
 nibus, et singulis, illorum tenores pro plene,  
 et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum  
 insertis habentes, illis aliàs in suo robore per-  
 mansuris, ad præmissorum effectum, hac vice  
 dumtaxat specialiter, et expresse derogamus,  
 cæterisque contrariis quibuscumque.

**De Tran-** §. 11. Volumus autem, ut earundem præ-  
**sumptis.** sentium Literarum Transumptis, seu Exemplis,  
 etiam impressis, manu alicujus Notarii pu-  
 blicæ subscriptis, et Sigillo Personæ in Eccle-  
 siastica Dignitate constitutæ munitis, eadem  
 prorsus fides in Judicio, et extra illud adhibea-  
 tur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent  
 exhibitæ, vel ostensæ.

**Sanctio.** §. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
 paginam Nostræ Constitutionis, Decreti, Statuti,  
 Definitionis, Declarationis, Confirmationis,  
 Mandati, ac Voluntatis infringere, vel ei ausu  
 temerario contraire. Si quis autem hoc atten-  
 tare præsumpserit, indignationem Omnipoten-  
 tis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolo-  
 rum ejusse noverit incursum. Datum Romæ  
**Dat. die** apud Sanctam Mariam Majorem, septimo Idus  
**7. Jan.** Januarii, Anno Incarnationis Dominicæ mille-  
**1743.**

simo septingentesimo quadragésimo tertio, Anno Pontificatus Nostri Anno Tertio. Anno 1743.

*D. Card. Passioneus,*

*X. Sub-Datarius.*

VISA DE CURIA.

N. Antonellus.

J. B. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

*Synopsis Resolutionum datur infra in Appendice.*

UT PRÆSTATIONES

LXXIII.

Post obitum S. R. E. Cardinalium Magistris Ceremoniarum persolvi solitæ, deinceps a singulis Cardinalibus in sua ad Cardinalatum promotione solvantur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**D**UDUM, sicut accepimus, fel. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster, considerans assiduos labores, quos Magistri Ceremoniarum, ac Officiales, seu Ministri S. R. E. Cardinalium Collegii, in rebus et negotiis ejusdem Sacri Collegii procurandis, substinebant, per quasdem suas in simili forma Brevis die 3. Jan. MDCXIX. expeditas literas, motu suo proprio, ac ex certa scientia, eisdem Magistris Ceremoniarum centum, necnon Secretario, et Clerico, ac Computistæ Sacri Collegii prædicti septuagintaquinque, a singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem; necnon post obitum singulorum Car-

Paulus V. certas summas, tum in promotione, tum in obitu S. R. E. Cardinalium Ministris S. Collegii, et Magister Cerem. solvi mandavit.



P O P T.  
A. III.

dinalium, etiamsi ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venissent, et sive illos in Romana Curia, vel extra eam, ubique decedere contigisset, eisdem Magistris quinquaginta, ac Secretario, Clerico, et Computistæ præfatis similiter septuagintaquinque Ducatos auri de camera, in supplementum mercedis ordinariæ eorundem Officialium, seu Officiorum, deberi, illisque conjunctim per pro tempore existentes Cardinales prædictos, seu per eorum Agentes, et hæredes, quomodolibet debitos, ad solvendos, auctoritate Apostolica statuit, et ordinavit.

Clemens  
IX. alias  
prestatio-  
ne addi-  
dit pro  
Magistris  
Ceremoniarum  
non par-  
ticip.

§. 1. Subinde vero rec. mem. Clemens PP. IX. itidem Prædecessor noster, cum accepisset, præter prædictos Magistros Ceremoniarum, qui duo sunt, et participantes vocantur; alios esse Ceremoniarum Capellæ Pontificiæ Magistros interdum duo, et quandoque, prout tunc, tres, qui non participantes nuncupantur, ipsosque Magistros Ceremoniarum non participantes in pari possessione accipiendi, vel exigendi a singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem triginta sex; et post obitum ab eorum hæredibus vigintiquinque Ducatus auri de Camera pares, ex laudabili consuetudine, reperiri; et Venerabiles Fratres tunc suos, nunc nostros, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinales horum quoque Magistrorum Ceremoniarum officio, atque ministerio egere, et uti, dictaque emolumenta eis, tamquam mercedem, seu pro eorum mercede, præstari consuevisse; propterea illorum indemnitati consulere volens, per suas quoque in pari forma Brevis die XII. Novembris MDCLXVIII. expeditas literas, motu simili, ac ex certa scientia sua, præfatis Ceremoniarum Magistris non participantibus triginta sex in promotione ad Cardinalatus honorem, vigintiquinque Ducatos auri de Camera, et sex, inter eos pro æqualibus portionibus sive dividendos, post obitum singulorum alium hujusmodi, etiamsi ad Cardinala-

ANNO  
1743.

tus honorem promoti Romam nondum venissent, et sive in Romana Curia, vel extra eam, et ubicumque illos decedere contigisset, in supplementum mercedis ordinariæ eorundem Magistrorum Ceremoniarum non participantium, pariter deberi, illisque conjunctim per pro tempore existentes Cardinales prædictos, seu per eorum Agentes, et hæredes respective absque mora solvi, et eis consignari debere, sine ullo tamen quorumcumque jurium Cameræ quomodolibet debitorum, et solvendorum, ac anterioritatis, et potioritatis, Ceremoniarum Magistrorum participantium, et trium Sacri Collegii Officialium supradictorum præjudicio, itidem perpetuo statuit similiter, et ordinavit.

§. 2. Postmodum vero fel. record. Clemens Papa XII. pariter Prædecessor noster per suas itidem in simili forma Brevis die XVII. Augusti MDCCXXXIV. expeditas literas, cum etiam accepisset septuaginta quinque Ducatorum auri hujusmodi, memoratis Officialibus, seu Ministris dicti Collegii Cardinalium, nempe Secretario, Clerico, et Computistæ, post obitum Cardinalium, sicut præmittitur, debitorum, ac per defunctorum hæredes solvendorum exactiorem perquam difficilem reddi, præcipue ubi ipsos Cardinales extra ditionem Ecclesiasticam, et maxime ultra montes ab humanis decedere contigisset, itaut multoties eorundem Ducatorum solutio, etiam post peractas exactiores diligentias, a præfatis hæredibus nullatenus facta fuerint; dictosque Officiales, seu Ministros eo ægrius istiusmodi emolumentis carere, quod merces eorum ordinaria admodum tenuis existeret, sibique vicissim non mediocres labores, aliaque onera incumberent, ac propterea Secretario multæ expensæ faciendæ essent, Clerico vero, ac Computistæ prædictis alieno servitio, seu ministerio sese addicere per statuta supradicti Sacri Collegii vetitum esset; præmissa, ac præsertim dicta emolumenta ipsis Officialibus, sive Ministris, tamquam mercedem, seu pro

Clemens XII. summas Ministris Sacri Collegii debitas, in ipsis Cardinalium promotionibus integresolvere voluit.

PONT. A. III. dinalium, etiamsi ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venissent, et sive illos in Romana Curia, vel extra eam, ubique decedere contigisset, eisdem Magistris quinquaginta, ac Secretario, Clerico, et Computistæ præfatis similiter septuagintaquinque Ducatos auri de camera, in supplementum mercedis ordinariæ eorundem Officialium, seu Officiorum, deberi, illisque conjunctim per pro tempore existentes Cardinales prædictos, seu per eorum Agentes, et hæredes, quomodolibet debitos, ad solvendos, auctoritate Apostolica statuit, et ordinavit.

Clemens IX. alias præstationes addidit pro Magistris Ceremon. non particip.

§. 1. Subinde vero rec. mem. Clemens PP. IX. itidem Prædecessor noster, cum accepisset, præter prædictos Magistros Ceremoniarum, qui duo sunt, et participantes vocantur; alios esse Ceremoniarum Capellæ Pontificiæ Magistros interduo, et quandoque, prout tunc, tres, qui non participantes nuncupantur, ipsosque Magistros Ceremoniarum non participantes in pari possessione accipiendi, vel exigendi a singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem triginta sex; et post obitum ab eorum hæredibus viginti quinque Ducatus auri de Camera pares, ex laudabili consuetudine, reperiri; et Venerabiles Fratres tunc suos, nunc nostros, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinales horum quoque Magistrorum Ceremoniarum officio, atque ministerio egere, et uti, dictaque emolumenta eis, tamquam mercedem, seu pro eorum mercede, præstari consuevisse; propterea illorum indemnitati consulere volens, per suas quoque in pari forma Brevis die xxii. Novembris MDCLXVIII. expeditas literas, motu simili, ac ex certa scientia sua, præfatis Ceremoniarum Magistris non participantibus triginta sex in promotione ad Cardinalatus honorem, et viginti quinque Ducatos auri de Camera, prædictos, inter eos pro æqualibus portionibus respective dividendos, post obitum singulorum Cardinalium hujusmodi, etiamsi ad Cardinala-

ANNO  
1743.

tus honorem promoti Romam nondum venissent, et sive in Romana Curia, vel extra eam, et ubicumque illos decedere contigisset, in supplementum mercedis ordinariæ eorundem Magistrorum Ceremoniarum non participantium, pariter deberi; illisque conjunctim per pro tempore existentes Cardinales prædictos, seu per eorum Agentes, et hæredes respective absque mora solvi, et eis consignari debere, sine ullo tamen quorumcumque jurium Cameræ quomodolibet debitorum, et solvendorum, ac anterioritatis, et potioritatis, Ceremoniarum Magistrorum participantium, et trium Sacri Collegii Officialium supradictorum præjudicio, itidem perpetuo statuit similiter, et ordinavit.

§. 2. Postmodum vero fel. record. Clemens Papa XII. pariter Prædecessor noster per suas itidem in simili forma Brevis die XVII. Augusti MDCCXXXIV. expeditas literas, cum etiam accepisset septuaginta quinque Ducatorum auri hujusmodi, memoratis Officialibus, seu Ministris dicti Collegii Cardinalium, nempe Secretario, Clerico, et Computistæ, post obitum Cardinalium, sicut præmittitur, debitorum, ac per defunctorum hæredes solvendorum exactiorem perquam difficilem reddi, præcipue ubi ipsos Cardinales extra ditionem Ecclesiasticam, et maxime ultra montes ab humanis decedere contigisset, itaut multoties eorundem Ducatorum solutio, etiam post peractas exactiores diligentias, a præfatis hæredibus nullatenus facta fuerint; dictosque Officiales, seu Ministros eo ægrius istiusmodi emolumentis carere, quod merces eorum ordinaria admodum tenuis existeret, sibi que vicissim non mediocres labores, aliaque onera incumberent, ac propterea Secretario multæ expensæ faciendæ essent, Clerico vero, ac Computistæ prædictis alieno servitio, seu ministerio sese addicere per statuta supradicti Sacri Collegii vetitum esset; præmissa, ac præsertim dicta emolumenta ipsis Officialibus, sive Ministris, tamquam mercedem, seu pro

Clemens XII. summas Ministris Sacri Collegii debitas, in ipsis Cardinalium promotionibus integresolvere voluit.

PONT. voluerunt non obstare, cæterisque contrariis  
 A. III. quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Ma-  
 Dat. die riam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV.  
 14. Febr. Februarii MDCCXLIII. Pontificatus Nostri Anno  
 1743. Tertio.

*Pro D. Card. Passioneo.*

*Cajetanus Amatus.*

LXXIV.

## ECCLESIE PAPIENSI

Perpetuo unitur Archiepiscopus Amasiensis in  
 partibus Infidelium; aliaque privilegia con-  
 firmantur, et respective conceduntur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium **A**D supremam equidem Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis, cujus servituti Pastorum Princeps JESUS CHRISTUS Nos imbecillitatis nostræ concios per ineffabilem bonitatem suam mancipare dignatus est, auctoritatem, providentiamque pertinere intelligimus, ut non solum decora, privilegia, prærogativas, immunitates, et exemptiones, quibus aliàs legitime concessis singulæ Ecclesiæ pacifice fruuntur, confirmare, et augere studeamus, verum etiam opportunam, salutaremque, ad bene constitutum, Apostolicisque legibus præscriptum Ecclesiasticæ Disciplinæ ordinem in suo pristino decore retinendum, conservandumque, si quo pacto per longas temporum vices immutari contigisset, operam nostram conferre satagamus.

Ecclesiæ Papiens. præroga- §. 1. Quoniam autem Cathedralis Ecclesia Papiæ, quæ olim Ticinum dicta est, non tam vetustæ antiquitatis, Longobardorum Regum Se-

dis, et tot Sanctorum Antistitum pietate, literis, ac Martyrio insignium splendore, quam ipsa amplitudine, et omnimoda in populos sibi subiectos jurisdictione, inter præcipuas Italiae Ecclesias semper extitit, factum est, ut innumera propemodum privilegia cum latifundiis fortunis, aliisque amplissimis juribus, Romani Pontifices, Imperatores, Reges Longobardorum, aliique Principes eidem Ecclesiae, ejusque Antistitibus indulserint; Eapropter tot sane privilegia cum decoribus, prærogativis, dignitate, auctoritate, immunitatibus, exemptionibusque conjuncta, ac toties comprobata, atque confirmata iisdem Antistitibus, qui Apostolicæ huic Sanctæ Sedi immediate subjecti sunt, Pallii certe usus, ac jus Crucem more Archiepiscoporum ante se gestandi, album equum conscendendi, jus a dextris in Conciliis Generalibus Summo Romano Pontifici assidendi, jus denique, quod etiam admirans refert clar. mem. Cæsar Sanctæ Romanæ Ecclesiae Cardinalis Baronius, ut quotiescumque Ticinensis Episcopus vocare ad Synodum Archiepiscopos Mediolanensem, et Ravennatensem, cum suffraganeis, venire omnino deberent; hæc non immerito exposcerent, ut eandem Cathedralem Ecclesiam, exigentibus etiam eximiis Venerabilis Fratris Francisci ejusdem Cathedralis Papiensis Episcopi, in tuendis Ecclesiae Papiensis, ipsi spiritali connubio junctæ, juribus egregie meriti virtutibus, in Archiepiscopatum erigeremus.

§. 2. Verum Nos, quibus nihil est antiquius, quam ut Venerabilem Ecclesiarum antiquitatem stabilem custodiamus, æquum, nec novum esse ducimus, si eidem Ecclesiae Cathedrali Papiensi, ejusque Antistiti pro tempore existenti aliquem titulum Archiepiscopi Ecclesiae Archiepiscopalis in partibus Infidelium sitæ tribuamus, Archiepiscopalemque Ecclesiam hujusmodi ipsi Papiensi Ecclesiae uniamus, et incorporemus: Ita enim fiet, ut eidem Episcopo Papiensi tot privilegiis munito, et Archiepiscopali

Pontificis  
consilium

PONT. dignitate adaucto, debitus locus; et honor in  
 A. III. quibusvis Ecclesiasticis, et Sæcularibus Conses-  
 sibus deferatur.

Archie-  
 piscopa-  
 tum Ama-  
 siæ in  
 part. In-  
 fid. ipsi  
 perpetuo  
 unit.

§. 3. Hinc est, quod Nos, Motu proprio, et  
 ex certa scientia, ac matura deliberatione no-  
 stris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine,  
 tenore præsentium, Archiepiscopalem Ecclesiam  
 Amasiæ, quæ Helenoponti Metropolis Turcarum  
 Tyrannidi subjecta, quoad nominis honorem  
 saltem conservari meretur, eidem Cathedrali  
 Ecclesiæ Papiensi unimus, et incorporamus, ac  
 perpetuis futuris temporibus unitam, et incor-  
 poratam esse, ac fore declaramus, statuimus,  
 decernimus, et ordinamus; ita ut non modo  
 idem Venerabilis Frater Franciscus Papiæ Epi-  
 scopus, sed quicumque pro tempore in Episco-  
 pali Papiensi Cathedra ipsi successerit, una in-  
 simul nuncupetur, inscribatur, et sit Archie-  
 piscopus Amasiensis, et Episcopus Papiensis,  
 cum omnibus, et singulis juribus ratione tum  
 Episcopalis Ecclesiæ Papiensis, tum Archiepisco-  
 palis Ecclesiæ Amasiensis ad ipsum respective  
 spectantibus; Nec propterea eundem Archie-  
 piscopum, et Episcopum, ad Archiepiscopalem  
 Ecclesiam prædictam Amasiæ, donec ab Infide-  
 libus detinebitur, accedere, et apud eam per-  
 sonaliter residere minime teneri.

Eandem  
 sub im-  
 mediata S.  
 Sedi sub-  
 jectione  
 confir-  
 mat, et  
 tiam quo-  
 ad causa-  
 rum ap-  
 pellatione-  
 nes etc.

§. 4. Præterea volumus, et mandamus, ut  
 idem Episcopus Papiensis, et Archiepiscopus  
 Amasiensis, deinceps semper, ut antea, memo-  
 ratæ Apostolicæ Sedi immediate subjectus in-  
 telligatur, nec juxta Concilii Tridentini decre-  
 tum, et Concilii Romani a fel. record. Bene-  
 dicto PP. XIII. Prædecessore nostro celebrati,  
 Præscriptionem, sibi Metropolitanum, quem  
 hactenus non elegit, imposterum eligere tenea-  
 tur; nec Causæ quæcumque Civitatis, et Dice-  
 cesis Papiensis ad quemvis, jure appellationis,  
 nisi ad Apostolicam Sedem prædictam, defe-  
 rantur.

De forma  
 expediendi Lite-  
 ras Ap.

§. 5. Denique statuimus, ac declaramus, eum-  
 dem Franciscum modernum Episcopatum Pa-

ANNO  
1743.

piensem, tenore præsentium, absque ulla alia declaratione, sive Apostolicarum Literarum expeditione, re ipsa Archiepiscopum Amasiensem esse, ac fore, et nuncupari posse, ac debere; ipsius vero pro tempore Papiensi Ecclesiæ præfatæ præficiendis Antistitibus, toties, quoties præfici contigerit, per easdem Apostolicas sub Flumbeo pro Papiensi Ecclesia expediendas literas, titulum Archiepiscopi Amasiensis conferri debere, facta semper unionis, et incorporationis hujusmodi mentione; quem sane titulum Archiepiscopi Amasiensis ita unitum, et incorporatum esse, ac fore volumus ac præcipimus Episcopo Papiensi pro tempore existenti, ut quicumque Papiensis Episcopus, si ipsum ab Ecclesia Episcopali Papiensi ad aliam Episcopalem Ecclesiam transferri evenerit, relicto Archiepiscopi Amasiensis titulo, alium alterius Archiepiscopalis Ecclesiæ titulum ab Apostolica Sede præfata impetrare, et obtinere debeat.

Quid in  
casu trans-  
lationis.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, præminentia, vel dignitatis, seu aliàs specifica, et individua mentione, et expressione digni, in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, intimati, aut auditi fuerint; tametsi suorum Indultorum, vel privilegiorum vigore, consentire, seu vocari, citari, intimari, et audiri semel, vel pluries quoquomodo debuissent, aut ex alia quacumque juridica, privilegiata, et rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, occasione, colore, prætextu, titulo etiam oneroso, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet

Clausula  
de perpetuo literarum vigore, subblata etc. irritum etc.



PONT.  
A. III.

etiam maximo, substantiali, essentiali, formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis Oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse; Sed easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eidem Francisco Archiepiscopo, et Episcopo, et suis pro tempore Successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes.

§. 7. Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit, quacumque Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula in contrarium præmissorum quomodolibet edita, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodali-  
bus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, necnon dictarum Ecclesiarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis prærogativis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Qui-

ANNO  
1743.

bus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, ac plenissime, et amplissime derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. 15. Febr. Februarii MDCXLIII. Pontificatus Nostri Anno 1743. Tertio.

*Pro D. Cardinali Passioneo*

*Cajetanus Amatus.*

P O R T.  
A. III.

LXXV.

## CONCIONATORIS

Apostolici munus Ordini Fratrum Minorum  
Sancti Francisci Cappuccinorum perpetuo  
addicitur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**I**NCLYTUM Fratrum Minorum S. Francisci Cap-  
puccinorum occupatorum Ordinem, dum in  
Minoribus quidem essemus, ea, qua par erat,  
veneratione prosequebamur: in hac vero Sacro-  
sancti Apostolatus specula constituti, majoribus  
Apostolicæ nostræ caritatis, benignitatisque tes-  
timoniis complecti gestimus: considerantes maxi-  
me, quanta, et quam loculenta Christianæ pie-  
tatis, et religiosæ perfectionis exempla, cum sa-  
crarum doctrinarum splendore, atque æterna Ani-  
marum salute conjuncta, sicut ab initio, in  
Catholica Ecclesia, ita in dies proferant religio-  
sissimi illius Ordinis Alumni: ut nihil Ortho-  
doxos, Acatholicosque vicissim vehementius per-  
stringat, et ad saniorum mentem reducat, quam  
celeberrimi Instituti inita cum austerioris vitæ  
sanctimonia ratio, et Christianarum virtutum  
seruata, prius per eosdem Alumnos quam diu-  
tissime trita, deinde alio exemplo, et verbo  
indicata.

Horum §. 1. Expropter accidentes Nos ad audiendum  
eximia o- Verbum Dei, quod in Apostolico Palatio statis  
pora in temporibus predicari solet, tunc temporis maxi-  
mopere laudabamus sapientissimum Romano-  
pontificum Predecessorum nostrorum con-  
qui ex hoc potissimum Ordine Predica-  
d huiusmodi officium adiscere consue-

vissent ; Ex illo enim , non tam majorum nostrorum , quam nostra etiam memoria , prodierunt insignes Verbi Dei Præcones ; quorum etiam in præsentia quamplurimi ubique per Catholicum Orbem commendantur. Inter alios vero , qui præclaras Concionatoris in Palatio Apostolico partes , summa cum nominis laude , expleverunt , præter Venerabilem Fratrem Bonaventuram Ferrariæ Archiepiscopum a Nobis ; dum in minoribus pariter essemus , cum voluptate diu auditum , ac tantopore probatum , duo etiam in Sacrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium adlecti fuerunt , Anselmus a Monopoli , et Franciscus Maria ab Aretio.

ANNO  
1743.

§. 2. His sane , aliisque animum nostrum moventibus , atque ex eo etiam adducti , quod in hac Alma Urbe nostra alia Officia , atque Ministeria aliis nonnullorum Religiosorum Ordinum Alumnis ita addicta in perpetuum sunt , ut munera hujusmodi , tamquam sibi debita , vindicantes Ordinum superiores , quo laudabilius obeantur , optimum quemque suorum omnistudio , atque cura conquirunt ; confidimus fore , ut imposterum , quemadmodum hactenus , benedicente Domino , factum est , ex memorato Cappuccinorum Ordine eximii in Apostolico Palatio Concionatores habeantur.

Utilitas  
addicendi  
perpetuo  
hujusmodi  
munus  
eorum Ordini.

§. 3. Itaque , Motu proprio , non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam , sed de nostra mera deliberatione , ac certa scientia , auctoritate Apostolica . tenore præsentium , statuimus , decernimus , et ordinamus , quod deinceps perpetuis futuris temporibus Officium prædictum Concionatoris Apostolici , alicui dicti Ordinis Minorum Cappuccinorum Professori , committi , concedi , et assignari debeat.

Quod per  
præsentis  
statuitur.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas , et in eis contenta quæcunque , semper firma , valida , et efficacia existere , et fore , suosque plenarios et integros effectus sortire , et obtinere , ac illis , ad quos spectat , et pro tempore quandoquæ spectabit , in omnibus , et per omnia

Clausulæ  
et Decreta

PONT.  
A. III.

LXXV.

## CONCIONATORIS

Apostolici munus Ordini Fratrum Minorum  
Sancti Francisci Cappuccinorum perpetuo  
addicitur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**I**NCLYTUM Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Ordinem, dum in Minoribus quidem essemus, ea, qua par erat, veneratione prosequeremur: in hac vero Sacrosancti Apostolatus specula constituti, majoribus Apostolicæ nostræ caritatis, benignitatisque testimoniis complecti gestimus; considerantes maxime, quanta, et quam luculenta Christianæ pietatis, et religiosæ perfectionis exempla, cum sacrarum doctrinarum splendore, atque æterna Animarum salute conjuncta, sicut ab initio, in Catholica Ecclesia, ita in dies proferant religiosissimi illius Ordinis Alumni; ut nihil Orthodoxos, Acathalicosque vicissim vehementius perstringat, et ad saniores mentes reducat, quam celeberrimi Instituti inita cum austerioris vitæ sanctimonia ratio, et Christianarum virtutum semita, prius per eosdem Alumnos quam diutissime trita, deinde aliis exemplo, et verbo indicata.

Horum §. 1. Eapropter accedentes Nos ad audiendum eximia opera in munere Concionatoris Sacri Palatii. Verbum Dei, quod in Apostolico Palatio statis temporibus prædicari solet, tunc temporis maxime laudabamus sapientissimum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum consilium, qui ex hoc potissimum Ordine Prædicatores ad hujusmodi officium adsciscere consue-

vissent ; Ex illo enim , non tam majorum nostrorum ; quam nostra etiam memoria , prodierunt insignes Verbi Dei Præcones ; quorum etiam in præsentia quamplurimi ubique per Catholicum Orbem commendantur. Inter alios vero , qui præclaras Concionatoris in Palatio Apostolico partes , summa cum nominis laude , expleverunt , præter Venerabilem Fratrem Bonaventuram Ferrariæ Archiepiscopum a Nobis ; dum in minoribus pariter essemus , cum voluptate diu auditum , ac tantopore probatum , duo etiam in Sacrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium adlecti fuerunt , Anselmus a Monopoli , et Franciscus Maria ab Aretio.

ANNO  
1743.

§. 2. His sane , aliisque animum nostrum moventibus , atque ex eo etiam adducti , quod in hac Alma Urbe nostra alia Officia , atque Ministeria aliis nonnullorum Religiosorum Ordinum Alumnis ita addicta in perpetuum sunt , ut munera hujusmodi , tamquam sibi debita , vindicantes Ordinum superiores , quo laudabilius obeantur , optimum quemque suorum omni studio , atque cura conquirunt ; confidimus fore , ut imposterum , quemadmodum hactenus , benedicente Domino , factum est , ex memorato Cappuccinorum Ordine eximii in Apostolico Palatio Concionatores habeantur.

Utilitas  
addicendi  
perpetuo  
hujusmo-  
di munus  
eorum Or-  
dini.

§. 3. Itaque , Motu proprio , non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam , sed de nostra mera deliberatione , ac certa scientia , auctoritate Apostolica . tenore præsentium , statuimus , decernimus , et ordinamus , quod deinceps perpetuis futuris temporibus Officium prædictum Concionatoris Apostolici , alicui dicti Ordinis Minorum Cappuccinorum Professori , committi , concedi , et assignari debeat.

Quod per  
præsentes  
statuitur.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas , et in eis contenta quæcunque , semper firma , valida , et efficacia existere , et fore , suosque plenarios et integros effectus sortire , et obtinere , ac illis , ad quos spectat , et pro tempore quandoque spectabit , in omnibus , et per omnia

Clausulae  
et Decreta

PONT. plenissime suffragari; sicque in præmissis per  
 A. III. quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos,  
 etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,  
 judicari, et definiri debere; ac irritum, et ina-  
 ne, si secus super his a quoquam quavis aucto-  
 ritatesciant, vel ignoranter contigerit attentari.

Deroga-  
 tiones.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Consti-  
 tutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec-  
 non dicti Ordinis Cappuccinorum, etiam jura-  
 mento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir-  
 mitate alia roboratis Statutis; et Consuetudi-  
 nibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Literis  
 Apostolicis in contrarium præmissorum quomo-  
 dolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Qui-  
 bus omnibus, et singulis, illorum tenores præ-  
 sentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de  
 verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo  
 robore permansuris, ad præmissorum effectum,  
 hac vice dumtaxat specialiter, et expresse dero-  
 gamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die  
 2. Mart.  
 1743.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
 Annulo Piscatoris die II. Martii MDCCXLIII.  
 Pontificatus Nostri Anno III.

*Pro D. Card. Passioneo.*

*Cajetanus Amatus.*

ANNO  
1743.

## EPISTOLA DECRETALIS

LXXVL

**I**n causa jurisdictionali jam dudum pendente inter Episcopum Conversanum, et Ordinem Militarem S. Joannis Hierosolymitani. Expenditur vis Possessionis quadragenariæ, et immemorabilis. Indulta Apostolica, et Episcoporum cessiones quatenus jurisdictionem activam, vel exemptionem passivam dumtaxat importent etc. Sententia fertur pro Episcopo Conversano, et opportunis Decretis et clausulis munitur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**A**POSTOLICÆ servitatis officium, quod humeris nostris, licet imparibus, inscrutabilis imposuit Divini altitudo consilii, illius Nos sæpe admonet sollicitudinis, quam Romanum Pontificem, ad procurandam omnium Ecclesiarum tranquillitatem, earumque tuenda commoda, et jura, vigili cura oportet impendere; ut Episcopi ad easdem regendas a Spiritu Sancto positi, avulsis omnium dissensionum seminibus, commisso sibi gregi attendentes, ministerium suum in dulcedine pacis adimpleant.

§. 1. Cum itaque ad nostri Apostolatus auditum, publico primum sermone, ac fama, et deinde demissa Venerabilis Fratris Macarii Episcopi Conversani expositione nobis humiliter facta, delatum sit, inter Episcopos pro tempore Conversanos ex una, ac dilectos filios Magnum

Exordium ab Ecclesiasticæ pacis cura.

Controversiæ antiquitas, et Status.



PONT. plenissime suffragari; sicque in præmissis per  
 A. III. quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos,  
 etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,  
 judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane,  
 si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis Cappuccinorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis; et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in quo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die  
 2. Mart.  
 1743.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
 Annulo Piscatoris die II. Martii MDCCXLIII.  
 Pontificatus Nostri Anno III.

*Pro D. Card. Passioneo.*

*Cajetanus Amatus.*

EPISTOLA

In causa jurisdictionis inter Episcopum Militarem S. ... datur vis ... memorabilis. ... vel exemptiones ... tenti etc. ... versio, et ...

BENEFACTIO

Servilis

Ad perpetuam  
Apostolica  
vestris, licet imper  
Dei altitudo  
solicitudinis,  
procurandam  
tam, earumque  
cura oportet  
regere

... enun  
Tribu  
sensim  
isdictionem  
etesis parte  
to inferiori ex  
cum titulo, ut  
Nos, cum adhuc  
ere Secretarii Con  
ilium super inte  
retorum Con  
cohibendam  
m, et ad inco  
tationem coe  
quæ pro ut  
ndimus, tr  
nii nostri v  
blicis typ  
is in post  
casio

Non vero  
ex posses.  
quadrage  
uaria,  
cum titu  
lo, colo  
rato, ex  
doctrina  
SS. D. N.  
et Decreto  
Congreg.  
et  
n. XI.

no  
43.  
o in-  
Epi-  
Dice-  
in vel  
privil-  
ex com  
t. im-  
m.

**PONT.** Magistrum, et Fratres Milites militiæ S. Joannis  
**A. III.** Hierosolymitani ex altera partibus, annosam  
 litem, et jam senescentem intercessisse, super  
 exercitio jurisdictionis Ordinariæ in Oppido *Pu-*  
*tiniani*; litemque ipsam, tametsi a bon. mem.  
 Cæsare Lambertino Episcopo Insulano, vigore  
 commissionis signatæ manu fel. recor. Leonis  
 Papæ X. Prædecessoris, per definitivam senten-  
 tiam olim diremptam, nihilominus denuo in  
 Foro instauratam fuisse, et in Causarum Palatii  
 nostri Apostolici Auditorio, magno ipsorum liti-  
 gantium incommodo, ac dispendio, diutissime  
 exagitata, et per varias ambages ad hanc diem  
 protractam, et adhuc in eodem Auditorio pen-  
 dentem, majori utriusque partis detrimento in

**Eam Pon-** diem magis magisque protrahi posse: Idcirco ut  
**tifex ad se** celerius et expeditius, quo fieri posset, eidem  
**avocat,** tandem finis imponeretur, servata tamen, sanc-  
**cum con-** teque, ut par est, custodita Canoniarum legum,  
**silio Aud.** et sanctionum censura; Nos Prædecessorum nos-  
**S. Pal.** trorum Romanorum Pontificum, præcipue Inno-  
**Prædeces-** centii PP. III. morem, et exempla secuti, qui  
**sorum ex-** restituendæ pacis, et concordiæ solliciti, ad par-  
**emplo, de** cendum litigantium expensis, et temporis diu-  
**cidendam** turnitati consulendum, non detrectantes onus,  
 et laborem cognitionis ipsarum controversiarum,  
 Apostolicæ auctoritatis, et providentiæ partes  
 non semel per se ipsi interposuere; causam hu-  
 jusmodi fere interminabilem, et perpetuam, ad  
 Nos advocavimus, eamque, adscitis in consilium  
 dilectis Filiis Causarum Palatii nostri Audito-  
 ribus, et allegationibus juris, et facti diversorum  
 Jurisperitorum, qui utrique parti aderant, et  
 jura strenue tuebantur, tum voce, tum scripto  
 coram Nobis deductis, et sæpius a Nobis auditis,  
 lectis, et diligenter consideratis, supremo judicio  
 nostro decidendam, et debito fine duximus ter-  
 minandam.

**Prælato** §. 2. Sane licet vetustissima hujus contestatæ  
**Inferiori** litis primordia, si altius ab origine sua repe-  
**acquiri-** tantur, præ vetustate, admodum obscura, et  
**tur juris.** involuta sint; illud tamen certum, firmumque,

et indubitatum est, Oppidum *Putiniani* situm esse in Diœcesi *Conversana*, ejusque finibus contineri, nec illius positionem intra Diœcesis ambitum, impugnatam unquam fuisse ab iis, qui acri et diuturna contentione, pro sibi asserenda contra Episcopum Ordinaria jurisdictione decertarunt. Quo quidem posito, quod in dubium revocari nequit, certi juris est, jurisdictionem in dicto Oppido exercendam acquiri tantum potuisse, aut ex vi clari et manifesti privilegii Apostolici, adimentis Episcopo, et Prælato inferiori tribuentis aliquam Territorii partem, a reliqua Diœcesi prorsus separatam, et quodammodo avulsam; aut, deficiente privilegio expresso, ex vi consuetudinis immemorabilis stricte cum suis requisitis conditionibus comprobata: Continuata enim, et pacifica, atque hominum memoriam longe excedens omnium actuum jurisdictionalium exercita possessio, ipso vidente, et acquiescente Episcopo, tantæ virtutis, et efficacitæ esse censetur, ut jurisdictio Ordinaria, et Territorialis, quæ privilegio expresso adscribi non potest, saltem præsumpto videatur referenda.

§. 3. Firmissimo huic juris Canonici enunciato refragari posse videbantur aliquæ Tribunalium, et Jurisconsultorum in Foro sensim receptæ opiniones, asserentium jurisdictionem Ordinariam, etiam in alienæ Diœcesis parte, adstrui sibi facile posse a Prælato inferiori ex sola quadragenaria possessione, cum titulo, ut vocant, colorato. Verum enim Nos, cum adhuc in minoribus existentes, munere Secretarii Congregationis S. R. E. Cardinalium super interpretatione, et executione Decretorum Concilii Tridentini fungeremur, ad cohibendam hujusmodi propositionum licentiam, et ad inconsultam Canonici juris interpretationem coercendam, rationum momenta, quæ pro utraque sententia afferebantur, expendimus, tractatu in scriptis a Nobis pro ingenii nostri virium facultate elucubrato, et publicis typis impresso. Subinde vero, ut omnis in posterum dubitandi occasio

ANNO  
1743.  
dictio in-  
tra Epi-  
scopi Dic-  
cesim vel  
ex privil.  
vel ex con-  
suet. im-  
mem.

Non vero  
ex posses-  
quadrage-  
naria,  
cum titu-  
lo, colo-  
rato, ex  
doctrina  
SS. D. N.  
et Decreto  
Congreg.  
Conc. et  
Clem. XI.

PONT. præcideretur, et una esset in Foro certa, et  
 A. III. immota iudicandi ratio, sublato quovis dissidentium opinionum conflictu, fel. rec. Clemens Papa XI. Prædecessor noster ea, quæ a Nobis literis consignata fuerant, examinanda commisit Congregationi Particulari quinque S. R. E. Cardinalium, et totidem Prælatorum, doctrina; et integritate præstantium, Nobis etiam uti Congregationis Secretario in hunc numerum adscriptis. Porro eadem Congregatio, mature discussa, intimeque ex nostra sententia rimato negotio, præmissas opiniones innixas *possessioni quadragenariæ cum titulo colorato*, tanquam Canonice sanctionibus adversas, præsidio juris destitutas, et saniorum Canonistarum sententiis parum consentaneas, rejecit; et ad asserendam favore Prælati inferioris jurisdictionem Ordinariam in aliqua parte alienæ Diocesis, expressum privilegium Apostolicum, vel consuetudinem immemorabilem legitime probatam suffragari tantum posse decrevit. Idem vero Clemens Prædecessor antedictæ Congregationis decretum die 3. Januarii anno Domini 1721. nedum benigne probavit, et observari perpetuis futuris temporibus præcepit; verum etiam typis impressum, et inter Apostolicas Constitutiones relatum perpetuo custodiri mandavit.

Religioni Hieros. non assistit immemorabilis, ut pote semper impugnata ab Episcopo. §. 4. Hac igitur præ oculis habita certa iudicandi regula provide sapienterque instituta, consultò Religio Hierosolymitana nullum ponebat fundamentum in consuetudine immemorabili, vel quia certa recensebantur initia prætensæ jurisdictionis in Oppido Putiniani, vel quia eadem immemorabilis, quæ solo labefactatur rumore, interverti, et submoveri penitus videbatur tum ex judiciali, diuturna, et nunquam intermissa contradictione Episcoporum Conversanorum, tum etiam a plerisque actibus jurisdictionalibus in præfato Oppido ab Episcopis exercitis, quorum non obscura extabant monumenta.

§. 5. Potissimum itaque acquisitæ jurisdictionis ordinariæ præsidium constituebat in privilegio Apostolico, ac in literis Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, præsertim fel. rec. Joannis XXII., qui anno Domini 1317. Monasterium S. Stephani Ordinis S. Benedicti Religioni Hierosolymitanæ perpetuo incorporavit, et univit, *cum Ecclesiis, Capellis, Membris, Castris, Casalibus, Granciis, Territoriis, Olivetis, Possessionibus, Juribus, Jurisdictionibus, Libertatibus, Privilegiis, et exemptionibus, ac omnibus bonis, juribus, et pertinentiis suis.*

ANNO  
1743.  
Privilegium Joau  
XXII. fa-  
vore Mo-  
nachor.  
Benedict.

§. 6. Verum, inspecto, et sedulo expenso integro contextu, et tenore præfatæ Constitutionis, minime ex ea evincitur, in Magnum Magistrum, ejusque Commendatarios, translata fuisse plenam, et omnimodam jurisdictionem Ecclesiasticam, et Spiritualem, non solum in Ecclesias, et loca, verum etiam in Clerum, et populum, quemadmodum necessarium est, ut Prælati inferior suum peculiare habeat Territorium a reliqua Episcopali Diœcesi separatum. Resistunt enim tum mens, tum verba Constitutionis prædictæ. Et quidem mens, quia unio et incorporatio eum in finem solummodo collineavit, ut Equites Hierosolymitani, qui a Monachis Benedictinis inter se dissidentibus in Monasterium ad oram Maris positum allecti fuerant, possessionem illius adepti, legitimum quoque ex largitione Apostolica nanciscerentur dominium reddituum temporalium; tum etiam ut ex hoc loco, transvehendis ultra Mare com meatibus maxime opportuno, Classi suæ contra Infideles instructæ suppetias ferre possent.

Quod non  
suffragari  
censetur.

Inspecta  
mente  
Pontificia

§. 7. Adversantur præterea verba; quia si verba Bullæ singillatim examinentur, et præsertim illa: *Cum omnibus juribus, jurisdictionibus, libertatibus, et privilegiis*: tantæ non sunt efficacitæ, ut jurisdictionis ab Episcopo ablata dicatur, et in Religionem Hierosolymitanam translata; quia, cum non agatur de privilegio mere exemptivo, sed de privilegio magis arduo, et a jure communi alieno, tribuendi scilicet jurisdic-

Et defi-  
ciente ex-  
pressa Or-  
dinariæ  
jurisdi-  
ctionis  
conces-  
sione.

**PONT.** tionem Ordinariam personæ inferiori, ablata  
**A. III.** Episcopo parte suæ Diœcesis; numquam per  
 generalia, et ambigua verba concessum esse  
 intelligitur.

**Quam  
 non omi-  
 sisset  
 dum le-  
 viora con-  
 stituit.**

§. 8. Maxime quia in casu, de quo agitur, ad hujusmodi interpretationis veritatem confirmandam accedit circumspecta præfati Pontificis vigilantia, qua in ipsa unione rebus omnibus opportune consultum, ac provisum voluit. Si quidem in dicto Monasterio uniendo, hujusmodi leges, et conditiones servandas præscripsit, ut non solum Equites Hierosolymitani onera eidem inhærentia adimplerent, Personas idoneas eligerent, quæ præessent Ecclesiæ, Missas in Defunctorum animarum expiationem celebrarent, et Divina Officia persolverent; verum etiam Monachis Benedictinis; quorum nonnulli adhuc supererant, omnia ad victum, et vestitum necessaria tribuit, eorumque vitæ commodis voluit providere. Minime autem levioris momenti collatum fuisse a Pontifice studium, et diligentiam: nullumque præterea verbum de Oppido populoso, soluto, ut prætenditur, a lege Diœcesana, et avulso a jurisdictione Episcopali; nullum de personis spirituali regimini in posterum præficiendis; nullum de finibus aptè designandis; nullum denique de cura Gregis, ac vigilantia Pastoris in dicta Constitutione adjecisse, si revera id facere providus Pontifex in animo habuisset.

**Literæ  
 Paschalis  
 et Callixti  
 II., et A-  
 lex. III.  
 prædictis  
 Monachis  
 concessæ  
 quid conti-  
 nent.**

§. 9. Longe autem minoris ponderis, ac levioris momenti apparebant Apostolicæ Literæ Paschalis, et Calixti II., necnon Alexandri III. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, qui Apostolicæ Auctoritatis munimine confirmarunt donationes factas anteactis temporibus ab Episcopis Conversanis dicto Monasterio S. Stephani Urbi Monopolitanæ finitimo. Si enim singulæ partes expendantur præfatæ Constitutionis Alexandri III., cui consonant disposita per Paschalem, et Calixtum, nihil aliud ex ea constat, quam sub immediata S. Petri, et Apo-

stolicæ Sedis protectione fuisse recepta bona quæcumque per Monasterium S. Stephani acquisita, et in futuram acquirenda, recensito etiam Oppido Putiniani, una cum suis membris, et pertinentiis; *illudque fuisse solutum ab omni iugo, et exactione tam Episcoporum, quam Secularium.* Præterea in eisdem literis Alexandri, ad augenda novis titulis dignitatis Abbatialis decora, et ornamenta, conceditur Abbati usus Mitræ, et Annuli, necnon facultas recipiendi Chrismatis, et Olei Sancti a quovis Catholico Antistite gratiam, et communionem Apostolicæ Sedis habente, et insuper a quovis etiam Antistite Catholico Basilicas, et Altaria consecrari, et ordines Monachis, et Clericis rite conferri posse decernitur. Prohibetur itidem in eisdem Literis Episcopo, ne absque Monachorum consensu in Ecclesia Monasterii Pontificalia exerceat, et Ecclesiastico supponat interdicto Ecclesiam, aut Monasterium, *Monachos, Clericos, seu etiam Laicos utroque jure ipsis subjectos*: neve eosdem Monachos Synodo Diocesanæ interesse compellat. Demum ad exhibendam Apostolicæ Sedi reverentiam, et homagium, unciæ unius auri census imponitur, Romano Pontifici quotannis persolvendus.

ANNO  
1743.

§. 10. Itaque Constitutiones præfatæ, sive conjunctim, et generatim, sive disjuncte, et singillatim considerentur, nihil aliud præseferre videntur, præterquam nudam, ac simplicem exemptionem passivam Monasterii, et Monachorum, una cum Clericis, et Laicis eorum obsequio mancipatis, et servitio addictis, a Jurisdictione Ordinarii; non autem translationem in Abbatem Jurisdictionis Ordinariæ, et Ecclesiasticæ in Clerum, et Populum Putiniani, prævia separatione ejusdem Oppidi a reliqua Diocesi Conversana; ideoque argumentum, et illatio ab hujusmodi passiva exemptione ad jurisdictionem activam, tanquam Canonicis Sanctionibus nimium absona, omnino repellenda videbatur.

Extendi  
nequeunt  
ad Juris-  
dictionem  
activam.



**PONT.** §. 11. **EO** magis quia interpretatio Constitutio-  
**A. III.** tionis pro sola exemptione passiva, Ecclesiasticæ  
 De illius historiæ monumentis illius ætatis apprime con-  
 ætatis dis-sonans, et conveniens comperitur. Quamvis enim  
 ciplina. tempore prædicti Alexandri III. eximi Aposto-  
 lica auctoritate consueverint Monasteria ab Epi-  
 scoporum Jurisdictione, ut Monasticæ quieti,  
 et tranquillitati uberius consultum foret, nulla  
 tamen per id temporis recensentur exempla a-  
 ctivæ jurisdictionis tributæ Monachis in Cle-  
 rum, et Populum.

**Cessio ju- §. 12. Parvique refert, quod Bulla Alexandri**  
**ris Epi-** **III.** non solum confirmaverit donationes anti-  
**scopalis** quitus factas Monasterio a Supremis Principi-  
**ab Episco-** bus, Comitibus, aliisque sæcularibus personis;  
**po facta** sed ratam quoque habuerit cessionem juris Epi-  
**per verba** scopalis primitus factam ab Episcopis Con-  
**generalia,** versanis favore Monachorum, *sicut habetur in eo-*  
**congrue** *rum authenticis scriptis.* Quandoquidem cessio  
**refertur** Juris Episcopalis, cum suapte natura non se-  
**ad exem-** cum ferat omnimodam, plenariam, et effrena-  
**ptionem** tam abdicationem a donantibus in donatarios  
**passivam.** totius auctoritatis, et jurisdictionis Ecclesiasticæ  
 in Populum, et Clerum exercendæ, ad quem  
 effectum verba deberent esse clara, et expressa;  
 ratio juris suadet, per hujusmodi donationem  
 nihil aliud transfusum fuisse in Abbatem, præ-  
 terquam aliquam Juris Episcopalis partem, co-  
 hærentem, et consentaneam soli exemptioni pas-  
 sivæ, et in majus dictæ exemptionis incrementum  
 cessuram.

**Confir- §. 13. Neque huic interpretationi ea adversa-**  
**matio A-** tur animadversio, quod idem Alexander Papa  
**postolica** **III.** confirmavit cessionem juris Episcopalis, alias-  
**in forma** que donationes, relative ad documenta, quæ *in*  
**communi** *Monachorum authenticis scriptis contineri fereban-*  
**nihil ad-** tur: quia documenta hujusmodi neque exami-  
**dit.** nata, neque Pontifici exhibita, neque in Bulla  
 Alexandrina de verbo ad verbum, ut opus erat,  
 expressa fuerunt; ideoque cum illa apud Mo-  
 nachos, antiquitatis offusa tenebris, perpetuo  
 consepulta jacuerint; palam fit, Literas Aposto-

licas prædicti Alexandri non egredi limites confirmationis Apostolicæ *in forma communi*, nullamque ex eadem confirmatione erui posse activæ jurisdictionis probationem.

ANNO  
1743.

§. 14. Cæterum ubi etiam donationes fuissent ab eodem Alexandro recognitæ, specialiter approbatæ, et in suis literis expressæ, nihilominus claris ostenditur argumentis, alienam fuisse a voluntate Pontificis quamcumque activi juris Episcopalis ademptionem, et imminutionem. Etenim proponente Episcopo Conversano paulo post querelam ereptæ sibi jurisdictionis Ordinariæ in Oppido Putiniani ab Abbate Benedictino eam sibi vindicante obtentu dictæ confirmationis Apostolicæ, præfatus Alexander Prædecessor, datis opportune literis Episcopis Vigiliensi, et Tranensi, non solum declaravit, nullum se auctoritati Episcopi Conversani irrogare voluisse præjudicium, sed etiam ad sarcienda illata illius dignitati dispendia ab Abbate Benedictino, mandavit eisdem Episcopis, ut, causâ judicialiter cognitâ, et instructâ, acta conficerent, et confecta Curiæ Romanæ remitterent. Successive vero alii Pontifices Clemens, et Cælestinus III., necnon Cardinalis Rogerius Romanæ Sedis Legatus, jurium Episcopaliū vindices, unanimi sensu decreverunt, redintegrandum esse Episcopum in ablata jurisdictionis possessione, atque Ecclesiastico jure, et auctoritate in ea conservandum.

Idem Alexander, ejusque Successores, suam mentem factis declarant.

§. 15. Hæc autem illustria, et antiqua gestarum rerum monumenta demonstrant, privilegia ab Alexandro III. Monasterio concessa secumferre nudam passivæ exemptionis prærogativam, tam respectu Monasterii præfati, et Ecclesiarum ab eo dependentium, quam respectu Clericorum, et Sæcularium Monachis insertiventium, firma tamen perseverante, et immota in Episcopo jurisdictione activa in Oppido *Putiniani*; ac proinde illam, utpote a Monachis non acquisitam, per unionem factam a Joanne XXII., in Religionem Hierosolymitanam trans-

Ex dictis inferitur, solam exemptionem passivam Monachis competuisse.

Ideo nihil ultra in Relig. Hierosol.

**P**ost fundi non potuisse. Et licet superius relata monumenta temporum injuria interciderunt, satis tamen visum est ea relata fuisse a Sententia promulgata a bon. mem. Cæsare Lambertino Episcopo Insulano, ad hanc litem dirimendam, ut superius dictum est, delegato a Leone X. Prædecessore nostro. Nam eximii, hujus Præsulis, moribus integerrimi, et juris Canonici consultissimi, tum ob ejus dignitatem, tum ob vitæ probitatem, doctrinæque præstantiam, et generis nobilitatem, in re antiqua, et longe a memoria hominum remota, tanti faciendæ visa est auctoritas, ut ob illius testimonium, etiam deperditis actis, quibus sententia nitebatur, post longum temporis cursum fides adjungi deberet.

**S**. 16. Demum ad comprobandam passivæ exemptionis concessionem confert ipsa forma literarum Joannis XXII., qui, unione et incorporatione dicti Monasterii Sancti Stephani Religioni Hierosolymitanæ ex Apostolica benignitate facta, et concessa una cum membris, Capellis, pertinentiis, juribus et jurisdictionibus, Pontificiam concessionem, et Apostolicum privilegium non alia designavit nuncupatione, quam *immediatæ subjectionis Sanctæ Romanæ Sedi*, quæ sane verba soli congruunt exemptioni passivæ, non autem juri activo, et separationi Territorii.

**S**. 17. His igitur, aliisque rationum momentis mature, seduloque perpensis; diligenterque auditis, quæ fuerunt hinc inde proposita; inspectis etiam omnibus causæ instrumentis, penitusque consideratis; diligenti præterea habito tractatu cum præfatis Causarum Palatii nostri Auditoribus, ut compositis omnibus dissidiis, tandem, benedicente Domino, oriatur abundantia pacis, et ut Conversanæ Ecclesiæ jura a moderno Episcopo, quibuscumque postpositis humanis rationibus, magnaue sui nominis laude strenue constanter propugnata, salva in posterum, et illæsa consistent; decernendo

**T**enor  
sententiæ  
pro Epi-  
scopo Con-  
versano.

pronunciamus, et pronunciansi decernimus, jurisdictionem Ordinariam, et Episcopalem in Ecclesias, Clerum, et Populum universum dicti Loci, seu Terræ *Putiniani* Conversanæ Diocesis, competere Episcopo Conversano, non autem Bajulivo Sancti Stephani, Magno Magistro, Fratribus, aut Hospitali S. Joannis Hierosolymitani; quorum favore dominium dumtaxat, et alia bona, et jura temporalia super dicto loco, et Populo, etiam quoad Decimas, quamvis spirituales, per Bajulivos ab immemorabili retro tempore percipi solitas, et, juxta mentem dicti Joannis XXII., in publicam causam erogandas: cum obligatione tamen præstandi Parocho ejusdem Terræ Congruam annuorum ducatorum centum, juxta resolutionem aliâs captam Anno Domini 1713., et 1715. super eadem Congrua a Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum; Apostolica auctoritate confirmamus, et approbamus.

§. 18. Ut autem sententia, et decretum nostrum debitæ executioni demandetur, atque hæc antiquissima, et controversia nullo amplius tempore in posterum excitari, et renovari possit, Magistro, et Fratribus dicti Hospitalis, necnon Bajulivi dicti Bajulivatus S. Stephani prope Monopolim, nunc, et pro tempore existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, et mandamus, ut suo jure contenti, idest Dominio temporali dictæ Terræ, seu Oppidi *Putiniani*, aliorumque bonorum, et jurium similiter temporalium, quæ ad Abbatem, et Monachos unionis tempore pertinebant, necnon etiam Decimis, quæ hactenus ab ipsis Bajulivis percipi consueverunt, cum onere tamen solvendi Parocho, seu Archipresbytero ejusdem Terræ pro sua Congrua annuam summam ducatorum centum monetæ illarum partium; ac denique passiva exemptione quoad ipsos Bajulivos, eorumque domos, Capellas, et Ecclesias, si quæ sint in dicta Terra, seu Oppido Regu-

ANNO  
1743.

Quænam  
compe-  
tant Bajulivo S. Ste-  
phani, et  
Militiæ  
Hieroso-  
lym.

Præcep-  
tum de  
servandis  
limitibus  
exemptio-  
nis pas-  
sivæ hic  
præscrip-  
tis, deque  
Episcopi  
jurisdic-  
tione  
non tur-  
banda.

PONT.  
A. III.

Pœnæ per  
contra-  
ventores  
incurren-  
dæ.

Donatio-  
nes, et as-  
sertæ con-  
firmatio-  
nes, ad  
cautelam,  
annullan-  
tur.

lares, aliasque personas tribus requisitis pollen-  
tes, ad formam Sacri Concilii Tridentini, et  
privilegiorum generalium dicto Hospitali Sancti  
Joannis, ejusque fratribus, et inservientibus  
concessorum per diversos Romanos Pontifices  
Prædecessores Nostros; nullum de cætero Or-  
dinariæ, et Episcopalis jurisdictionis actum in  
Ecclesias tam Curatas, quam non Curatas, Cle-  
rum et populum dictæ Terræ Putiniani, ejusque  
districtus, et Territorii, exercere audeant, seu  
præsumant; et multo minus directe, vel indi-  
recte impedire, quominus nunc, et pro tempore  
existentes Episcopi Ecclesiæ Conversanæ præ-  
dictam jurisdictionem, omnesque actus ad illam  
quoquo modo pertinentes, per se, vel per alios,  
in dictas Ecclesias, Clerum, et populum libere  
exerceant. Quod si secus directe, vel indirecte  
per nunc, et pro tempore existentes Bajulivos  
dicti Bajulivatus S. Stephani factum fuerit, pœ-  
nam excommunicationis latæ sententiæ a qua  
solum a Nobis, et Successoribus Nostris, præter-  
quam in mortis articulo, absolvi possint, nec-  
non privationis ejusdem Bajulivatus, omnium-  
que aliarum Dignitatum et Commendarum, sive  
de justitia, sive de gratia per eos quomodocum-  
que obtentarum, et perpetuæ incapacitatis, sive  
inhabilitatis ad alias dignitates, et Commendas in  
posterum obtinendas ipso jure, et ipso facto, abs-  
que ulla præcedenti Judicis declaratione, incur-  
rant: ita ut alii Milites proxime, ac deinceps se-  
quentes, in ordine Antianitatis, servata in reli-  
quis formâ Statutorum, et Constitutionum ipsius  
Hospitalis, Bajulivatum, aliasque Dignitates, et  
Commendas per hujusmodi privationem, ut  
præfertur, vacantes, statim optare, atque ob-  
tinere possint, et debeant.

§. 19. Nos enim omnino volumus, quod Ba-  
julivi, et Fratres dicti Hospitalis in dicta Epi-  
scopali, et Ordinaria jurisdictione in Terra Puti-  
niani, ejusque Districtu, et Territorio, aneis,  
et connexis, nullo pacto in posterum se immis-  
ceant; et propterea, ad majorem cautelam, an-  
tiquas donationes Leonis, et aliorum Episcopo-

rum, et assertas confirmationes Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, et præsertim Alexandri III., prout etiam Literas primodictas Joannis XXII., pro eo, quod attinet ad dictam jurisdictionem Ordinariam, et Episcopalem, motu proprio, et ex certa scientia, et de Apostolicæ plenitudine potestatis ex toto revocamus, abolemus, et annullamus, et solum in reliquis in suo robore, et firmitate manere decernimus; et, quatenus per eas, vel alio quocumque modo tam deducto, quam non deducto, dicta jurisdictio Episcopalis, et Ordinaria ab Episcopis avulsa; et in Monachos, et Abbatem dicti Monasterii Sancti Stephani, vel deinde in Magistrum, et Fratres dicti Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque translata fuisset; per præsentibus nostras Literas eandem Ordinariam, et Episcopalem jurisdictionem in Ecclesias, Clerum, et populum dictæ Terræ Putiniani, motu, scientia, et potestate simili, a Magno Magistro, Fratribus, et Hospitali præfatis penitus penitusque avellimus, et Episcopis Ecclesiæ Conversanæ prout antea de jure competeat, plenarie addicimus, et restituimus, eosque in illa plenissime reintegramus, perinde ac si dictæ donationes, et Literæ Apostolicæ nunquam factæ, et concessæ fuissent.

§. 20. Quo circa Venerabilibus Fratribus Tranenſi, et Barensi Archiepiscopis, ac dilectis Filiis Causarum Curie Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac Nostro et Sedis Apostolicæ Nuncio in Regno Neapolitano commoranti, ipsisque Magno Magistro, et Fratribus præfatis Hospitalis S. Joannis nunc, pro tempore existentibus, motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, præsentibus Literas, et in eis contenta quæcumque, ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Episcopi requisiti fuerint, solemniter publicantes, eique in præmissis efficaciæ defensionis præsideo assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentibus, et

ANNO  
1743.

Et jurisdictio ordinaria a Fratribus Militibus avulsa, Episcopo restituitur.

Executores deputantur, cum facultatibus etc.

POST. in eis contenta hujusmodi, a Bajulivis dicti Bajulivatus S. Stephani, aliisque Fratribus dicti Hospitalis, necnon Clero, et Populo præfati Oppidi, seu Terræ Putiniani nunc, et pro tempore existentibus, cæterisque omnibus, inviolabiliter observari; non permittentes eum, ejusque in Episcopatu Successores, desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, Contradictores quoslibet, et rebelles, per sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna, juris, et facti remedia, postposita quacumque appellatione, et recursu, etiam ad Sedem Apostolicam, compescendo; ac, servata forma Concilii Tridentini sententias, censuras, et Pœnas hujusmodi incurrisse declarando, ac etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Deroga-  
tur litis  
penden-  
tiæ, juri  
quæsito  
privile-  
giis, sta-  
tutis etc.

§. 21. Non obstantibus præmissis, et præsertim lite hactenus pendente in Auditorio nostri Palatii, cujus litis statum, et merita, et alia quæcumque etiam specificam, et individuum mentionem, et expressionem requirentia, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes; necnon Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo; privilegiis, et indultis a Sede præfata hactenus concessis Hospitali, et Fratribus prædictis; ejusque Statutis et Ordinationibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, et quibusvis aliis Literis, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam in Conciliis Generalibus, etiam consistorialiter, et motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, ac aliàs quomodolibet etiam per Nos pluries concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, aut aliqua alia ex-  
quisita

quisita forma habenda foret, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque : aut si prædictis Bajulivis, et Fratribus Hospitalis præfati, seu aliquibus aliis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

ANNO  
1743.

§. 22. Volumus autem, ut earumdem Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud, habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis  
auctoritas  
tribuitur.

§. 23. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ sententiæ, decreti, constitutionis, declarationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, pridie Idus Martii, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragésimo tertio, Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die  
14. Mart.  
1743.

*P. Card. Pro-Datarius.*

*D. Card. Passioneus.*

VISA DE CURIA.

N. Antonellus.

Loco ✕ Plumbi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Tom. II.*

D



РОСТ.  
A. III.

in eis contenta hujusmodi, a Bajulivis dicti Bajulivatus S. Stephani, aliisque Fratribus dicti Hospitalis, necnon Clero, et Populo præfati Oppidi, seu Terræ Putiniani nunc, et pro tempore existentibus, cæterisque omnibus, inviolabiliter observari; non permittentes eum, ejusque in Episcopatu Successores, desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, Contradictores quoslibet, et rebelles, per sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna, juris, et facti remedia, postposita quacumque appellatione, et recursu, etiam ad Sedem Apostolicam, compescendo; ac, servata forma Concilii Tridentini sententias, censuras, et Pœnas hujusmodi incurrisse declarando, ac etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Deroga-  
tur litis  
penden-  
tiæ, juri  
quæsito  
privile-  
giis, sta-  
tutis etc.

§. 21. Non obstantibus præmissis, et præsertim lite hætenus pendente in Auditorio nostri Palatii, cujus litis statum, et merita, et alia quæcumque etiam specificam, et individuum mentionem, et expressionem requirentia, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes; necnon Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo; privilegiis, et indultis a Sede præfata hætenus concessis Hospitali, et Fratribus prædictis; ejusque Statutis et Ordinationibus; etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, et quibusvis aliis Literis, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam in Conciliis Generalibus, etiam consistorialiter, et motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, ac aliàs quomodolibet etiam per Nos pluries concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, aut aliqua alia ex-  
quisita

quisita forma habenda foret, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque: aut si prædictis Bajulivis, et Fratribus Hospitalis præfati, seu aliquibus aliis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

ANNO  
1743.

§. 22. Volumus autem, ut earundem Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud, habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis  
auctoritas  
tribuitur.

§. 23. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ sententiæ, decreti, constitutionis, declarationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, pridie Idus Martii, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragésimo tertio, Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die  
14. Mart.  
1743.

*P. Card. Pro-Datarius.*

*D. Card. Passioneus,*

VISA DE CURIA.

N. Antonellus.

Loco ✕ Plumbi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretariâ Brevium.*

*Tbm. II.*

D

PONT.  
A. III.

LXXVII. ELECTIO, SEU POSTULATIO

Duorum Patriarcharum Maronitarum ab Antistitibus illius Nationis dissidentibus facta, cassatur, et annullatur, reservata S. Sedi Patriarchalis Ecclesiae provisione.

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

Recursus  
a Maroni-  
tis habi-  
tus ad San-  
ctam Se-  
dem oc-  
casione  
schisma-  
tis inter  
eos orti.
 

**Q**UOD non humana, sed divina decretum est sententia a Numidia Antistitibus antiquae traditionis exempla servantibus, et Ecclesiasticae memoribus disciplinae, ut ad Apostolicae hujus Sanctae Sedis referretur iudicium, quidquid, quamvis de disjunctis, remotisque Provinciis, ageretur; nec prius ducerent finiendum, nisi ad ejusdem Sedis notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate, quae fuerit justa pronuntiatio, firmaretur; id saepe alias, et nuper ab inclyta Maronitarum de orthodoxa Fide, et obedientia eidem Apostolicae huic Sanctae Sedi debita semper tantopere meritorum Natione praestitum est, cum post obitum bonae memoriae Josephi Petri, dum viveret, Antiocheni ejusdem Nationis Patriarchae, extra Romanam Curiam universae carnis viam ingressi, scissuris, et dissensionibus ob duorum Patriarcharum electiones exortis, ad nos ambo Electi appellantes, Pallio etiam donari postularunt. Enimvero sex quidem ex una parte convenientes Antistites Venerabilem Fratrem Eliam Archiepiscopum Arcensem, pauci vero alii ex parte altera Venerabilem pariter Fratrem Tobiam Archiepiscopum Napolosiae, seorsim diversis in locis, in Patriarcham hujusmodi eligere ausi fuerunt. Ambo igitur, ut

præmittitur, Electi, sive Postulati prætensi Patriarchæ ad nos, et Apostolicam Sedem recursum habentes, enixis precibus rogarunt, ut cujusque electionem approbare, ratam habere, et confirmare, atque Pallium etiam transmittere de benignitate, et potestate Apostolica dignaremur.

ANNO  
1742.

§. 1. Quoniam autem Nos, ut in causa tanti momenti ea, qua decet, maturitate procederetur, utramque electionem, seu postulationem particulari Congregationi nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum discutiendam, examinandamque commisimus; et Cardinales dictæ particularis Congregationis, postquam Viros ab Electis prædictis missos, ac defensores plene audivissent, omnesque scripturas pro utraque parte productas recognovissent, coram Nobis congregati, attentis peculiaribus, et gravibus nullitatibus in utraque electione repertis, per concordia suffragia, et vota censuerunt, neutram electionem, seu postulationem sustineri debere, neque locum esse alterutrius sanationi; sed utramque electionem, sive postulationem nullam, irritam, nullius roboris, ac momenti esse, ac fore, declarari, et haberi; ac proinde Patriarchali Ecclesiæ hujusmodi ex integro, juxta Sacros Canones, atque inconcussam Apostolicæ Sedis prædictæ in similibus casibus stylum, provideri debere de persona Nobis benevisa, et quatenus provisionem hujusmodi de aliquo Antistite cuicumque Ecclesiæ addicto faceremus, hanc, prævia solutione vinculi Ecclesiæ, quo tenetur, fieri debere.

Causa delegatur  
Cong. par.  
de Propag.  
Fide,

Congregationis  
consilium

§. 2. Hinc est, quod Nos, quos tam paterna caritas, qua Nationem hujusmodi maximopere diligimus, et amplius complecti cupimus, quam Apostolica omnium Ecclesiarum sollicitudo a Pastorum Principe Jesu Christo Nobis injecta vehementius urget, de memoratæ Congregationis consilio, necnon motu proprio, et ex

Pontifex,  
illi inhærendo, utramque electionem seu Postulationem nullam de

PONT.  
A. III.

Prohibet  
sub pœnis  
etc., ne  
electi in  
Patriar-  
chatus  
Gubernio  
se inge-  
rant.

Provi-  
sionem  
Ecclesie  
Patriar-  
chalis si-  
bi, et Se-  
di Apo-  
stolicæ re-  
servat.  
Clausula.

certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, utramque tam Eliæ Archiepiscopi Arcen. a sex Antistitibus, quam Tobie Archiepiscopi Napolosiæ a paucis factam electionem, sive postulationem, nullam, irritam, et inanem, ac nullius roboris, et momenti esse, et fore, nullique eorum suffragari debere declaramus, annullamus, irritamus, et cassamus, atque utramque de utroque electionem, sive postulationem habitam, et factam, perinde haberi debere in omnibus, et per omnia, ac si minime, et numquam habita, et facta fuisset, pariter decernimus, præcipimus, et declaramus; ipsamque Ecclesiam Patriarchalem adhuc eo, quo ante electionem, sive postulationem prædictam, per obitum dicti Josephi Petri, vacabat, modo vacare; nullumque jus, et auctoritatem per electionem, sive postulationem antedictam utrique prætenso Electo, sive postulato acquisitum, sive acquisitam esse, et fore, ac irritum, et inanem, nulliusque roboris, ac momenti quemcumque actum per ipsos prætenso Electos, et Postulatos, sive factum, aut faciendum, quemadmodum etiam alterum eorum in iis omnibus, et singulis ad Patriarchalem potestatem, et auctoritatem spectantibus sese ingerere, et intromittere audentem, ipso facto pœnis omnibus contra non parentes mandatis Apostolicis per Sacros Canones inflictis, et indignationi nostræ obnoxium esse, ac fore, easque incurrere, et incursum esse, motu, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine paribus decernimus, statuimus, et declaramus, ipsiusque Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ Maronitarum ita, ut præmittitur, vacantis, collationem, provisionemque quandocumque faciendam, Nobis, et Apostolicæ Sedi prædictæ reservamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentem Literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætenden-

tes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ, propter quas præsentés emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacunq̄ quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac incogitato, et inexcogitabili individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientiâ, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentés Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque, et non aliter, in præmissis, per quoscumque Iudices Ordinarios, et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, aliosve quoslibet quacumque præminencia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet aliter iudicandi, et definiendi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, Deroga-  
tiones.

**PONT.** ac Apostolicis, et in Universalibus, Provincia-  
**A. III.** libusque, et Synodalibus Conciliis editis, ge-  
 neralibus, vel specialibus Constitutionibus, et  
 Ordinationibus, necnon dictæ Patriarchalis Ec-  
 clesiæ etiam juramento, confirmatione Aposto-  
 lica, vel quavis firmitate alia roboratis statu-  
 tis, et consuetudinibus; Privilegiis quoque, In-  
 dultis, et Literis Apostolicis in contrarium præ-  
 missorum quomodolibet concessis, confirmatis,  
 et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, il-  
 lorum tenores præsentibus pro plene, et suffi-  
 cienter expressis, ac de verbo ad verbum in-  
 sertis habentes, illis aliàs in suo robore per-  
 mansuris, ad præmissorum effectum hac vice  
 dumtaxat specialiter, et expresse derogamus,  
 cæterisque contrariis quibuscumque.

**Tran-** §. 5. Volumus autem, ut earundem præsen-  
**sumpto-** tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam  
**rum au-** impressis, manu alicujus Notarii publici sub-  
**ctoritas.** scriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica di-  
 gnitate constitutæ munitis, eadem prorsus fi-  
 des in judicio, et extra adhibeatur, quæ ad-  
 hiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ,  
 vel ostensæ.

**Dat. die** Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-  
**13. Mart.** rem sub Annulo Piscatoris, die XIII. Martii  
**1743.** MDCCXLIII. Pontificatus Nostri Anno III.

*D. Card. Passioneus.*



## MARONITARUM

LXXVIII

Patriarchalis Ecclesia Antiochena, auctoritate Apostolica, et jure devolutionis, providetur in personam Simonis Evodii Archiepiscopi Damasceni.

*Venerabili Fratri, Simoni Archiepiscopo  
Damasceno.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis frater, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**N**UPER ad Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Pontifex Sedem delatis scissuris, dissidiisque, propter electionem Patriarchæ Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ Inclytæ Nationis Maronitarum, per obitum Josephi Petri, dum vixit, ejusdem Ecclesiæ Patriarchæ, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ persolverat, exortis, ad opportunum et salutare iisdem componendis, sedandisque remedium afferendum, dedimus alias nostras in pari forma Brevis Literas, tenoris sequentis: BENEDICTUS PAPA XIV. *Ad futuram etc. Quod non humana etc. ut supra num. LXXVII.*

§. 1. Eapropter Nos ægre ferentes Patriarchalem Ecclesiam prædictam Pastoris destitutam solatio, et tot, tantisque inter Hæreticos, Schismaticos, Maumethanos, et Infideles, veluti Rosam inter Spinās, circumdatam angustiis et calamitatibus, amplius vacare, ad provisionem ejusdem Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ celerem et felicem, ne Ecclesia ipsa Antiochena majoribus longæ vacationis exponatur incom-

refert cas-  
sationem  
duplicis  
electionis  
Patriar-  
chæ, cum  
insertione  
Brevis.

Ecclesiæ  
vacanti  
præficit  
Archiepi-  
scopum  
Damasc.



P O N T. modis , et dissidiis , paternis et sollicitis studiis  
 A. III. inténdentes , ac perspectam habentes notitiam  
 de eximiis virtutibus Fraternalitatis tuæ in tua  
 ad Archiepiscopatum Damascenum promotione  
 plurimi habitis , necnon quod Tu Venerabilium  
 Fratrum Nationis Maroniticæ Antistitum Deca-  
 nus sis , et apud Nos plurimorum fide digno-  
 rum testimonio commenderis , postquam de  
 præficiendo eidem Ecclesiæ Antiochenæ prædi-  
 ctæ Nationis personam utilem , ac etiam fru-  
 ctuosam , cum iisdem Cardinalibus dictæ Con-  
 gregationis particularis deliberationem habui-  
 mus diligentem , Te a quibusvis excommunica-  
 tionis , suspensionis , et interdicti , aliisque Ec-  
 clesiasticis sententiis , censuris , et pœnis , si  
 quibus quomodolibet innodatus existis , ad hoc  
 dumtaxat , ut translatio et præfectio per Nos ,  
 ut infra , facienda , necnon præsentis suum sor-  
 tiantur effectum , harum serie absolventes , et  
 absolutum fore censentes , ac a vinculo , quo  
 dictæ Ecclesiæ Damascenæ , cui præes , teneris ,  
 de simili consilio et Apostolicæ potestatis ple-  
 nitudine absolventes , ad eandem Ecclesiam  
 Antiochenam Nationis præfatæ , de consilio , et  
 potestatis plenitudine paribus , transferimus ,  
 Teque illi in Patriarcham ejusdem Nationis præ-  
 ficimus , et Pastorem ; curam , regimen , et  
 administrationem dictæ Ecclesiæ Antiochenæ  
 Nationis prædictæ Tibi in spiritualibus , et tem-  
 poralibus plenarie committendo ; atque etiam  
 non solum liberam Tibi ad Patriarchalem Ec-  
 clesiam præfatam transeundi licentiam tribui-  
 mus , sed etiam in virtute sanctæ Obedientiæ ,  
 et sub indignationis nostræ , aliisque arbitrio  
 nostro imponendis pœnis , præcipimus , et man-  
 damus , ut Patriarchalis Ecclesiæ hujusmodi pos-  
 sessionem , statim ac præsentis nostræ Literæ  
 ad Te pervenerint , nulla interposita mora ,  
 adeas , et capias , atque omnia , et singula jura ,  
 auctoritatem , potestatem , præeminentiam , præ-  
 rogativas , jurisdictionem , privilegia , aliaque  
 hujusmodi ad Patriarcham dictæ Patriarchalis

Ab Ec-  
 clesiæ Da-  
 mascenæ :  
 vinculo  
 obsolu-  
 tum.

Cum præ-  
 cepto de  
 capienda  
 posses-  
 sione.

A N N O  
1743.

Ecclesiæ pro tempore existentem quomodolibet spectantia, et quibus alii Patriarchæ Ecclesiæ præfatæ Prædecessores tui de jure, usu, et consuetudine, usi, gavis, et fructi fuerunt, pari modo exerceas, ac iis utaris, fruaris, et gaudeas: in illo, qui dat gratias, et largitur præmia, confidentes, quod, dirigente Domino actus tuos, prædicta Ecclesia Antiochena Nationis ejusdem sub tuo felici regimine regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, et temporalibus suscipiet incrementa.

§. 2. Tu igitur ad eandem Patriarchalem Ecclesiam Antiochenam Nationis præfatæ cum gratia nostræ benedictionis accedens, curam, et administrationem prædictas sic exercere studeas fideliter, sollicite, et prudenter, quod Ecclesia ipsa Antiochena dictæ Nationis, Governatori provido, et fructuoso administratori gaudeat se commissam, Tuque præter æternæ retributionis præmium, nostram, et dictæ Sedis benedictionem, ac gratiam exinde uberius consequi merearis.

§. 3. Quocirca eisdem Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis Suffraganeis, ac dilectis pariter filiis Capitulo, et Vassallis Ecclesiæ Antiochenæ Nationis præfatæ, ac Clero sæculari, et Regulari, etiam Societatis Jesu, et Populo Civitatis, ac Diœcesis Antiochenæ ejusdem Nationis, per Apostolica scripta mandamus, ut Suffraganei Tibi tamquam membra capiti obsequentes, et Capitulum Tibi tamquam Patri, et Pastori animarum suarum humiliter intendentes, exhibeant Tibi obedientiam, et reverentiam debitas, et devotas; ita quod mutua inter Te, et ipsos Suffraganeos gratia gratos sortiatur effectus, et Nos eorum devotionem possimus propterea in Domino merito commendare; ac Clerus Te, pro nostra et ejusdem Sedis reverentia, benigne recipientes, et honorifice pertractantes, tua salubria monita, et mandata suscipiant humiliter, et efficaciter adimplere

PONT.  
A. III.

procurent, Populos vero Te tanquam Patrem, et Pastorem animarum suarum devote suscipientes, et debita honorificentia prosequentes, tuis monitis, et mandatis salubribus humiliter intendant; ita quod Tu in eis devotionis Filios, et ipsi in Te per consequens Patrem benevolum invenisse gaudeatis: Vassalli autem prædicti Te debito honore sequentes, Tibi fidelitatem solitam, ac consueta servitia, et jura Tibi ab eis debita integre exhibere procurent; alioquin sententiam, sive pœnam, quam rite tuleris sive statueris in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Mandat  
electo, ut  
Fidei Pro-  
fessionem  
emittat,  
et jura-  
mentum  
fidelitatis  
præstet.

§. 4. Volumus autem, quod Tu, antequam regimini, et administrationi dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ Nationis præfatæ Te in aliquo immisceas, in manibus alicujus Catholici Antistitis gratiam, et communionem Sedis Apostolicæ habentis, et in illis partibus degentis, Fidei Catholicæ professionem a Sede prædicta Orientalibus præscriptam, juxta unam, expresse emittere et fidelitatis debitæ solitum juramentum, juxta alteram, formas præsentibus adnotatas, præstare omnino tenearis, ac Professionis Fidei, quam emiseric, et juramenti hujusmodi, quod præstaveris, formas eidem Congregationi de Propaganda Fide de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo sigillo munitas, per proprium Nuntium quantocitius destinare procures.

Forma  
Professio-  
nis Fidei.

§. 5. Forma autem Professionis Fidei, quam emittes, hæc est: *Ego Simon Electus Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ Nationis Maronitarum firma fide credo, et profiteor omnia et singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem, Factorem Cæli, et Terræ, visibilium omnium, et invisibilium: et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, con-*

*substantialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter Nos homines, et propter nostram salutem descendit de Cœlis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est, resurrexit tertia die secundum scripturas, et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris, et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus Regni non erit finis: et in Spiritum Sanctum Dominum, et vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, et Filio simul adoratur, et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas: et unam Sanctam Catholicam, et Apostolicam Ecclesiam; confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum; et expecto resurrectionem mortuorum; et vitam venturi sæculi. Amen: Veneror etiam, et suscipio universales Synodos, prout sequitur, videlicet: Nicœnam primam, et profiteor, quod in ea contra Arium damnatæ memorie definitum est, Dominum Jesum Christum esse Filium Dei ex Patre natum unigenitum, id est ex substantia Patris natum non factum, consubstantialem Patri, atque impias illas voces recte in eadem Synodo damnatas esse, quod aliquando non fuerit, aut quod factus sit ex iis, quæ non sunt, aut ex alia substantia, vel essentia, aut quod sit mutabilis, vel convertibilis Filius Dei; Constantinopolitanam primam, secundam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Macedonium damnatæ memorie definitum est, Spiritum Sanctum non esse servum, sed Dominum, non Creaturam, sed Deum, ac unam habentem cum Patre, et Filio Deitatem; Ephesinam primam, tertiam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Nestorium damnatæ memorie definitum est, Divinitatem, et Humanitatem, ineffabili et incomprehensibili unione, in una persona Filii Dei unum nobis Jesum Christum constituisse, eaque de causa Beatissimam Virginem vere esse Dei Genitricem; Calcedonensem, quartam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Eutychen, et Dioscorum, ambos damnatæ memorie, defini-*

PONT.  
A. III.

procurent, Populos vero Te suscipientes, et debita honorificentia prosequentes, tuis monitis, et mandatis salubribus humiliter intendant; ita quod Tu in eis devotionis Filios, et ipsi in Te per consequens Patrem benevolum invenisse gaudeatis: Vassalli autem prædicti Te debito honore sequentes, Tibi fidelitatem solitam, ac consueta servitia, et jura Tibi ab eis debita integre exhibere procurent; alioquin sententiam, sive pœnam, quam rite tuleris sive statueris in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Mandat  
electo, ut  
Fidei Pro-  
fessionem  
emittat,  
et jura-  
mentum  
fidelitatis  
præstet.

§. 4. Volumus autem, quod Tu, antequam regimini, et administrationi dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ Nationis præfatæ Te in aliquo immisceas, in manibus alicujus Catholici Antistitis gratiam, et communionem Sedis Apostolicæ habentis, et in illis partibus degentis, Fidei Catholicæ professionem a Sede prædicta Orientalibus præscriptam, juxta unam, expresse emittere et fidelitatis debitæ solitum juramentum, juxta alteram, formas præsentibus adnotatas, præstare omnino tenearis, ac Professionis Fidei, quam emiseris, et juramenti hujusmodi, quod præstaveris, formas eidem Congregationi de Propaganda Fide de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo sigillo munitas, per proprium Nuntium quantocitius destinare procurens.

Forma  
Professio-  
nis Fidei.

§. 5. Forma autem Professionis Fidei, quam emittes, hæc est  
*chalis Ecclesiæ  
firma fide cr  
quæ contine  
Romana T  
Deum  
et T  
et*



PONT.  
A. III.

*tum est, unum eundemque Filium Dei Dominum Nostrum Jesum Christum perfectum esse in Deitate; et perfectum in Humanitate, Deum verum, et hominem verum ex anima rationali, et corpore, consubstantiali Patri secundum Deitatem, eundem consubstantiali Nobis secundum Humanitatem, per omnia Nobis similem absque peccato, ante sæcula quidem de Patre genitum secundum Deitatem; in novissimis autem diebus eundem propter Nos, et propter nostram salutem ex Maria Virgine Dei Genitrice secundum Humanitatem, unum, eundemque Christum Filium Dominum Unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturæ, in unam personam, atque substantiam concurrente, non in duas personas partitum, aut divisum, sed unum, eundemque Filium, et Unigenitum Deum Verbum Dominum Jesum Christum: Item ejusdem Domini Nostri Jesu Christi Divinitatem, secundum quam consubstantialis est Patri, et Spiritui Sancto, impassibilem esse, et immortalem, eundem autem crucifixum, et mortuum tantummodo secundum carnem, ut pariter definitum est in dicta Synodo, et Epistola S. Leonis Romani Pontificis, cujus ore B. Petrum Apostolum locutum esse Patres in eadem Synodo acclamaverunt, per quam definitionem damnatur impia hæresis illorum, qui Trisagio ab Angelis tradito et in præfata Calcedonensi Synodo decantato, Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miserere Nobis, addebant, qui crucifixus es pro Nobis, atque adeo divinam naturam trium Personarum passibilem asserebant, et mortalem; Constantinopolitanam secundam, quintam in ordine, in qua præfata Calcedonensis Synodi definitio renovata est; Constantinopolitanam tertiam, sextam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Monothelitas definitum est, in uno, eodemque Domino Nostro Jesu Christo duas esse naturales voluntates, et duas naturales operationes indivise,*

ANNO  
1743.

*inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, et humanam ejus voluntatem non contrariam, sed subjectam Divinæ ejus, atque omnipotenti voluntati; Nicenam secundam, septimam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Iconoclastas definitum est, Imagines Christi, ac Deiparæ Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, et retinendas esse, atque eis debitum honorem, et venerationem impertiendam; Constantinopolitanam quartam, octavam in ordine, et profiteor in ea Photium merito fuisse damnatum, et Sanctum Ignatium Patriarcham restitutum; Veneror etiam, et suscipio omnes alias universales Synodos auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas, et confirmatas, et præsertim Florentinam Synodum, et profiteor, quæ in ea definita sunt, videlicet, quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio æternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque æternaliter, tamquam ab uno principio, et unica spiratione procedit; item dictionem illam Filioque, veritatis declarandæ gratia, et imminente necessitate licitè, ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam. Item in Azymo, sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem. Item si vere pœnitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, et omissis, eorum animas pœnis Purgatorii post mortem purgari, et ut a pœnis hujusmodi releventur, prodesse eis Fidelium vivorum suffragia; Missarum scilicet Sacrificia, Orationes, et Eleemosynas ac alia pietatis officia, quæ a Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ institutum, illorumque animas, qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ, sunt purgatæ, in Cælum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum*



PONT.  
A. III.

*Trinum et Unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in Infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Item Sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in universum Orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum Successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ Caput, ac omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere, et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam, ut eadem Florentina Synodus asserit, in gestis OEcumenicorum Conciliorum, et in sacris Canonibus continetur. Item legalia veteris Testamenti, seu Mosaicæ Legis Cœremonias, sacra Sacrificia, et Sacramenta, Domino Jesu Christo adveniente cessasse, et post promulgatum Evangelium sine peccato observari non posse; ejusdem etiam Legis veteris ciborum mundorum, et immundorum differentiam ad ceremonialia pertinere, quæ surgente Evangelio transierunt: Illam etiam Apostolorum prohibitionem ab Immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, illi tempori congruisse, ut inter Judæos, et Gentiles dissensionis materia tolleretur, cujus Apostolicæ prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus. Pariter veneror, et suscipio Tridentinam Synodum, et profiteor, quæ in ea definita, et declarata sunt, et præsertim offerri Deo in Missa verum, proprium, et propitiatorium Sacrificium, pro vivis, et defunctis, atque in Sanctissimo Eucharisticæ Sacramento, juxta fidem, quæ semper in Ecclesia Dei fuit, contineri vere, realiter, et substantialiter Corpus, et Sanguinem, una cum Anima, et Divinitate Domini Nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, fierique conversionem totius substantiæ panis in Corpus, et totius substantiæ vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia aptissime Transubstan-*

*tiationem appellat, et sub unaquaque specie, et singulis, cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri. Item septem esse novæ Legis Sacramenta a Christo Domino Nostro instituta ad salutem humani generis, quamvis non omnia singulis necessaria, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium, illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem iterari non posse. Item Baptismum esse necessarium ad salutem, ac proinde, si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione conferendum esse, et a quocumque, et quandocumque sub debita materia, et forma, et intentione collatum, esse validum. Item Sacramenti Matrimonii vinculum indissolubile esse, et quamvis propter adulterium, hæresim, aut alias causas possit inter Conjuges Thori, et Cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud Matrimonium contrahere fas esse. Item Apostolicas, et Ecclesiasticas traditiones suscipiendas esse, et venerandas. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo Ecclesiæ relictam fuisse, illarumque usum Christiano Populo maxime salutarem esse. Pariter quæ de peccato originali, de justificatione, de sacrorum Librorum, tam veteris, quam novi Testamenti indice, et interpretatione in præfata Tridentina Synodo definita sunt, suscipio, et profiteor. Cætera item omnia suscipio, et profiteor, quæ recipit, et profitetur Sancta Romana Ecclesia, simulque contraria omnia, et Schismata, et Hæreses ab eadem Ecclesia damnatas, rejectas, et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, et anathematizo. Insuper Romano Pontifici Beati Petri Principis Apostolorum Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro. Hanc fidem Catholicæ Ecclesiæ, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsentī sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram, et inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo adjuvante, retinere, ac con-*

PONT. *fiteri, atque a meis Subditis, vel illis, quorum*  
 A. III. *cura ad me in meo munere spectabit, teneri,*  
*doceri, et prædicari, quantum in me erit, cura-*  
*turum, ego idem Simon Electus, qui supra,*  
*spondeo, voveo, et juro: sic me Deus adjuvet,*  
*et hæc Sancta Dei Evangelia.*

Forma §. 6. Forma vero juramenti, quod præstabis,  
 Juramen- hæc est: *Ego Simon Electus Patriarchalis Ec-*  
 ti fideli- *clesiæ Antiochenæ Nationis Maronitarum ab hac*  
 tatis. *hora in antea fidelis et obediens ero Beato Petro,*  
*Sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, ac*  
*Domino Nostro Benedicto PP., suisque Succes-*  
*soribus canonicè intrantibus; non ero in consilio,*  
*aut consensu, vel factu, ut vitam perdant, aut*  
*membrum, seu capiantur mala captione, aut in*  
*eos violenter manus quomodolibet ingerantur,*  
*seu injuriæ aliquæ inferantur, quovis quæesito*  
*colore: consilium vero, quod mihi credituri sunt*  
*per se, aut Nuntios, seu Literas, ad eorum*  
*damnum, me sciente, nemini pandam: Papat-*  
*tum Romanum, et Regalia Sancti Petri, adjutor*  
*eis ero ad defendendum, et retinendum contra*  
*omnem hominem: Legatum Apostolicæ Sedis in*  
*eundo, et redeundo honorificè tractabo, et in*  
*suis necessitatibus adjuvabo: jura, honores, pri-*  
*vilègia, et auctoritatem Romanæ Ecclesiæ, Do-*  
*mini Nostri Papæ, et Successorum præfatorum*  
*conservare, defendere, augere, et promovere cu-*  
*rabo; nec ero in consilio, factu, vel tractatu,*  
*in quibus contra ipsum Dominum Nostrum, vel*  
*eundem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra,*  
*vel præjudicialia personæ, honoris, juris, status,*  
*et potestatis eorum machinentur, et si talia a*  
*quibuscumque procurari novero, vel tractari, im-*  
*pediam hoc pro posse, et quanto citius potero*  
*commode significabo eidem Domino Nostro, vel*  
*alteri, per quem ad ipsius notitiam poterit per-*  
*venire: Regulas Sanctorum Patrum, Decreta,*  
*Ordinationes, sententias, dispositiones, reservatio-*  
*nes, provisiones, et mandata Apostolica totis viri-*  
*bus observabo, et faciam ab aliis observari: Hæ-*  
*reticos, et Schismaticos, ac Rebelles Domino*

*Nostro, et Successoribus præfatis pro posse persequar, et impugnabo; vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio: Apostolorum limina singulis decenniis personaliter, ac per me ipsum visitabo, et Domino Nostro, et Successoribus præfatis rationem reddam de toto meo Pastoralis Officio, deque rebus omnibus ad Ecclesiæ meæ statum, ad Cleri, et Populi disciplinam, animarum denique, quæ meæ fidei creditæ sunt, salutem quoquomodo pertinentibus, et vicissim Mandata Apostolica præfata humiliter recipiam, et quam diligentissime exequar: Quod si legitimo impedimento detentus fuero, præfata omnia adimplebo per certum Nuntium ad hoc speciale mandatum habentem, de gremio Capituli mei, aut alium in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu aliàs personatum habentem aut his mihi deficientibus, per Diocesanum Sacerdotem, et Clero deficiente, omnino per aliquem alium Presbyterum Sæcularem, vel Regularem spectatæ probitatis, et Religionis de supradictis omnibus plene instructum; de hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad S. Rom. Ecclesiæ Cardinalem Proponentem in Congregatione Sacri Concilii Tridentini per supradictum Nuntium transmittendas; Possessiones vero ad Mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque denuo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiæ meæ, inconsulto Romano Pontifice, et Constitutionem super prohibitione Investiturarum Bonorum Jurisdictionalium de Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimoquinto editam servabo, et si ad aliquam alienationem devenero, pœnas in quadam super hoc edita Constitutione contentas eo ipso incurrere volo: Sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia.*

§. 7. Cæterum Pallium, insigne videlicet plenitudinis Pontificalis Officii, de Corpore Beati Petri Apostoli sumptum, tunc ad Fraternalitatem tuam, cum per tuum Nuntium, ea, qua De Pallio eidem concedendo

PONT. *fiteri, atque a meis Subditis, vel illis, quorum*  
 A. III. *cura ad me in meo munere spectabit, teneri,*  
*doceri, et prædicari, quantum in me erit, cura-*  
*turum, ego idem Simon Electus, qui supra,*  
*spondeo, voveo, et juro: sic me Deus adjuvet,*  
*et hæc Sancta Dei Evangelia.*

Forma §. 6. Forma vero juramenti, quod præstabis,  
 Juramen- hæc est: *Ego Simon Electus Patriarchalis Ec-*  
 ti fideli- *clesiæ Antiochenæ Nationis Maronitarum ab hac*  
 tatis. *hora in antea fidelis et obediens ero Beato Petro,*  
*Sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, ac*  
*Domino Nostro Benedicto PP., suisque Succes-*  
*soribus canonice intransibus; non ero in consilio,*  
*aut consensu, vel factò, ut vitam perdant, aut*  
*membrum, seu capiantur mala captione, aut*  
*eos violenter manus quomodolibet ingerantur,*  
*seu injuriæ aliquæ inferantur, quovis quæsito*  
*colore: consilium vero, quod mihi credituri sunt*  
*per se, aut Nuntios, seu Literas, ad eorum*  
*damnum, me sciente, nemini pandam: Papa-*  
*tum Romanum, et Regalia Sancti Petri, adjutor*  
*eis ero ad defendendum, et retinendum contra*  
*omnem hominem: Legatum Apostolicæ Sedis in*  
*eundo, et redeundo honorifice tractabo, et in*  
*suis necessitatibus adjuvabo: jura, honores, pri-*  
*vilègia, et auctoritatem Romanæ Ecclesiæ, Do-*  
*mini Nostri Papæ, et Successorum præfatorum*  
*conservare, defendere, augere, et promovere cu-*  
*rabo; nec ero in consilio, factò*  
*in quibus contra ipsum Do-*  
*eundem Romanæ*  
*vel præjudiciali*  
*et potestati*  
*quibusc-*  
*pediar-*  
*com-*  
*al-*

ANNO  
1743:

*Nostro, et Successoribus præfatis pro posse persequar, et impugnabo; vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio: Apostolorum limina singulis decenniis personaliter, ac per me ipsum visitabo, et Domino Nostro, et Successoribus præfatis rationem reddam de toto meo Pastoralis Officio, deque rebus omnibus ad Ecclesiæ meæ statum, ad Cleri, et Populi disciplinam, animarum denique, quæ meæ fidei creditæ sunt, salutem quoquomodo pertinentibus, et vicissim Mandata Apostolica præfata humiliter recipiam, et quam diligentissime exequar: Quod si legitimo impedimento detentus fuero, præfatu omnia adimplebo per certum Nuntium ad hoc speciale mandatum habentem, de gremio Capituli mei, aut alium in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu aliàs personatum habentem aut his mihi deficientibus, per Diæcesanum Sacerdotem, et Clero deficiente, omnino per aliquem alium Presbyterum Sæcularem, vel Regularem spectatæ probitatis, et Religionis de supradictis omnibus plene instructum; de hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad S. Rom. Ecclesiæ Cardinalem Proponentem in Congregatione Sacri Concilii Tridentini per supradictum Nuntium transmittendas; Possessiones vero ad Mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de aliquo modo alienabo, vel aliquo modo alienabo, etiam si Capituli Ecclesiæ meæ, inchoatione Pontifice, et Constitutionem super investiturarum, et honorum Jurisdictionum Domini, no sexcento edito, et si ad nem de, s in quanta G, ntentas eo, adjuvet, et*

*videlicet ple-* De Pallio  
*Corpore Beati eidem con-*  
*ad Fraternita-* cedendo  
*antium, ea, qua*

POWT. decet, instantia postulatam fuerit, destinandum, transmittendumque mandabimus. Non obstantibus iis omnibus, quæ in præinsertis nostris literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
16. Mart. Annulo Piscatoris die xvi. Mart. MDCCXLIII.  
1743. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

*D. Card. Passioneus.*

LXXIX.

## AD MARONITARUM

Nationem Commissarius Apostolicus ablegatur, pro præmissorum, aliarumque Apostolicæ Sedis mandatorum executione, cum facultatibus opportunis.

*Dilecto Filio Jacobo a Luca, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum professori, Conventus Sancti Sepulchri, ejusque dependentium, Visitatori, ac Commissario Apostolico.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

De cas-  
satione  
duplicis  
electionis  
Patriar-  
chæ, et  
electione  
alterius  
auctori-  
tate Apo-  
stolica, cum  
insertione  
Brevium.

**N**UPER ad sedandas componendasque lites, scissuras, et controversias post bonæ memoriæ Josephi Petri, dum vixit Antiocheni Nationis Maronitarum Patriarchæ obitum excitatas, ob electionem, seu postulationem duorum Patriarcharum ad Ecclesiam Patriarchalem dictæ Nationis factam, edidimus Apostolicas nostras in simili forma Brevis Literas ad Venerabilem Fratrem Simonem Archiepiscopum Damascenum

ANNO  
1743.

datas; in quibus alias pariter nostras in pari forma Brevis Literas ad futuram memoriam editas inseruimus; Ambarum autem Literarum tenor est, qui sequitur: *Venerabili Fratri Simoni etc. Nuper ad Nos etc. ut supra n. LXXVIII.* Præinsertarum autem Literarum exemplaria seorsim in Chartis Pergamenis scripta, et Annulo Piscatoris munita, cum hisce nostris conjuncta, ad te transmittenda mandamus, ut non solum, quæcumque in iisdem continentur, debitæ executioni demandari prudenter, fideliterque cures, verum etiam quæcumque hisce nostris in pari forma Brevis a te peragenda in virtute sanctæ obedientiæ injungimus, omni studio, atque conatu conficere satagas.

§. 1. Primum igitur omnium, Te, de cujus singulari fide, prudentia, sapientia, dexteritate, ac Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, et ex eo præsertim, quod diu in istis regionibus, dum per plures annos in Sancta Hierosolymorum Civitate Conventus Ordinis tui Guardiani munus laudabiliter exercebas, commoratus, mores, idiomata, et instituta Nationis Maronitarum apprime noveris, Nostro et Apostolicæ Sedis nomine, ad ea omnia, quæ in memoratis nostris præinsertis Literis continentur, peragenda, et conficienda, Ablegatum nostrum apud dictam Nationem, et Apostolicum Commissarium, cum omnibus, et singulis facultatibus ad hunc effectum necessariis, et opportunis, tenore, et auctoritate paribus facimus, constituimus, et deputamus.

Pro quorum executione Ablegatus S. Sedis, et Commissarius Apostolicus deputatur

§. 2. Præterea facultatem Tibi etiam tribuimus, et impertimur, contra quoscumque mandatis tuis Apostolica auctoritate nostro munitis non parentes, contumaces, et rebelles, sive Archiepiscopali, et Episcopali dignitate præditos, sive Clerum sæcularem, et regularem, etiam Societatis Jesu, necnon Sæculares, et Laicos quoscumque, cujusvis gradus, et conditionis, ac dignitatis procedendi, si opus fuerit, cum canonicis censuris, et pœnis, quas pariter a te in-

Cum facultate compellendi contumaces.



PONT. A. III. fictas auctore Domino ratas habebimus, et observari faciemus.

Eidem §. 3. Insuper, quoniam Nos Apostolicas nostras in simili forma Brevis Literas, tum pro confirmatione Provincialis, seu Nationalis Synodi dictæ Nationis, tum pro nonnullis aliis Apostolicis ordinationibus occasione dictæ confirmationis necessariis, expeditas, Dilecto Filio Eliæ Felici, qui a dicto Josepho Patriarcha, dum viveret, ad hanc Almam Urbem propter eandem confirmationem, et Apostolicas ordinationes hujusmodi missus fuerat, dedimus perferendas ad memoratum Josephum Petrum Patriarcham; hoc interea, dum dictus missus esset in itinere, jam defuncto, Tibi committimus; et mandamus, ut omnes, et singulas Apostolicas Literas nostras hujusmodi, et Apostolicas ordinationes, necnon dictæ Congregationis Propagandæ Fidei Epistolas, et instructiones, tum ad ipsum defunctum Josephum Petrum Patriarcham, tum ad alios Antistites datas, et scriptas, ab eodem Elia Felice tibi restituendas, consignandasque nostro Nomine compellas et cogas; et eas, quæ quidem ad defunctum Patriarcham scriptæ erant, novo a nobis constituto, et deputato; quæ vero ad alios directæ, iis reddas, et debitæ executioni demandari cures, et facias; etiam, si opus fuerit, facultate, et auctoritate Ablegati, et Commissarii Apostolici utendo contra rebelles, et contumaces, et Apostolicis mandatis non obtemperantes.

Aliæ facultates ad negotium conficiendum necessariae ipsi tribuuntur.

§. 4. Verum, ut ad optatum finem rem tanti momenti, et tam Inclytæ Nationi, orthodoxæ Fidei, et bonis moribus perniciosam perducere valeas, summæ tuæ dexteritatis, prudentiæ, et zeli opus esse intelligentes, Te rogamus, et in Domino hortamur, ut omnem operam, et consilium hac in re adhibere adnitaris, nihil omitendo, quod ad facilem negotiorum Tibi commissorum expeditionem conducere noveris, tum propensiorém erga eam Nationem paternæ caritatis nostræ voluntatem explicando, tum Apo-

stolicæ benignitatis argumenta eidem per Te, ANNO  
1743.  
postquam Apostolicis mandatis, et ordinationibus nostris, ac præceptis tuis debitam, fidelemque præstiterint obedientiam, et non aliter, conferenda declarando.

§. 5. I. Ac primum quidem declares oportet, Nos per hanc a Nobis factam novi Patriarchæ, ut præmittitur, electionem, deputationemque, nullum Antistitibus dictæ Nationis præjudicium illatum iri voluisse, sed, ut obortis dissidiis Nationem ipsam distrahentibus opportune consuleremus, suprema Nostræ Potestatis Apostolicæ auctoritate in appellationibus præsertim ad eandem Sedem delatis canonice, ac necessario interponenda utentes, novum Patriarcham eligisse, nec propterea jus eligendi, sive postulandi Patriarcham hujusmodi, juxta eorum morem, Antistitibus dictæ Nationis sublatum esse, imo Nos velle, et mandare, ut omnia in posterum, quæ a laudata Synodo a nobis approbata, et confirmata sunt circa Patriarchæ electionem præscripta, ab ipsis Antistitibus servari debeant.

I. Illæsa præservandi jura Nationis quoad electionem Patriarchæ.

§. 6. II. Tibi a Nobis omnem facultatem impartitam esse absolvendi a censuris omnibus, et dispensandi a quibusvis irregularitatibus, ob celebrationem cum censuris, forsitan, occasione dictarum electionum, et ob excessus, etiam cum oneratione potestatis Ecclesiasticæ, et usu potestatum Laicæ, commissos, contractis, et incursis.

II. Absolvendi a censuris, et dispensandi super irregularitate incursis.

§. 7. III. Facultatem Tibi pariter concessam Apostolica auctoritate sanandi omnes, et singulos actus, et Patriarchales expeditiones, ab utroque prætenso Electo, ad usque denuntiationis, et intimationis Apostolicæ provisionis nostræ diem, peractos, et peractas.

III. Sanandi actuum, et expeditionum nullitates.

§. 8. IV. Facultatem similiter tributam remittendi, et condonandi omnes pecuniarum, quæ ad Patriarchas spectabant, exactiones, ab utroque prætenso Electo quomodolibet factas; ita tamen, ut, quoad pecunias quidem ad Patriarcham spectantes, benigna utrique impendatur

IV. Condonandi exactiones pecuniarum, non tamen Sedi

PONT. condonatio; quoad pecunias vero ad Sedem Patriarchalem pertinentes, unusquisque eidem Patriarchali Sedi restituere teneatur.

A. III. Patriar- §. 9. V. Scripturas omnes ad utriusque præ-  
chali de- bitarum. tensi Electi patrocinium, et favore editas, et  
V. Utrius- que Electi hinc inde exhibitas, tamquam in forma non  
famam, et existi- mationem purgandi. probanti esse, ac fore, et haberi, ac proinde  
in futurum nullum famæ, et existimationi utrius-  
que Electi ex ipsis detrimentum illatum esse,  
aut in futurum inferri posse, nisi judicialiter,  
servatis servandis, aliter constet.

VI. Ab- §. 10. VI. Facultatem Tibi a nobis collatam,  
solvendi prout earundem præsentium tenore, et aucto-  
Episcopos ritate similibus tribuimus, et impertimur, dis-  
illicite consecra- pensandi cum Monachis Episcopali dignitate  
tos, eorumque inauguratis ab Archiepiscopo Soriano super sus-  
Consecra- pensione. et irregularitate contracta, præviis  
tionem; sese in aliquo Monasterio continendi, ibique per  
adjectis mensem saltem a Celebratione, et a Pontifica-  
legibus lium exercitio sese abstinendi: Necnon facul-  
etc. tatem Tibi traditam absolvendi ipsum pariter  
Archiepiscopum Sorianum, alterius proinde Ri-  
tus, a prædicta ordinatione. Quibus sane Epi-  
scopis denuncies, se eas Dioceses a dicto Ar-  
chiepiscopo Tobia ipsis assignatas, quæ ab eodem  
Tobia Archiepiscopo retinebantur, et ad ipsum  
redire debent, habere non posse. sed eas dum-  
taxat, quæ de jure, juxta distributionem Dioc-  
cesum, ad formam nostræ ordinationis præ-  
scriptæ occasione confirmationis laudatæ Synodi  
Provincialis, seu Nationalis, faciendam, assi-  
gnari debent.

VII. Al- §. 11. VII. Indultum Altaris Privilegiati per-  
taria Pri- petui pro singulis Cathedralibus Ecclesiis a fel.  
vilegiata, recor. Benedicto Papa XIII. Prædecessore no-  
et Indul- stro per alias suas in simili forma Brevis Li-  
gentias concessum, si ad Ecclesias Cathedrales  
conceden- ejusdem Patriarchatus dictæ Nationis non fue-  
di. rit extensum, Auctoritate Nostra extendas,  
et confirmes. Præterea iis Ecclesiis Parochia-  
libus, in quibus aliud Altare Privilegiatum,

sive perpetuum, sive ad tempus concessum non reperitur, nec sufficiens Missarum numerus celebratur, Altare Privilegiatum pro uno die in hebdomada, per Ordinarium loci designando, ad viginti quinque annos concedas. Insuper, Patriarchali quidem Ecclesiæ Plenarias Indulgentias perpetuas, revocando aliàs, sive ad tempus, sive in perpetuum concessas, quater in anno, aliis vero Cathedralibus bis in anno, per unumquemque Christifidelem, servatis servandis, lucrificandas, pariter concedas, et indulgeas.

A N N O  
1743.

§. 12. Denique tuum erit in primis nihil intentatum relinquere, quod ad veram fraternamque caritatem, qua decet Episcopos sese mutuo complecti, et confovere, ut populis sibi commissis exemplo sint, atque incitamento, inter memoratos prætenso Electos Eliam Arcen. et Tobiam Napolosæ Archiepiscopos glutino Christi Pastorum Principis conciliandam, confirmandamque conducere possit: Nos enim Tibi omnes, ut præmittitur, facultates in hac re gravissima peragenda, et conficienda necessarias, et opportunas tribuimus, et impertimur. Non obstantibus iis omnibus, quæ in præinsertis nostris Literis diximus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Idem Con  
tenden-  
tium re-  
concilia-  
tioni ope-  
ram dare  
jubetur.

§. 13. Cæterum, Dilecte Fili, Te iterum rogamus, et in Domino hortamur, ut serio animo considerans, et quam ardua sit provincia Tibi commissa, et quam amplæ facultates ad illam alacrius adeundam, et feliciter explicandam, componendamque attributæ, omnia studia, omnes conatus, et vires intendas, non ut Apostolicam tantum benignitatem nostram Tibi promerearis, sed ut æternam etiam in cælis repositam mercedem a bonorum omnium remuneratore Deo, quem unum præ oculis habere debes, consequi possis, et valeas. Nos interim, ad prosperi successus auspiciam, Tibi Apostolicam Benedictionem, quam Nostro nomine universæ Nationi mandatis tuis obtemperanti, tuaque salubria

Et ad  
præmissa  
omnia re-  
cte pera-  
genda ex-  
citatur.

Р о н т. monita adimplenti, elargiri poteris, peramanter  
A. III. impertimur.

Dat. die Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
16. Mart. Annulo Piscatoris die xvi. Martii MDCCXLIII.  
1743. Pontificatus Nostri Anno tertio.

*D. Cardinalis Passioneus.*

LXXX.

## ELECTIO PATRIARCHÆ

Maronitarum a Pontifice facta, et Ablegatio  
Commissarii Apostolici, Archiepiscopis, et  
Episcopis ejusdem Nationis denunciatur.

*Venerabilibus Fratribus, Simoni ab Archie-  
piscopatu Damasci ad Patriarchalem Ma-  
ronitarum Sedem translato, cæterisque  
Archiepiscopis, et Episcopis ejusdem Na-  
tionis,*

## BENEDICTUS PAPA XIV,

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

Pontifex **M**AGNA non minus admiratione, quam ægri-  
refert, ac tudine affecti sumus, postquam e sex Episco-  
deplorat porum vestri Cœtus, aliorumque literis intel-  
schisma leximus, Maronitarum Ecclesiam, post obitum  
inter Ma- postremi Patriarchæ Josephi Petri, funesto Schis-  
ronitas mate discissam fuisse; a sex illis Episcopis in  
exortum. ejus locum suffecto Elia Arcæ, ab aliis Tobia  
Napolosiæ Archiepiscopis. Et quidem mirari satis  
non possumus, adeo nunc valuisse inimicum  
Hominem, ut superseminaverit divisionis zi-  
zania in agro isto, adhuc ea lue prorsus inta-  
cto; utque vobis eripuerit decus amplissimum:  
id scilicet nunquam ex omni temporis memoria  
evenisse

evenisse in vestro Patriarcha eligendo ; qua laude nobiliores Ecclesiæ , vestro in conspectu positæ , plurimum caruerunt. Angi autem quis nequeat in tanta malorum colluvie , quæ vestram Nationem , discordiis , tumultu , perturbatione obruerunt ? Siquidem uterque Electus , non expectato Romanæ Sedis Judicio , ( quod lege , et more vetusto necesse fuerat , ) statim pro Patriarcha se gerens , forum aperuit , usurpansque Patriarchalia jura , miscet humana Divinis , ut suo se teneat loco. Hinc populus alterutri inhærens , incertus , divisus , triste sui spectaculum præbet insultanti Schismatico , Turcæ irridenti ; et metus est , ne vera Dei Religio , quam quam vestræ Genti altis radicibus infixæ , obcæcatis contentione mentibus , discrimen adeat , ut sæpius alibi.

ANNO  
1743.

Ejusque  
pernicio-  
sos esse  
clus.

§. 1. Hac enimvero sollicitudine , ac paterna caritate commoti adeo sumus , ut vestris mendendis vulneribus , restituendæque sanitati accurrere acceleravimus , vix dum Romam venerunt utriusque partis Legati cum mandatis , et monumentis , supremum Apostolicæ Sedis judicium subituri. Nam statim sēlegimus aliquot e S. R. E. Cardinalibus , Propagandæ Fidei præpositis , qui juris ordine servato , auditisque Advocatis , de toto controversiæ statu cognoscerent , et coram Nobis deciderent , an alterutra Electio , seu Postulatio , confirmanda foret , aut sananda ; et si utraque infirmanda , quid ultra Nobis agendum esset. Illi apud Nos convenerunt XV. Kalendarum Martias , unaque fuit omnium sententia : utramque non modo nullam , atque invalidam , sed insanabilem videri , tantis undique scatent erratis adversus Canones , ipsasque vestras Constitutiones. Jus proinde eligendi , in hoc informis electionis casu , ad Apostolicam Sedem devolutum fuisse ; sicuti Ecclesiasticæ jubent Leges , et ubique perpetuo in more fuit : cujus si nullum istic exemplum reperitur , referri debet Majorum vestrorum prudentiæ , qui ab hujusmodi nefario Schismate sibi semper caverunt.

Contro-  
versia ex-  
amen in  
Congreg.  
particula-  
ri institui  
tur.

Congre-  
gationis  
sensus.

PONT. §. 2. Nos igitur eorūdem Cardinalium sententiam assensu nostro prosequuti, utramque electionem penitus abrogavimus. Simul autem Patriarcham vestrum elegimus Venerabilem Fratrem Simonem Archiepiscopum Damasci, qui antiquior vestri Cœtus, hoc etiam nomine commendationem habuit ad eam dignitatem; magis autem, quod miti ingenio, et a partium studiis abhorrente, ut plurium testimonio accepimus, idoneus Nobis visus est ad tantum munus gerendum. Quocirca acceptissimum vobis, vestræque Genti fore, idque prompto atque alacri erga ipsum obsequio, debitaque obedientia vos comprobaturos non dubitamus, daturosque documentum, præteritas discordias non præcipiti voluntatis æstu commotas fuisse, sed incautæ mentis errore, qui facilius excusari potest.

Salvis  
juribus  
Antisti-  
tum Ma-  
ronitarum

§. 3. Nec vobis in mentem veniat suspicari, hac nostra extraordinaria constituti Patriarchæ providentia, juri vestro quidpiam detractum fuisse. Nam, et ipsum in hujusce electionis diplomate vobis expresse reservavimus, et in Provincialis, seu Nationalis recentis vestræ Synodi confirmatione, novo, ut petebatis, Pontificiæ auctoritatis robore permunivimus.

Commis-  
sarius A-  
postoli-  
cus pluri-  
bus facultatibus,  
et mandatis instru-  
ctus ablegatur.

§. 4. Hæc per nostras istas literas in forma Brevis vobis referre sat̄is duximus. Plura cognoscetis, a Dilecto Filio Jacobo ab Urbe Luca, Observantium Franciscanorum Alumno, Apostolico Hierosolymis Visitatore, quem ad vos Nostro nomine ire Commissarium jussimus, ut sedulo curet observari, et custodiri quicquid in prænunciata Synodo, et a Nobis deinde, pro Ecclesiasticæ disciplinæ, sanctissimæque Religionis tutela, sancitum fuit; utque receptis a Sacerdote Andrea Felice, quem Patriarcha Joseph Petrus paulo post vita functus Romam ablegaverat, Nostris in forma Brevis ad eum literis, ubi plura peragenda commendavimus, et recuperato aliquo Religioso dono ad eundem Patriarcham transmissio, id omne Simoni ejus successoris repræsentet, nostramque de rerum

istic sacrarum Cultu, rite, ac prudenter insti- ANNO  
tuendo retinendoque, voluntatem, cujus con- 1743.  
scium fecimus, patefaciat.

§. 5. Quin illum perhumaniter excepturi, Debita  
præscriptasque vobis leges, accurata obedientia S. Sedi o-  
exequuturi sitis, nullum Nobis relinquit ambi- bedientia,  
gendi locum, omnium vestrum animus religione, et animo-  
et constantissima erga Supremum Pastorem fide rum con-  
penitus obstrictus. Præcipue vero vos adhorta cordia  
bitur, ut obliti præteritæ æmulationis, unani dat.  
mes sitis in Christo Jesu, sine querela, sine re-  
prehensione, simplices filii Dei in medio Na-  
tionis, *Turcarum* scilicet, pravæ, et perversæ,  
(Apostoli verbis utimur,) inter quos lucetis si-  
cut luminaria in mundo. Quod in auspiciis,  
Venerabiles Fratres, Apostolicam Benedictionem  
vobis peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Dat. die  
Annulo Piscatoris die xvi. Martii MDCCXLIII. 16. Mart.  
Pontificatus Nostri Anno tertio. 1743.

*J. Vincentius Lucchesinius.*





PONT.  
A. III.

LXXXI.

## DIGNITAS PROTOPAPÆ

In Ecclesia Collegiata S. Mariæ del Grafeo Messanen. ejusdemque libera electio, necnon Ritus Græco-Latini observantia, ipsius Ecclesiæ Clero in perpetuum asseritur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

**R**OMANA Ecclesia omnium Catholici Orbis Ecclesiarum Mater, et Magistra, assiduis Pontificiæ sollicitudinis, Apostolicæ caritatis, ac supremæ auctoritatis studiis sedulam vigilemque in eo potissimum operam posuit, ut omnia, et singula Ecclesiarum, præsertim aliis Patriarchis subjectarum, diversisque in divinorum officiorum, et sacrosancti Missæ sacrificii celebratione ritibus, linguis, et cæremoniis, per sacros Canones, et Ecclesiasticam disciplinam comprobatis, et confirmatis, utentium, jura, privilegia, indulta, decora, prærogativas, dignitates, gradus, et honores, quoad sibi integrum fuisset, tueri, confirmare, et adaugere adniteretur. Quamobrem adeo vetustæ antiquitatis, et integerrimæ traditionis tenax fuit, ut ea, quæ in quibusvis Ecclesiis sapienter statuta, et sanctissime custodita reperirentur, non solum inviolabili etiam supremæ Apostolicæ auctoritatis, ac firmitatis robore communire studuerit; verum etiam Apostolicis mandatis, et sub Ecclesiasticis censuris, ac pœnis, in posterum servanda mandaverit.

Dignitas  
Protopapæ  
in Ecclesia  
S. M. del  
Grafeo.

§. I. Quoniam autem, sicut accepimus, munus, sive dignitas *Protopapæ*, cujus auctoritas, ac prærogativa plurimi semper in omnibus fere Constantinopolitani Patriarchatus Cathedralibus Ecclesiis habita fuerat, Messanæ, quemadmo-

ANNO  
1743.

dum in nonnullis aliis Civitatibus, et Dioecibus reperitur, adhuc extat in Collegiata Ecclesia sub invocatione Sanctæ Mariæ *del Grafeo*, inde *Catholicâ* dictâ, quod Ecclesia hujusmodi, ut asseritur, sub Græcorum imperio, in Spiritus Sancti ex Patre Filioque procedentis confessione, cum Romana Ecclesia invicem unita permanserit; et in eadem Ecclesia semper a tunc temporis Divina Officia, et Sacrosanctum Missæ Sacrificium Græca quidem lingua, sed Latino Romano Ritu celebrantur; nam Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Azymo conficitur, sacræ Vestes, et sacerdotalia indumenta ad instar Latinorum adhibentur, et dies festi juxta Kalendarium Gregorianum servantur; præter alia, quæ adhuc religioso cultu peraguntur.

Ritus  
Græco Latinus in  
eadem Ecclesia.

§. 2. Hinc est, quod Nos, quibus omnimoda Universalis Ecclesiæ servitus, atque adeo omnium Ecclesiarum sollicitudo a Pastorum Principe Jesu Christo injuncta est, eandem Ecclesiam in eo bene constituto, quem hactenus egregie servaverunt, et de præsentis laudabiliter servant, statu deinceps firmiter permanere, et constabili cupientes; motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione postris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Congregationis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, Dignitatem antedicti *Protopapæ*, cum omnibus insigniis, prærogativis, privilegiis, facultatibus, jurisdictionibus, juribus, exemptionibus, titulis, honoribus, et oneribus, quibus alii *Protopapæ* antecessores de jure, usu, consuetudine et indultis, legitime tamen, et canonice, et de Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis licentia, benignitate, et concessione, hactenus usi. fructi, et gavisii sunt, tenore præsentium approbamus, et confirmamus; necnon volumus et mandamus, ut perpetuis futuris temporibus omnino servetur, quemadmodum a plurimis seculis servatus est, in eadem Ecclesia Sanctæ Mariæ *del Grafeo* Ritus Græco-

Pontifex.  
præd. Dignitatem,  
ejusque prærogativas confirmat.Ritum  
Græco Latinum servari perpetuo jubet.

P O N T.  
A. III.

LXXXI.

## DIGNITAS PROTOPAPÆ

In Ecclesia Collegiata S. Mariæ del Grafeo  
Messanen. ejusdemque libera electio, necnon  
Ritus Græco-Latini observantia, ipsius Ec-  
clesiæ Clero in perpetuum asseritur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

**R**OMANA Ecclesia omnium Catholici Orbis Ec-  
clesiarum Mater, et Magistra, assiduis Pontifi-  
ciæ sollicitudinis, Apostolicæ caritatis, ac su-  
premæ auctoritatis studiis sedulam vigilemque  
in eo potissimum operam posuit, ut omnia, et  
singula Ecclesiarum, præsertim aliis Patriarchis  
subjectarum, diversisque in divinorum officio-  
rum, et sacrosancti Missæ sacrificii celebratione  
ritibus, linguis, et cæremoniis, per sacros Ca-  
nones, et Ecclesiasticam disciplinam compro-  
batis, et confirmatis, utentium, jura, privile-  
gia, indulta, decora, prærogativas, dignitates,  
gradus, et honores, quoad sibi integrum fuis-  
set, tueri, confirmare, et adaugere admitteretur.  
Quamobrem adeo vetustæ antiquitatis, et inte-  
gerrimæ traditionis tenax fuit, ut ea, quæ in  
quibusvis Ecclesiis sapienter statuta, et sanctis-  
sime custodita reperirentur, non solum invio-  
labili etiam supremæ Apostolicæ auctoritatis, ac  
firmitatis robore communire studuerit; verum  
etiam Apostolicis mandatis, et sub Ecclesiasticis  
censuris, ac pœnis, in posterum servanda man-  
daverit.

Dignitas  
Protopa-  
pæ in Eccl  
S. M. del  
Grafeo.

§. I. Quoniam autem, sicut accepimus, mu-  
nus, sive dignitas *Protopapæ*, cujus auctoritas,  
ac prærogativa plurimi semper in omnibus fere  
Constantinopolitani Patriarchatus Cathedralibus  
Ecclesiis habita fuerat, Messanæ, quemadmo-

ANNO  
1743.

dum in nonnullis aliis Civitatibus, et Diocesisibus reperitur, adhuc extat in Collegiata Ecclesia sub invocatione Sanctæ Mariæ *del Grafeo*, inde *Catholicâ* dictâ, quod Ecclesia hujusmodi, ut asseritur, sub Græcorum imperio, in Spiritus Sancti ex Patre Filioque procedentis confessione, cum Romana Ecclesia invicem unita permanserit; et in eadem Ecclesia semper a tunc temporis Divina Officia, et Sacrosanctum Missæ Sacrificium Græca quidem lingua, sed Latino Romano Ritu celebrantur; nam Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Azymo conficitur, sacræ Vestes, et sacerdotalia indumenta ad instar Latinorum adhibentur, et dies festi juxta Kalendarium Gregorianum servantur; præter alia, quæ adhuc religioso cultu peraguntur.

Ritus  
Græco Latinus in  
eadem Ecclesia.

§. 2. Hinc est, quod Nos, quibus omnimoda Universalis Ecclesiæ servitus, atque adeo omnium Ecclesiarum sollicitudo a Pastorum Principe Jesu Christo injuncta est, eandem Ecclesiam in eo bene constituto, quem hactenus egregie servaverunt, et de præsentis laudabiliter servant, statu deinceps firmiter permanere, et constabili cupientes; motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Congregationis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, Dignitatem antedicti *Protopapæ*, cum omnibus insigniis, prærogativis, privilegiis, facultatibus, jurisdictionibus, juribus, exemptionibus, titulis, honoribus, et oneribus, quibus alii *Protopapæ* antecessores de jure, usu, consuetudine et indultis, legitime tamen, et canonice, et de Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis licentia, benignitate, et concessione, hactenus usi. frui, et gavisus sunt, tenore præsentium approbamus, et confirmamus; necnon volumus et mandamus, ut perpetuis futuris temporibus omnino servetur, quemadmodum a plurimis seculis servatus est, in eadem Ecclesia Sanctæ Mariæ *del Grafeo* Ritus Græco-

Pontifex.  
præd. Dignitatem,  
ejusque  
prærogativas confirmat.Ritum  
Græco Latinum servari perpetuo jubet.

РОСТ.  
A.III.

Latinus, nimirum Divina Officia, et Sacrosanctum Missæ Sacrificium Græca quidem lingua, et idiomate celebrandi, sed cum sacris vestibus, et sacerdotalibus indumentis latinis, et juxta Kalendarium Gregorianum, atque azymo, prout antehac in usu positum, et servatum est.

Electio-  
nem Pro-  
topapæ e-  
jusdem  
Ecclesiæ  
Clero pri-  
vative  
præserval

§. 3. Præterea motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, volumus, et mandamus, ut antiqua consuetudo, cum *Protopapam* hujusmodi viam universæ carnis ingredi contigerit, unum ex coetu, et corpore Cleri dictæ Ecclesiæ dumtaxat (in quem Clerum deinceps perpetuis futuris temporibus nullum omnino, nisi eodem Græco-Latino Ritu, ut præmittitur, initiatum, cooptari, et incorporari, pariter volumus, et mandamus) in *Protopapam* pro tempore existentem ab eodem Clero eligendi, et constituendi, sanctissime custodiat; quamcumque vero electionem *Protopapæ* hujusmodi aliter, quam ut præmittitur, factam, aut quandocumque faciendam, nunc pro tunc annullamus irritamusque, ac nullam irritamque esse, et fore, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus declaramus.

Litera-  
rum fir-  
mitatem  
asserit.

§. 4. Decernentes easdem præsentis Literas, ac omnia et singula in illis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, ac ad ea vocati, et auditi, seu causæ propter quas ipsa præsentis emanarunt, adductæ, verificatæ, seu aliàs sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu, notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revo-

tari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas  
 aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aut  
 aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium  
 intentari vel impetrari, aut impetrato, seu etiam  
 motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus  
 concessio, quempiam in iudicio, vel extra illud uti,  
 seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentis  
 literas, et in eis contenta quæcumque, firma,  
 valida, et efficacia existere et fore, suosque  
 plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere,  
 et illis, ad quos spectat, et pro tempore quan-  
 documque spectabit, in omnibus, et per omnia  
 plenissime suffragari, et ab eis respective invio-  
 labiliter observari; sicque in præmissis per quos-  
 cumque Iudices Ordinarios, et Delegatos, etiam  
 Causarum Palatii Apostolici Auditores, et quos-  
 vis alios, quacumque præeminentia, et potes-  
 tate fungentes, et functuros, sublata eis et  
 eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et inter-  
 pretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et  
 definiri debere, ac irritum, et inane, si secus  
 super his a quoquam quavis auctoritate scien-  
 ter, vel ignoranter contigerit attentari.

ANNO  
 1743.

Sublata  
 etc. irri-  
 ta etc.

§. 5. Quocirca Dilecto Filio Causarum Curie Camerae Apostolicæ generali Auditori, necnon  
 Venerabili Fratri moderno, et pro tempore exi-  
 stenti Archiepiscopo Massanensi, committimus,  
 et mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum,  
 per se, vel per alium, seu alios perpetuis futu-  
 ris temporibus, præsentis Literas, et in eis  
 contenta quæcumque, ubi, et quando opus  
 fuerit, et quoties pro parte Protopapæ, et Cleri  
 dictæ Ecclesiæ pro tempore pariter existentis  
 fuerint requisiti, si opus fuerit solemniter pu-  
 blicantes, et Protopapæ, ac Clero prædictis in  
 præmissis efficacis defensionis præsidio assisten-  
 tes, faciant auctoritate nostra Apostolica Pro-  
 topapam, et Clerum huiusmodi præmissorum  
 omnium, et singulorum commodo, effectu, et  
 jure pacifice frui et gaudere, non permitten-  
 tes Protopapam, et Clerum huiusmodi desuper  
 a quoquam quomodolibet indebite molestari;

Executo-  
 res depu-  
 tat cum  
 facultati-  
 bus.

PONT. contradictores quoslibet, et rebelles per censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contra-  
riis dero-  
gat.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibusque, vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, necnon dictæ Ecclesiæ, et Nationis Græcorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus, omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dūmtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque con-

Dat. die trarii quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Martii MDCCXLIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

*D. Cardinalis Passioneus.*

mmmmmm

## ECCLESIASTICA

LXXXII.

Auctoritas in designandis publicarum precatio-  
num formulis , et in eisdem indicendis ,  
asseritur.

*Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Pri-  
matibus, Archiepiscopis, et Episcopis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostoli-  
cam Benedictionem.*

**Q**UEMADMODUM preces ad Deum pro Principi-  
bus effundere, valde consentaneum est, ita con-  
venit, ut precum ipsarum formulæ sint ex illis,  
quas Ecclesia usu recepit; maxime vero si ejus-  
modi preces in celebratione Missarum adhiben-  
dæ sint. Præterea ad Ecclesiasticam auctoritatem  
unice spectat preces illas statuere atque indi-  
cere; cum nulli sæculari Potestati fas sit decer-  
nere, præceptoque mandare, ut publicæ preces  
fiant, sive ad persolvendas Deo gratias pro be-  
neficio aliquo accepto, sive ad illius opem in  
gravi aliqua necessitate implorandam.

Ad Ec-  
clesiam  
pertinet  
publica-  
rum pre-  
cum for-  
mulas eta-  
tuere eas-  
que indi-  
cere.

§. 1. Divus Paulus in prima ad Timotheum cap. 2. ut Vos bene nostis, ita loquitur: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro hominibus, pro Regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt.* Quod si expediat hoc loco praxim ostendere, qua primæva Ecclesia utebatur in orationibus, et precibus ad Deum pro Principibus offerendis, eam satis patefacere poterunt Sancti Dionysii Episcopi Alexandrini ad Præsi-

Ecclesia  
pro prin-  
cipibus o-  
rari jubet.



A. III. ras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna  
juris, et facti remedia, appellatione postposita,  
compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus  
fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contra-  
riis dero-  
gat.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in Uni-  
versalibus, Provincialibusque, et Synodalibus  
Conciliis editis generalibusque, vel specialibus  
Constitutionibus et Ordinationibus, necnon  
dictæ Ecclesiæ, et Nationis Græcorum, etiam  
juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-  
vis firmitate alia roboratis Statutis, et Consue-  
tudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Li-  
teris Apostolicis in contrarium præmissorum  
quomodolibet concessis, confirmatis, et innova-  
tis. Quibus, omnibus, et singulis, illorum teno-  
res præsentibus pro plene, et sufficienter ex-  
pressis, ac de verbo ad verbum insertis, et  
illis aliàs in suo robore permansuris, ad  
præmissorum effectum, hac vice dùm  
specialiter, et expresse derogamus, cæteris  
trariis quibuscumque. Datum Romæ  
18. Mart. 1743. ctam Mariam Majorem sub Annu  
die xviii. Martii MDCCXLIII. Pon-  
tri Anno Tertio. ficatus Nos-

D. Cardinalis

Passioneus.

ANNO  
1743.

## ECCLESIASTICA

LXXXII.

Auctoritas in designandis publicarum precationum formulis, et in eisdem indicendis, asseritur.

*Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

QUEMADMODUM preces ad Deum pro Principibus effundere, valde consentaneum est, ita convenit, ut precum ipsarum formulæ sint ex illis, quas Ecclesia usu recepit; maxime vero si ejusmodi preces in celebratione Missarum adhibendæ sint. Præterea ad Ecclesiasticam auctoritatem unice spectat preces illas statuere atque indicare; cum nulli sæculari Potestati fas sit decernere, præceptoque mandare, ut publicæ preces fiant, sive ad persolvendas Deo gratias pro beneficio aliquo accepto, sive ad illius opem in gravi aliqua necessitate implorandam.

Ad Ecclesiam pertinet publicarum precum formulas statuere easque indicare.

Ecclesia pro principibus orari jubet.

PONT. dem Æmilianum epistola, Tertullianus *in lib.*  
 A. III. *ad Scapulam*, et *in Apologetico*, Sanctus Cyprianus *in Epistola ad Demetrianum*, Origenes *in respons.*, *ad Celsum*, et Athanagoras *in sua Legatione ad Imperatores pro Christianis.*

Eadem, §. 2 Multum quidem inter se conveniunt cre-  
 ut cre- dendi, et orandi ratio. Proinde in celebratissimi  
 dendi nor additionibus *cap. 11.* legitur : *Obsecrationum*  
 mam, sic quoque *Sacerdotalium Sacramenta respiciamus...*  
 et orandi rationem *ut legem credendi lex statuat supplicandi.* Atque  
 præscri- bit. hinc oritur, in publicis supplicationibus formu-  
 las ab Ecclesia præscriptas esse adhibendas ; præsertim si res agatur de orationibus, quæ recitari debeant in Missa, ut dictum est. Idcirco etiam a Sacro Concilio Tridentino cavetur, ne preces in Missarum celebratione adhibeantur, præter eas quæ ab Ecclesia probatæ et frequenti, ac laudabili usu receptæ fuerint. Quamobrem in Missali Romano pro omni fere necessitate existunt piæ quædam, ac religiosæ orationes, e vetustis, ac venerabilibus Sacramentariis opportunè depromptæ.

Nullum §. 3. Neque vero putamus nimium progredi,  
 jus potes- immo inter æquos auctoritatis nostræ limites  
 tati laicæ Nos certe consistere credimus, cum asserimus,  
 in spiri- ad Ecclesiasticam quidem, non autem ad sæcu-  
 tualia. larem Potestatem pertinere, de Ecclesiasticis, ac spiritualibus rebus disponere. Magnus ille Osius Episcopus Cordubensis apud Sanctum Athanasium in Epistola ad solitariam vitam agentes, Ecclesiastica sane libertate, ad Constantium Imperatorem hæc scripsit : *Ne te misceas Ecclesiasticis rebus, neque nobis in hoc genere præcipe ; sed potius ea a nobis disce. Tibi Deus Imperium commisit : nobis, quæ sunt Ecclesiæ, concredidit . . . . Cave, ne quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Scriptum est : Quæ sunt Cæsaris, Cæsari ; et quæ sunt Dei, Deo.*

Præcepta §. 4. Ad viciniore tempora, et ad  
 Magistrarem, quæ epistolæ huic nostræ occasionem de-

dit, proprius accedentes dicimus, a laicorum ANNO  
 ipsorum tribunali abrogata fuisse atque rescissa 1743.  
 sæcularis alicujus Magistratus decreta, quibus tuum de  
 publicæ pro Principibus preces indictæ fuerant, publicis  
 quod ejusmodi decreta nullius auctoritatis, aut habendis  
 roboris esse per se innotesceret. Et non multis preci-  
 abhinc annis Sacra Concilii Congregatio, Præ- bus, aliis  
 decessoribus nostris annuentibus, publice abro- revocata;  
 gavit irritumque fecit sæcularis potestatis Edi- et abro-  
 ctum, quo illa, ob partam a Principe victoriam, gata.  
 indixerat pro gratiarum actione *Tu Deum lau-  
 damus*, etiamsi protestationem inseruisset, de  
 præjudicio Ecclesiastico juri non inferendo, quod  
 nimirum facto protestatio ipsa adversaretur.

§. 5. Ut igitur æquitatis jure, rectoque ordine Monentur  
 omnino procedatur, monemus Vos atque her- Episcopi,  
 tamur, ut tum Vos, tum alii operâ vestrâ, ut pro  
 Deum sedulo rogent pro incolumitate, ac felici- principi-  
 citate vestrorum Principum, quemadmodum et bus, juxta  
 Nos pro Principibus Catholicis quotidie facimus. Ecclesiæ  
 Equo libentique animo accipite, quod Potesta- Ritus, o-  
 tes sæculares a Vobis petant, ut pro se publicæ rari ju-  
 preces fiant; atque operam date, ut Ecclesiæ beant.  
 formulæ in illis usurpentur; neque novæ, aut  
 inusitatæ orationes in Missa recitentur.

§. 6. Sin autem, quod Nobis persuadere non Sed Laicæ  
 possumus, laicalis aliqua Potestas, usu, vel potestati  
 consuetudine aliqua, (quæ abusus revera dici idipsum  
 debet), præsumat auctoritatem vestram in hoc forte im-  
 minime agnoscere, sed jure suo directe velit peranti  
 publicas preces indicere, immo et pœnam parere non assen-  
 renuentibus statuere audeat; loquimur et Vos, tiantur.  
 quemadmodum Osius ad Imperatorem locutus  
 est. Rationes adducite, quas, qui errant, for-  
 tasse ignorant. Palam ipsis facite, hanc nullate-  
 nus esse rationem exorandi Deum, atque id,  
 quod cupiunt, consequendi: ad Vos confugere  
 eos debere, cum Vos ii sitis, qui licet *ex homi-  
 nibus assumpti*, tamen estis *pro hominibus con-  
 stituti in iis, quæ sunt ad Deum*, ut ad Hebræos  
 Apostolus loquitur: nec, præter Vos, posse  
 aliquem opus hujusmodi suscipere, et hunc su-

PONT. mere sibi honorem ; *sed qui vocatur a Deo*  
 A. III. *tamquam Aaron.*

Si qui §. 7. Quod si dictis non acquiescant , neque  
 a Vobis opportunum judicetur in eos ita proce-  
 pervica- dere , ut Ecclesiasticæ Disciplinæ jura exigerent ;  
 ces fuc- dere , ut Ecclesiasticæ Disciplinæ jura exigerent ;  
 rint , de Vobis stricte mandamus , ut nos quamprimum  
 iis ad S. certiores de iis faciatis , opportunis quoque  
 Sedem re- transmissis ad manus nostras documentis : cum  
 ferant. Nos parati simus ea omnia facere , quæ claris-  
 simi Prædecessores nostri in ejusmodi occasione-  
 bus facere consueverunt. Nolumus enim , ad  
 Supremum Dei Tribunal vocati , de neglectis  
 Sanctuarii juribus sontes judicari. Interea Vos  
 Paterno amore complectimur , Vobisque Apo-  
 stolicam Benedictionem impertimur.

Dat. die Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
 23. Mart. die xxiii. Martii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri  
 1743. Anno Tertio.

LXXXIII

## DE DIE NATALI

Beatorum Apostolorum Petri , et Pauli per  
 totam Octavam Romæ solemniter celebrando.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Dei con- **A**DMIRABILIS Sapientiæ Dei sublimitas , cujus  
 silium in provida dispositione mundana Regna constitu-  
 statuendo untur , ut Ecclesiæ Fidelium , quæ Divino co-  
 Romæ per mitata adjutorio peregrinatur in Terris , vel  
 BB. Apo- amplificandæ , vel exercendæ , vel custodiendæ ,  
 stolos Ec- alternantibus miro ordine vicibus inserviant ,  
 clesis voluntariam humani Generis cæcitatem , et pro-  
 Principa- clivem in deteriora nequitiam secretiori consi-  
 tu.

A N N O  
1743.

lio, et altiori pietate commiserans, cum, adveniente temporum plenitudine, sedentibus in tenebris, et ambulantiibus in umbra mortis Evangelicæ Fidei lucem effundere decrevisset, Romanum præparavit Imperium, ut promptiores ad omnes Populos prædicatio veritatis haberet accessus, quos unius Civitatis dominatio sociaret. Imbuendi autem Evangelio Mundi partibus, accepta per Spiritum Sanctum omnium locutione linguarum, duodecim Apostolis distributis, Beatissimus Petrus Princeps Apostolici Ordinis ad Arcem Romani destinatur Imperii, ut ea capta, et in obsequium Fidei subjugata, facilius universus Orbis humilitati Crucis superba colla submitteret. Ad hanc postea Coapostolus ejus Paulus, aliis peragratis provinciis, adveniens, labore, et meritis illi consociatus est, ut Roma tantorum Apostolorum edocta Magisterio, quæ superstitionis studio profanos omnium gentium cultus, atque errores receperat, veritatis amore, sanctæ atque immaculatæ unius Dei Religionis Sedes evaderet.

§. 1. Isti enim sunt Romanæ Urbis Patres, verique Conditores, qui eam Regnis Cœlestibus adscribendam melioribus auspiciis, et fortunatioribus initiis, condiderunt; non illi, quorum manibus cognato sanguine pollutis prima mœnium fundamenta locata sunt, e quibus is, qui ei nomen dedit, fraterna cæde fœdatam facinorosis hominibus, scelerum impunitate promissa, habitandam concessit. At vero isti e tenebris Idololatriæ ad Fidei lumen evocatam, Evangelica veritate imbutam, Christianis ornatam virtutibus, et ad Cœli sublimitatem erectam, pretioso Sanguine suo consecrarunt, et sacris Corporum suorum Sepulcris adversus furentium hæresum insidias, et frementis infernalis hostis impetus, tamquam duobus firmissimis munivere propugnaculis. Beatus autem Apostolus Petrus, Sacerdotali Sede Romam translata; cum privilegium potestatis a Christo Domino acceptæ ad omnes suos transmittat hæredes, supremi

Quantum  
debeat Ro  
mana  
Urbs iis-  
dem Bea-  
tis Apo-  
stolis.

PONT.  
A. III.

culminis prærogativam quodammodo cumea communicavit, adeoque ut per Beati Petri Cathedralam, Princeps, ac Caput Orbis fieret, et in immensum Religione Divinâ ejus cresceret dignitas, cujus latius quam dominatione terrena per totum Orbem protendebatur auctoritas. Quare etsi in Sanctorum solemnitatibus commune universorum Fidelium deceat esse gaudium, cum ob fidei unitatem in acceptis a Deo per Servos suos beneficiis indiscreta sit omnium utilitas, tamen Natalis Apostolorum Petri, et Pauli Festivitas, præter illam reverentiam, quam pro toto Terrarum Orbe promeruit, speciali, et propria Romanæ Urbis exultatione veneranda est, ut ubi præcipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die martyrii eorum sit lætitiæ principatus.

Horum  
Natalema  
ximaseu-  
per sole-  
mnitate  
in Urbe  
celebra-  
tum.

§. 2. Vivit adhuc in mente hominum, et nulla unquam delebit oblivio, vetus memoria, et recordatio, quam merito, et quanto per totum Orbem, sed præcipue in hac Alma Urbe nostra, fuerit a primis Ecclesiæ sæculis celebri cultu, et splendida solemnitate Natalis dies Beatorum Apostolorum celebratus. Siquidem ea die traditum est, Romanos Pontifices Prædecessores Nostros primum in Basilica Beati Petri in Vaticano, deinde in altera Apostoli Pauli Via Ostiensi, Sacrum immortalis Deo in honorem Principum Apostolorum fecisse, et Romanum Populum frequentissimo cœta, et celebri concursu, utramque Basilicam, sacras Apostolorum Reliquias veneraturum, invisere solitum; immo ad eandem solemnem diem ex diversis Orbis partibus, innumerabilem populi multitudinem, linguas, moribus, et regionibus discretam; venerationis tamen erga Beatorum Apostolorum cineres, et triumphalem Natalis eorum memoriam concordis obsequio sociatam, confluere consuevisse; Episcopos etiam, aliosque Sacros Antistites, sublimes Regiasque Personas, ad eandem solemnitatem convenire solitos fuisse, supplicesque se suasque coronas ad pedes Piscatoris, et

ad Scenofactoris monumentum, adstantibus Ducibus, et Præfectis militum, prosternere. Hæc igitur, et alia hujusmodi diligenti animi consideratione nobiscum reputantes, vehementer solliciti sumus, ne nos, qui in tantis periculis, et adversitatibus constituti, Sanctorum Apostolorum valido indigemus auxilio, degeneres a Majorum pietate, et devii a sanctis eorum Institutis simus, et quibus in accipiendis a Deo per Beatos Apostolos beneficiis, et donis pares sumus, impares et ingrati in sacra eorum recollenda memoria, et gratiis immortalis Deo agendis reperiamur, meritoque illorum destituamur præsidio, quorum negligimus solemnitatem.

A N N O  
1743.  
Quod etiam in posterum servari Pontifex cupit.

§. 3. Volentes itaque, cupientesque, Romani Populi erga Beatos Apostolos devotionem, de quorum præsidio hanc Urbem nostram, eorum decoratam corporibus, cœlestibus illustratam doctrinis, et potenti apud Deum patrocínio semper adjutam, maxime confidere decet, quantum in Nobis est, augere, atque amplificare, hac nostra in perpetuum valitura sanctione statuimus, ac decernimus, ut recurrente per ordinem Natali die eorundem Apostolorum, non solum in Basilica Vaticana, ut nunc moris est, in pervigilio ejusdem Festi, Vesperæ solemnes celebrentur, (quibus interesse solet Romanus Pontifex cum S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Romanæ Curiae Prælati, qui locum in Capella Pontificia obtinent;) et mane in eadem Basilica solemne Sacrum ab ipso Romano Pontifice peragatur; et secundæ Vesperæ ejusdem venerabilis diei Ecclesiastico Cantu, ac Ritu, a Capitulo, et Clero, præsentem etiam S. R. E. Cardinali præfatæ Basilicæ Archipresbytero, aliisque Cardinalibus ad eandem Vesperarum solemnitatem devotionis causa accedentibus, persolvantur; sed ulterius per totam Octavam singulis diebus in diversis Ecclesiis quippe aliqua Apostolorum memoria, aut prærogativa insignitis, a Nobis electis, et inferius nomi-

Jubet non modo diem Festivitatís de more, solemniter transigi:

Sed per totam octavam ce-



**PONT.** nandis, Missa in Pontificalibus, concinente, ac  
**A. III.** psallente schola Cantorum, aliisque Pontificiæ  
 lebrita- nostræ Capellæ Ministris inservientibus, or-  
 tem con- dine, ac modo infra dicendo, rite peragatur,  
 tinuari. recolaturque memoria illustris triumphus eorum  
 Martyrii, quod toto Terrarum Orbi, sed præ-  
 cipue Romanæ Urbi decus contulit, et digni-  
 tatem.

**Missam Pontifica-** §. 4. Secunda igitur intra Octavam die, Mis-  
**lem se-** sarum solemnitas in Pontificalibus celebrentur,  
**cunda die,** præsentibus Venerabilibus Fratribus Episcopis  
**in Basili-** Pontificio Throno assistentibus, in Basilica Beati  
**ca S. Pauli** Apostoli Pauli Via Ostiensi, in qua celebris est  
**celebrari.** utriusque Apostoli memoria, sacræque Reliquiæ  
 servantur, et veteri instituto solemnitas eadem  
 die Beati Apostoli Pauli commemoratio recolitur,  
 qui si adhuc vivens in Terris, adeo Romanos diligebat,  
 ut sine intermissione memoriam eorum in suis orationibus faceret,  
 vehementerque cuperet eos videre, et ad eos confir-  
 mandos aliquid spiritualis gratiæ impertiri;  
 quanto magis sperandum est, quod modo Beatus  
 in Cœlis, pro Alumnis suis Deum orare non cesset,  
 suamque opem humiliter postulantis afferre non recuset,  
 ut in illa cœlesti confirmetur doctrina, in qua eos ore suo,  
 per quod Christus loquebatur, erudit.

**Tertia die in Ec-** §. 5. Tertia die in Ecclesia Sanctæ Puden-  
**clesia S. Pudentia-** tianæ fiet solemnitas in Pontificalibus Sacrum,  
**na.** intervenientibus dilectis filiis Protonotariis Apo-  
 stolici Sedis ex numero Participantium. Nam  
 perhibent hoc loco fuisse domum Pudensis Sen-  
 natoris, apud quem, cum primum Romam ad-  
 venit, hospitatus est Princeps Apostolorum Pe-  
 trus, qui in eadem domo Verbum Dei Gentibus  
 annunciavit, sacras habuit Synaxes, Sacrum  
 pluries fecit, et Sacramenta Christi administra-  
 vit; adeo ut in ea jacta sint quodammodo prima  
 Romanæ Ecclesiæ fundamenta, omnium aliarum  
 Ecclesiarum Matris, et Magistræ, quam  
 superbæ inferorum portæ non vincunt.

§. 6. Quarta die in Ecclesia Sanctæ Mariæ in ANNO  
Via Lata Missarum persolvantur solemnia, in 1743.  
tervenientibus Dilectis Filiis Causarum Palatii Quarta  
nostri Auditoribus. Locus enim iste antiqua die in Ec-  
cest Religione celeberrimus : ibi primum, ut clesia S.  
fertur, hospitio exceptus est Apostolus et Ma- Mariæ in  
gister Gentium Paulus, qui, ut Acta Aposto- Via Lata.  
lorum testantur, *mansit biennio toto in suo con-  
ducto, et suscipiebat omnes, qui ingrediebantur  
ad eum, prædicans Regnum Dei, et docens,  
quæ sunt de Domino Jesu Christo, cum omni  
fiducia, sine prohibitione.*

§. 7. Quinta die ad Missarum solemnia in Quinta  
Pontificalibus celebranda convenient dilecti filii die in Ec-  
Camera Apostolicæ Clerici in Ecclesia Sancti clesia S.  
Petri ad Vincula, seu titulo Eudoxiæ. Hæc enim Petri ad  
prima Ecclesia esse traditur, quæ a Principe Vincula.  
Apostolorum fuit Romæ Immortali Deo dedi-  
cata; in hac ejusdem Beati Apostoli sacra Vin-  
cula servantur, quæ semper summo in honore,  
ac veneratione apud Fideles omnes fuerunt;  
pluraque benignissimus Deus miracula per ea  
efficere, ad laudem, et gloriam Servi sui, di-  
gnatus est. Hæc enim sunt felices illi nexus,  
qui de manicis, et compedibus in coronam mu-  
tandi, Apostolum contingentes, martyrem red-  
diderunt: Felices catenæ, quæ nudatis pene  
ossibus inhærentes, vivas reliquias de sangui-  
nis sudore, jam attrita carne, rapuerunt: Fe-  
licia Vincula, quæ reum suum usque ad Christi  
Crucem, non tam condemnatura, quam con-  
secratura, miserunt.

§. 8. Sexta autem die in Ecclesia Sancti Petri Sexta die  
in Carcere, quo, ut ferunt, Beati Apostoli in Eccle-  
Petrus, et Paulus per plures menses arctissima sia S. Pe-  
custodia ad mortem usque detenti sunt, eo- tri in Car-  
rumque Custodes Processus, et Martinianus ad cere.  
fidem conversi, subito ex proxima petra Divina  
virtute fonte enato, fuerunt a Petro Sacro Ba-  
ptismo abluti; et ubi in vinculis, et teterrimi  
carceris foeditate invisentibus se Evangelium  
Dei prædicare, curare infirmos, sanare ægro-

PONT. tos, et multa alia patrare miracula non desierunt. Missa autem in Pontificalibus in Ecclesia superiori, ob inferioris angustiam, adstantibus dilectis filiis Referendariis Votantibus Signaturæ Justitiæ, celebrabitur.

Septima die in Ecclesia S. Petri in monte Aureo. §. 9. Septima die Missa in Pontificalibus, assistentibus dilectis filiis Abbreviatoribus de Parco Majori, celebrabitur in Ecclesia S. Petri in Monte Aureo, ubi, ut pia traditione fertur, Beatus Apostolus Petrus Cruci affixus, Martyrio coronatus est, capite ad terram verso, et in sublime pedibus elevatis, asserens, se indignum, quod sic crucifigeretur, ut Dominus suus; sed ita e terra Cœlum, quo iter parabat, suspiiciens, admirandæ humilitatis virtutem, novique mysterii disciplinam et inter tormenta servavit.

Octava die Capellam Cardinalitiam haberi in Basilica Lateranensi. §. 10. Demum octava die, festiva BB. Petri, et Pauli Apostolorum Principum solemnitas in Sancta Lateranensi Basilica absolvatur. Ibi enim supra Altare Majus in argenteis Imaginibus, margaritis, lapidibusque pretiosis ornatis, Sacra Apostolorum Capita, quæ olim in Ecclesia S. Laurentii ad Sancta Sanctorum servabantur, a fel. rec. Urbano Papa V. Prædecessore Nostro reposita fuerunt. Beata Capita, quæ Sanctarum illarum Animarum sedes, nihil humile, aut mundanum, sed cœlestia solum, ac Divina cogitarunt; quæ non terrenum pulverem, aut humanas sordes, sed Divinas revelationes, et Cœlestia Arcana recipere meruerunt; quæ in novissima omnium mortuorum resurrectione, æternis ornanda sertis, corporibus, ac animabus suis, supernæ Patriæ beatitudine fruitura, conjungentur. Mane Missarum solemnitas in Pontificalibus. præsentem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio, eo majori ritu, et solemnitate, qua sacri hujusmodi Cardinalium conventus peragi unquam solent, celebrentur. Vespere autem Sacras Apostolorum Reliquias veneraturi, solemnem cultum, et pari animi devotione ad eandem Basilicam

Et Senatuum Romanum vespere ad eandem accedere.

pergant dilecti Filii Nobiles Viri Senator Urbis, et Romanorum Civium, et Camerae Urbis Conservatores; quorum pietatis exemplo commotus, ad debitas immortalis Deo gratias reddendas, pro ineffabili munere ei collato in Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli patrocinio, universus Romanus Populus celebri frequentia, et æmula festinatione accedere contendat.

§. 11. Pomeridiano autem tempore aliorum dierum, omnes Confraternitates hujus Almæ Urbis, per Venerabilem Fratrem nostrum S. R. E. Cardinalem Vicarium pro tempore publico edicto intimandæ, statis suis quæque diebus, ad eam Ecclesiam, ubi mane Missa in honorem Apostolorum celebrata fuerit, pie, ac devote procedant. Singulis autem Confratribus processionaliter accedentibus septem annos, et totidem quadragenas, et aliis omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, qui eandem Ecclesiam, ubi statio erit, religiose visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia confisi, centum dies de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis, misericorditer in Domino relaxamus.

§. 12. Monemus autem in Domino, et instantius rogamus omnes Christifideles in hac alma Urbe natos, et commorantes, ut pia majorum exempla in veneratione erga Beatos Apostolos laudabili studio æmulantes, in Ecclesiis a Nobis constitutis devota celebritate conveniant, et spirituali lætitia exultantes, laudantesque Deum, qui glorificatur in Sanctis suis, tantam Natalis diei Apostolorum celebrent solemnitatem. Siquidem de præsidio divinitus Nobis, ad exemplum patientiæ, et confirmationem fidei, præparato, in horum excellentia Patrum merito est exultantius gloriandum, quos gratia Dei in tantam altitudinem provexit, ut horum alteri magnum, et mirabile consortium potentiæ suæ tribuerit Divina dignatio; alter vero Vas electionis, et specialis Doctor Gentium, superno oraculo, et Cœlesti sententia fuerit de-

ANNO  
1743.

Singulis diebus supplicationes Confraternitatem ad prædictas Ecclesias haberi.

Adhortatio ad cultum exhibendum erga Beatos Apostolos, ob beneficiorum memoriam.

PONT. signatus. Præterea meminerint sæpe hanc Ur-  
 A. III. bem potenti Apostolorum protectione á Bar-  
 barorum incursibus, a cæde, a depopulatione,  
 ab incendiis, a terræmotibus, aliisque innú-  
 meris periculis, et calamitatibus liberatam. In  
 mentem revocent innumera illa prodigia, et  
 gratias, quas ad gloriam Servorum suorum,  
 Brandeorum, vel Catenarum contactu, vel sola  
 oratione, aut nominis invocatione, antiquorum  
 fidelium pietas, ac devotio ab Omnipotenti Deo  
 obtinuit. Demum in memoria habeant verba  
 illa Beati Leonis Prædecessoris Nostri ad Ro-  
 manum Populum ex Beati Petri Cathedra cla-  
 mantis, et dicentis: *Licet omnem Ecclesiam,*  
*quæ in toto est Orbe Terrarum, cunctis oporteat*  
*florere virtutibus; vos tamen præcipue inter cæ-*  
*teros populos decet meritis pietatis excellere, quos*  
*in ipsa Apostolicæ petræ arce fundatos, et Do-*  
*minus Noster Jesus Christus cum omnibus rede-*  
*mit, et Beatus Apostolus Petrus præ omnibus*  
*erudivit.*

Intermi- §. 13. Caveant igitur, ne Sanctis suorum Pa-  
 nato quo- storum monitis inobsequentes, ne immemores  
 que Cæ- beneficiorum Dei, ne irreligiosi erga Servos ejus  
 lestis vin- Beatos Apostolos, et absimiles majorum pietati  
 dictæ me- inveniantur. Magnum enim periculum est, esse  
 tu. homines; per oblivionem beneficiorum, ingra-  
 tos Deo, et Servis ejus, nec correptione corrigi,  
 nec de gratiis recordari. Sciant denique, quod  
 Beatos Apostolos, qui apud Deum intercessores  
 sibi esse non curat, suarum culparum severos  
 Judices habebit, et quos conciliatores supernæ  
 miserationis habere contemnit, offensæ majesta-  
 tis sentiet ultores.

Sanctio §. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
 Constitutio- paginam Nostræ Constitutionis, Decreti, Sta-  
 tionis. tuti, Definitionis, Monitionis, et Voluntatis in-  
 fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si  
 quis autem hoc attentare præsumpserit, indi-  
 gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,  
 et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursu-  
 rum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-

jorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, Kalendis Aprilis. Pontificatus Nostri Anno III.

ANNO

1743.

Dat. die

1. April.

1743.

*P. Card. Pro-Datarius.*

*D. Card. Passioneus.*

VISA DE CURIA.

N. Antonellus.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicat. die 13. Aprilis ejusdem anni.*

~~~~~

## AUDITORIBUS

LXXXIV

Causarum Sacri Palatii Apostolici conceditur delatio Roccheti etiam in accessu ad Capellas, Functiones etc. et in recessu etc.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

**P**RÆCLARA debitæ erga insigne Dilectorum Filiariorum Capellanorum nostrorum Causarum Palatii Apostolici auditorum Collegium existimationis opinio, ab ipsa Adolescentia nostra ex eo potissimum concepta, quod, postquam sedulam utriusque juris studiis operam dedissemus, sub disciplina clar. mem. Alexandri primum Causarum Palatii Apostolici Auditoris, deinde Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Caprara, per plures annos, præstito apud idem Collegium sacramento, in Causarum controversiarumque ab eorundem Capellanorum Auditorio decidentium terminandarumque disquisitione pro vi-

Pontificis  
studium  
erga Col-  
legium  
Audito-  
rum Sac-  
palatii.

PONT. rili parte versati fuerimus, magis magisque deinceps apud Nos, crescentibus annis, auctisque muneribus, ita invaluit, ut conspicuam ipsorum Capellanorum muneris dignitatem, eorumque egregiam in administranda justitia sapientiam, et integritatem, ea, qua decebat, veneratione

Honoris ab eodem Collegio sibi delati memoria. semper perspexerimus. Porro ad hæc accessit singularis honor, cujus memoria apud Nos adhuc recens perseverat, Nobis, postquam in Advocatorum Consistorialium Collegium ab anno fere cum dimidio adsciti fueramus, a toto Auditorio delatus; cum exortam de Jure Canonico controversiam, a Jurisperitis nunquam agitatum, Nobis, una cum altero hujus Romanæ Curie gravissimo Patrono, pro veritate discutiendam dijudicandamque detulit idem Auditorium.

Pontificiæ in ipsum benevolentiae significationes. §. 1. In hac vero suprema Sacrosancti Apostolatus specula per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam constituti, quanto in honore Auditorium hujusmodi habeamus, quibus paternæ charitatis studiis ejusdem Capellanos Auditores complectamur, et quanti faciamus, ipsi equidem præ cæteris clarius explicare possunt; Nos vero, ut non obscurum Pontificii de eximia eorundem jurisprudentia judicii argumentum universis præberemus, causam, seu controversiam inter Venerabilem Fratrem Joannem Macarium Episcopum Cupersanensem ex una, et Hospitale Sancti Joannis Hierosolymitani ex altera partibus, vertentem, et jamdudum agitatum, una insimul cum iisdem Causarum Palatii Apostolici Auditoribus, dijudicare voluimus.

Tenor Decreti a Congreg. Ceremoniali editi 22. Nov. 1742. super delatione Roccheti in Urbe. §. 2. Quoniam autem inter cætera Decreta a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Cæremoniis præposita habita die xxii. mensis Novembris anni MDCCXLII. proxime elapsi edita, quæ insequenti die xxiii. ejusdem mensis, et anni Nos approbavimus, illud quoque continebatur, quod nulli Prælatorum, cujusvis Ordinis, aut Collegii fuerit, qui Roccheti prærogativa potitur, imposterum liceat eodem induto

per Urbem incedere; cum hoc gestare unice ex Summorum Pontificum munificentia, una cum lemniscis nigris ad Equos proprii Currus appensis, præcipuorum suorum Officiorum ratione, ac præstantia, permissum sit Almæ Urbis Gubernatori Vice-Camerario, Generalibus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Auditori, ac Thesaurario, necnon utriusque Sacri Palatii Apostolici Præfecto, atque insuper, ob distincti habitus accessionem, Mozzettæ scilicet a san. mem. Benedicto XIII. quatuor Patriarchis, Constantinopolitano videlicet, Alexandrino, Antiocheno, et Hierosolymitano concessæ, dum Mantellecto, ac præfata Mozzetta ornati processerint. Prælati autem, qui Roccheti prærogativa fruuntur, tunc tantum sument illud per Scalas Palatii Pontificii, Apostolicam Aulam, vel in antecedenti Cubiculo, illud Congregationum, aut Collegialium actionum, quæ in eodem Palatio cum Roccheto fient, ingressuri; necnon quando primum, in promotione, Sacro Senatui de novo adscriptos, et iterum Cardinalatus insigniis decoratos, eos in suis domibus visitabunt: Quoties quemcumque ex Dominis Cardinalibus primo invisent, vel Cardinali similiter Roccheto induto in comitatus obsequiis erunt, sive domi fuerint, sive extra; conveniendo insuper cum Oratoribus Principum, qui Aula gaudent Regia, publica solemnî pompa procedentibus, et in actu pariter dumtaxat cujuscumque alterius publicæ, vel privatæ actionis, in qua Roccheti usus, dignitatis, vel muneris ratione, eis competere potest.

§. 3. Cui sane Decreto, cum, sicut acceperamus, debitam obedientiam præstitissent ipsi quoque Causarum Palatii Apostolici Auditores, qui domo sine Roccheto, juxta dicti Decreti formam, ac tenorem, exeuntes, et ad Pontificium Palatium, vel audientiam nostram postulaturi, vel Sacris in Pontificia Capella peragendis functionibus interfuturi, vel Auditorii sui munia obituri, accedentes, eodem Roccheto se, vel per

ANNO  
1743.

Audito-  
res Sac.  
Palatii  
cum aliis  
parent.



**PONT.** Scalas ejusdem Pontificii Palatii, vel in Aula  
**A. III.** Apostolica, vel in ipso Aulæ Auditorii ingressu  
 sese induerunt, quod pariter Rocchetum, obitis  
 muneribus suis, statim exuentes, domum quem-  
 admodum inde venerant, sine Roccheto re-  
 dierunt: Nos, quippe quibus notum erat,

Non ob-  
 stantibus  
 Literis In-  
 noc. X. X. Prædecessore Nostro concessum fuisse; ejus-  
 eorum fa-  
 vore ex-  
 peditis.  
 dem Innocentii Prædecessoris Apostolicas in si-  
 mili forma brevis-Literas die VII. mensis Martii  
 anno MDCXLV. pro concessione hujusmodi ex-  
 peditas, quarum nulla in prælaudato Congrega-  
 tionis præfatæ Decreto fit mentio, inspicere vo-  
 luimus, ut ex hisce aliquod rationis monumen-  
 tum, una cum nostræ Pontificiæ benignitatis  
 testimonio, ipsis Causarum Palatii Apostolici  
 Auditoribus profuturum, deduceremus.

Pontifex  
 expendit  
 prædicta-  
 rum Lite-  
 rarum am-  
 plitudi-  
 nem.

§. 4. Ac primum quidem serio animadverti-  
 mus, Literas pro antedicta Roccheti concessione  
 datas fuisse a prædicto Innocentio, qui, dum in  
 minoribus esset, viginti quinque annos munus  
 Capellani Auditoris hujusmodi summa cum laude  
 expleverat. Deinde vero easdem Literas tam  
 apertissimis verbis conceptas esse reperimus,  
 ut nihil magis; omnibus enim, et singulis Ca-  
 pellanis Auditoribus tunc, et pro tempore per-  
 petuo existentibus, quod in quibusvis Conciliis  
 etiam Universalibus, Congressibus, Congrega-  
 tionibus, Conventibus, Sessionibus, Processio-  
 nibus, Pompis, Conciliis, Functionibus, Nego-  
 tiis, cæterisque Actibus publicis, et privatis,  
 Pontificiis; Imperialibus, Regiis, Cardinalitiis,  
 ac quorumcumque Principum, sive Sacris, sive  
 profanis, vel mixtis, tam in Statu Ecclesiastico,  
 quam extra illum, ubique locorum, et gentium,  
 etiam in Romana Curia, ac in quibusvis Re-  
 gnis, Provinciis, Regionibus, et Locis, et Trans-  
 alpinis, et Ultramarinis, ac etiam in sua, et  
 Romani Pontificis pro tempore existentis, ac  
 Imperatoris, Regum, Cardinalium, etiam de  
 Latere Legatorum, Ducum, Principum, et quo-  
 rumlibet

rumlibet aliorum, quacumque Mundana, et Ecclesiastica Dignitate, etiam specialem, et individuum expressionem requirente, fulgentium, præsentia, conspectibus, et curiis, ac generaliter ubicumque, coram quibuscumque, et quovis tempore, Rocchetum palam deferre, illoque induti publice incedere, et comparere libere, et licite possent, et valerent, plena, et ampla facultas, ac licentia conceditur, atque imperitur.

§. 5. Præterea usum, et consuetudinem, quoad Rocchetum ab iisdem Capellanis Auditoribus induendum, deferendumque, inquirentes, etsi Nos per quadraginta annorum curriculum in hac Alma Urbe Nostra, antequam ad Pontificiam Dignitatem eveheremur, commorati, nonnullos ex Capellanis Auditoribus, sive ad Romanos Pontifices Prædecessores nostros, sive ad Pontificias Capellas, sive ad ipsam Auditorium tam accedentes, quam inde redeuntes, Roccheto exutos semper vidisse meminimus; a gravissimis tamen Viris docti, interdum alios Roccheto indutos, interdum alios eo exutos ad antedicta Officia persolvenda procedere, ac præsertim in eorundem ad Auditorium accessu, et reditu, consuevisse; variam nec semper constantem fuisse cognovimus.

§. 6. Eapropter Nos, attentis præmissis, effusa scilicet Innocentii Prædecessoris indulgentia, verborum in concessione hujusmodi adhibitorum amplitudine, et consuetudine atque usu non semper constanti, non immerito ducimus, non obstante memorato dictæ Congreg. Decreto, (quod tenore præsentium Apostolica Auctoritate iterum confirmamus, et Apostolicæ firmitatis robore munimus, salvo semper, firmoque remanente ejusdem Congregationis jure), posse declarare, quemadmodum tenore, et auctoritate paribus declaramus, Capellanis Auditoribus præfatis competere, eosque habere facultatem, et licentiam deferendi Rocchetum, sive ad Romani Pontificis pro tempore existen-

ANNO  
1743.

Item observantiam eisdem Auditoribus sæpe favorabilem

Declarat eos præfato Decreto non comprehendendi.

PONT. A. III. tis audientiam, sive Pontificias Capellas, et Functiones, sive ad Auditorium accedentes, et inde discedentes; et quatenus opus sit, ut amplioribus benevolentiae nostrae studiis Capellanos Auditores praedictos prosequamur, non solum laudatas Innocentii Praedecessoris praedicti Literas, ut praemittitur, a Nobis accurate inspectas, et mature expensas, et tenore, et auctoritate paribus confirmamus; verum etiam, quatenus in ipsis Innocentii Praedecessoris praedicti Literis comprehensi non intelligerentur, nec essent expressi casus antedicti, tenore, et auctoritate similibus, de novo iisdem Capellanis Auditoribus facultatem, ac privilegium utendi, ac deferendi Rocchetum, cum, ut praemittitur, sive ad Romani Pontificis audientiam, sive ad Pontificias Capellas, et Functiones, sive ad Auditorium perrexerint, atque inde discesserint, tribuimus, et elargimur.

Clausula, et Decreta pro Indulti firmitate. §. 7. Decernentes easdem praesentes Literas, et in eis contenta quaecumque, semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere. ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae praedictae Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Apostolicae Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quavis praeminentia, et potestate fungentes et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes. §. 8. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, dictis Innocentii Praedecessoris praedicti Literis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis in contrarium praemis-

sorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die x. Apr. MDCCXLIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio

ANNO  
1743.  
Dat. die  
10. April.  
1743.

*Pro D. Card. Passioneo.*

*Cajetanus Amatus.*

## MATRIMONIORUM

LXXXV.

Firmitati consulendo, damnantur, et annullantur pacta inter Conjuges inita de non appellando a sententia lata pro Matrimonii nullitate; confirmatur Constitutio edita super hujusmodi judiciorum forma; Ecclesiasticæ Disciplinæ observantia in Matrimonii celebratione commendatur.

*Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, et Episcopis Regni Poloniæ*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

**N**IMIAM licentiam, ac libertatem, abusumque, in perpetuis indissolubilibusque vinculis Matrimoniorum canonicè celebratorum, diuturna etiam animorum concordia stabilium, nulla legitima causa intercedente, nec, si qua esset, probatæ,

Connu-  
biorum  
frequentes in Po-  
lonia so-  
lutiones  
aliàs im-  
probatæ.

PONT. juxta canonicas præscriptiones expensa, ac  
 A. III. tanta cum facilitate, non sine gravi bonorum  
 offensione, dissolvendis, in Ecclesiasticis istius  
 Poloniæ Regni Curiis inductum vigentemque,  
 per alias nostras in simili forma Brevis Literas  
 die undecima mensis Aprilis anno millesimo sep-  
 tingentesimo quadragesimo primo ad Vos datas,  
 deplorantes Nos, et detestantes, atque insimul  
 Fraternitates Vestras rogantes, et in Domino  
 exhortantes ad custodiendas vigilias super Ovi-  
 bus vestræ curæ commissis, admonueramus,  
 Nos hac in re salutares Leges modumque oppor-  
 tunum serio meditari.

Leges  
 super Ma-  
 trimoniis  
 occultis a  
 Pontifice  
 editæ.

§. 1. Interea certiores facti, in quamplurimis  
 Christiani Orbis regionibus invectam esse pra-  
 vam consuetudinem Matrimoniorum Occulto-  
 rum, vulgò Conscientiæ dictorum, a quibus  
 illa quoque, inter cæteras inde provenientes  
 inordinationes, confusionesque, emanabat, qua  
 occulta hujusmodi Matrimonia, aliis Matrimo-  
 niis cum aliis Conjugibus publice celebratis, re  
 ipsa solvebantur, per Encyclicas alias nostras  
 Literas ad Venerabiles Fratres, Patriarchas,  
 Primate, Archiepiscopos, et Episcopos, uni-  
 versos die vigesima sexta mensis Augusti ejus-  
 dem anni scriptas, ea, ad antedictam pravam  
 consuetudinem penitus abrogandam, præscri-  
 psimus, quæ Sacris Canonibus, et Concilii Tri-  
 dentini Decretis consona, si accurate servaren-  
 tur, injunctam Nobis sollicitudinem imminue-  
 rent.

Refor-  
 mata Ju-  
 dicia Cau-  
 sarum Ma-  
 trimonia-  
 lium.

§. 2. Hisce insuper alias pariter nostras sub  
 Plumbo Literas tertio nonas Novembris anno In-  
 carnationis Dominicæ millesimo septingentesimo  
 quadragesimo primo expeditas addidimus, in  
 quibus typorum arte editis, ac palam proposi-  
 tis, et vulgatis, statuimus, et in causis Matri-  
 monialibus super Validitate, et Nullitate Matri-  
 moniorum servandas mandavimus Leges, ac Re-  
 gulas, quantum ab hominibus prospici potest,  
 opportunas, ac necessarias, secundum quas  
 Ecclesiastici Judices, neque culpa, et improbi-

tate, neque incitia, ac ignorantia abrepti, cum disceptationem de validitate, et nullitate Matrimoniorum hujusmodi apud ipsos haberi contigisset; non pro ingenio, sed pro justitia tuto sententiam suam ferre possent.

§. 3. Præterea cum relatum objectumque esset, malum hujusmodi inde evenire, quod Commissiones, quæ quoad secunda in Causis Matrimonialibus edita postulata, et instantias dabantur; ad Viros ad Jus dicendum neque aptos, neque idoneos, sed judicandi prorsus incapaces dirigerentur; Nos non solum per Encyclicas alias Literas universis Antistitibus inscriptas singulis injunximus, et mandavimus, ut unusquisque cum Capituli Cathedralis Ecclesiæ suæ consilio; eorum Virorum, quos ad grave Judicii hujusmodi ministerium probe, et sapienter obeundum aptos, et idoneos, rebus omnibus consideratis exacteque expensis, in Domino reputassent; indicem confectum; ad Apostolicam hanc Sanctam Sedem mitterent; verum etiam in memoratis nostris sub Plumbo expeditis Literis addendum curavimus, ne antedictæ Commissiones in secundis instantiis super Causis Matrimonialibus deinceps ad alios dirigerentur, quam ad viciniore Antistites; atque ut tunc dumtaxat, si forte contingeret ita fieri non posse, ad quempiam ex indicatis Viris aptis, et idoneis Commissiones hujusmodi dirigantur.

§. 4. Ex præscriptis Apostolicæ providentiæ auctoritatisque nostræ Sanctionibus conceptam fiduciam sustentantes, fore nimirum, ut abusus antedictus, et omnis inordinatio istine potissimum, quemadmodum alibi, benedicente Domino, evenire gratulabamur, penitus auferretur; ingenti cum Pontificii cordis nostri dolore accepimus, istic novas fraudes adinventas, novaque effugia quæsitæ, quibus Apostolicæ salutare Ordinationes eluderentur. Horret animus referre non solum Pacta inter Conjuges, Matrimonii dissolutionem contendentes, vicissim

Idoneorum judicum deputationi consultum.

Præsertim hujusmodi causis.

Præmissa a Polonis eluduntur, in initis pactis penalibus de nou appellando a sententia super nullitate Matrimonii.

PONT. A. III. conventa, ut alter eorum, post latam ab Ecclesiastico Judice super Matrimonii nullitate sententiam, ab eadem appellare audens, ad quandam certam pecuniæ summam alteri de ipsa sententia acquiescenti solvendam teneatur, verum etiam ab Ecclesiastico Judice, apud quem appellatio instituta fuerit, Appellantem ad omnimodam summæ hujusmodi solutionem dampari.

Neglectus formæ præscriptæ pro celebratione Matrimonii, Fomes controversiarum super validitate.

§. 5. De hisce autem rebus accuratissime exquisitis plenissime edocti, Nos in ea sumus sententia, inordinationem, confusionemque antedictam in Regno Poloniæ vigentem, majorem in partem, ex more modoque, quo Matrimonia per Poloniam contrahuntur, ac celebrantur, omnino exoriri. Sæpe numero enim, ac passim præsentia proprii Parochi, dum Matrimonium per verba de præsentia contrahitur, desideratur, et cuilibet Sacerdoti interessendi commissio, interdum inscio etiam proprio Parocho, demandatur. Frequentissime etiam super denunciationibus per tres Festos dies inter Missarum solemnias in Parochiali Ecclesia tam Viri, quam Mulieris, de Matrimonio contrahendo fieri solitis, ac tantopere præscriptis, dispensatur; itaut, nulla intercedente legitima, et urgenti causa, ne una quidem denuntiatio fiat.

Pravi effectus, et scandala inde consequentia.

§. 6. Quamobrem obstructa omni via, qua ad agnitionem perveniri posset, an quodlibet Matrimonium cum debita utriusque Contrahentis libertate, et consensu celebretur; intercedatne inter utrumque Contrahentem impedimentum aliquod, cujus causa deinceps idem Matrimonium jam contractum dissolvi, et irritari debeat; Hinc opportunus datur locus frequentissimis super nullitate Matrimoniorum in facie Ecclesiæ etiam initorum disputationibus; interdum quidem contenditur Matrimonium, sive per vim, sive per metum, et sine alterius Conjugis libero consensu contractum fuisse; interdum vero impedimentum obtenditur, quod, cæteroquin legitimum, ac canonicum, ante re-

ANNO  
1743.

sciri potuisset, quam Matrimonium contrahe-  
retur, nisi de industria, deditaque opera oc-  
cultum esse voluissent; interdum etiam, quod  
frequentius accidit, inde Matrimonii nullitas  
arcessitur, quod coram alio Sacerdote, licet  
de commissione sive Parochi, sive Antistitis  
Ordinarii, sine tamen debitis consuetisque for-  
mis attributa, celebratum fuerit Matrimonium.  
Nemo sane est, qui non intelligat, præmissa  
omnia, tamquam perpetuum Diabolicæ nequitiae  
fomittem, apertumque sceleri aditum, in causa  
esse, et ut canonicum appellationis beneficium  
a Nobis in ultimis nostris Literis tantopere com-  
mendatum, quo alter Conjugum post adjudica-  
tam alteri super Matrimonii nullitate causam,  
frui potest, per hasce fraudes, et effugia im-  
pediatur, et ut frequentiores sint, non sine  
gravissima bonorum offensione, et scandalo, in  
Polonia hujusmodi Connubiorum dissolutiones.

§. 7. Itaque, ut injunctis imbecillitati nostræ Pontifex  
Apostolici muneris partibus, quantum cum Do- damnat,  
mino possumus, satisfacere, et opportunum et annul-  
perniciosissimo huic malo remedium adhibere lat præ-  
adnitamur, motu proprio, et ex certa scientia, dicta pa-  
ac matura deliberatione nostris, deque Aposto- cta, ini-  
licæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, ineunda.  
non solum omnia, et singula ejusmodi pacta  
inter Conjuges, pro dissolutione Matrimonii  
quandocumque facienda, quomodolibet inita;  
verum etiam ea, quibus sive directe, sive indi-  
recte, appellatio ab Judicis sententia jam lata  
super Matrimonii nullitate impediatur, etiamsi  
utraque pacta interposito jurejurando appro-  
bata, et confirmata, atque etiamsi ante editas  
nostras memoratas ultimas Literas quomodoli-  
bet conventa, et facta fuissent, nulla, invalida,  
irrita, nullius roboris, et momenti esse ac fore,  
et imposterum futura, et habenda esse declara-  
mus, et nunc pro tunc annullamus, invalidamus,  
irritamusque; ita ut nullo unquam pacto, tam in Eorum  
foro interno, quam externo, obligatoria sint et observan-  
habeantur, sub excommunicationis pœna ipso tiam pro:



**PONT.** facta incurrenda, a qua nemo, quicumque pacta hujusmodi celebraverit, præterquam a Nobis, et Romano Pontifice pro tempore existente Successore nostro, nisi in mortis articulo, ab-  
**A. III.** hibet contrahentibus, sub poena excomm. reserv.  
 solutionem obtinere possit. Præterea eidem excommunicationis poenæ ipso facto obnoxium esse et fore, eamque incurrere, et incursum esse pariter declaramus, et nunc pro tunc pronunciamus, quemcumque Judicem, qui pacta antedicta executioni demandanda, et servanda curare, et pronuciare ausus fuerit; ac propterea

**Leges a se statutas circa appellationes in causis Matrim. confirmat, et innovat.** præfatas ultimas Literas, seu Constitutionem nostram, et quæcumque in iis, sive in ea, contenta, ac præsertim omne id, quod quoad ordinem seriemque appellationis a deputato Matrimonii Defensore, semper ac ab Judice contra ejusdem Matrimonii nullitatem sententia pronuciata fuerit, interponendæ, continetur, statuitur, ac præcipitur, quatenus opus sit iterum innovamus, et confirmamus, denuntiamusque; et Fraternitatibus Vestris easdem nostras Literas iterum proponendas, evulgandasque, in virtute sanctæ obedientiæ jubemus, perinde ac si de verbo ad verbum iisdem præsentibus expressæ, et insertæ fuissent, quemadmodum earumdem tenorem ipsis præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus.

**Canonum observantiam, quoad celebr. matrim. Episcopis inculcat.** §. 8. Quamquam vero quæcumque hactenus gessimus, retulimus, præscripsimus, satis esse intelligimus, ut Fideles istic præsertim Matrimonii sanctitatem cognitam habentes, ad Sacramentum hoc magnum, ea, qua decet, animi reverentia, ac pietate, ineundum accedant, eandemque sanctitatem, mutuamque animorum concordiam perpetuo inviolatam indissolubilemque servent; tamen nostræ hac in re gravissima Apostolicæ sollicitudini haud satis esse ducimus, nisi Fraternitatibus Vestris proponamus præclaras salutareque Leges, ac Regulas aliarum bene constitutarum Diocesum, in quibus fere numquam, aut raro lites super contractis Matrimoniis agitantur, et Sententiæ super eo-

rumdem Matrimoniorum nullitate pronuntian-  
tur.

ANNO  
1743.

§. 9. Ac primum omnium, munus, quod ad proprium Parochum jure spectat, interessendi Matrimoniis celebrandis, per se ipse Parochus, nisi legitima gravissimaque de causa impeditus, obire tenetur.

Præsertim assentiam proprii Parochi.

§. 10. Onus pariter proprio Parocho injunctum est, ut antequam Denunciationes de ineundo Matrimonio publice in Ecclesia inter Missarum solemnias fiant, ipse tum Sponsum, tum Sponsam seorsim caute, et, ut dicitur, ad aurem explorare studeat, an ex voluntate, sponte, ac libenter, et vero cum animi consensu, in matrimonium vicissim jungantur; necnon ut, quantum fieri potest, inquirere nitatur, ullumne, et cujus generis impedimentum inter Contrahentes intercedat; aliis ne fidem sponsionemque alter ex Contrahentibus dederit, de consensu ne Parentum Filii, Filiæque familias contrahant: Hæc, aliaque hujusmodi momenta postquam Parochi accuratissime exploraverunt, si aliquod eorumdem momentorum sive deficere, aut nocere posse deprehenderunt, suspensis interea denuntiationibus, illud, quod obstare possit, deferre tenentur ad proprium Antistitem, qui, prout res postulaverit, pro auctoritate, munerisque sui debito, opportune provideat.

Inquisitionem suam per contrahentium consensum, et impedimentis Matrim.

§. 11. Quod si Parochi nihil, quod Denuntiationibus publice, et de more faciendis obstet, tuto animadverterint, tunc illas per tres festos dies continuos in Ecclesia inter Missarum solemnias, juxta tam Concilii Lateranensis sub fel. rec. Innocentio PP. III. Prædecessore nostro, quam Concilii Tridentini præscriptum, proponant, ut impedimentum, si quod prius resciri non potuerat, ab interessentibus Auditoribus indicetur.

Trinam Matrimonii Denuntiationem

§. 12. Etsi autem Antistites super ovibus sibi commissis vigilias, ea, quam ante diximus, salutaris ratione, custodientes, non ignorant, Matrimonium coram quolibet Sacerdote non Pa-

Mandat Ordinaris ne te-legend a-

PONT. rocho, facta illi copia, dataque licentia, sive  
 A. III. a proprio Parocho, sive a Loci Ordinario An-  
 tienum Sa- tistite, validum esse, auctoritatemque super de-  
 cardotem nuntiationibus dispensandi, atque ut una pro tri-  
 ad assi- bus, et ne una quidem, urgente legitima gra-  
 stendum vissimaque causa Denuntiatio fiat, permittendi,  
 celebr. Ma se habere; tamen diligentissime caveant, ne ad  
 trim. libitum hac sua auctoritate, tum super Denun-  
 tiationibus dispensandi, tum cuilibet potius Sa-  
 cerdoti, quam proprio Parocho facultatem, ut  
 in contrahendis Matrimonii interesse possit,  
 committendi, nisi ubi ineluctabilem necessitatem  
 ita exigere animadverterint, utantur. Immo  
 cum, ut præmissum est, commissionem hujus-  
 modi necessario dandam esse perspexerint, eam  
 non statim, sed postquam ex adhibitis diligen-  
 tiis, acceptisque certis notitiis, sibi tuto con-  
 stiterit nullum inter Contrahentes interponi  
 impedimentum, impertiuntur.

Nec dis- §. 13. Quoad dispensationem vero super De-  
 pensent nuntiationibus semper præ oculis Concilii Tri-  
 super de- dentini Decretum de reformatione Matrimonii  
 nuancia- habentes, apertissime intelligunt facultatem in  
 tionibus, hujusmodi dispensationibus effrænata immo-  
 nisi juxta deratamque sibi nullatenus inesse, sed faculta-  
 præscri- tem ad prudentiæ rationem, legitimarumque  
 ptum causarum emergentes occasiones dirigendam,  
 Conc. eaque caute uti, ita ut hac in re semper reci-  
 Trid. tent hæc ejusdem Concilii Tridentini verba :  
*Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, Ma-  
 trimonium malitiose impediri posse, si tot, nempe  
 tres præcesserint Denuntiationes; tunc vel una  
 tantum Denuntiatio fiat, vel saltem Parocho,  
 et duobus, vel tribus Testibus præsentibus, Ma-  
 trimonium celebretur. Deinde ante illius consum-  
 mationem Denuntiationes in Ecclesia fiant, ut si  
 aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur.*

Leges Ec- §. 14. Hæc, Venerabiles Fratres, Antistitum  
 clesiasti- gravissimas Episcopalis in Matrimonii præser-  
 cas ipsicu tim celebrandis ministerii partes adimplere stu-  
 stodiant, dentium sollicitudo, diligentia, ac ratio agendi,  
 et a sub- dentium sollicitudo, diligentia, ac ratio agendi,  
 ditis im- pleri cu-  
 pleri cu-  
 rent.

ANNŌ  
1743.

tollit; hanc igitur sequamini. Per hanc semitam, non recens apertam, sed semper tuto tritam, et a laudato Concilio Tridentino tantopere commendatam, atque sub præcepto ad suscipiendam frequentandamque universis Antistibus traditam, dirigite gressus vestros, ut injuncto Vobis oneri, etiam hac in parte satisfacere possitis. Vigiles, ac solliciti adnitamini, ut Parochi, Animarumque Christifidelium Rectores, in partem laborum vestrorum Coadjutores vocati, in suis, ea, qua tenentur, vigilantia, sedulitate, et integritate, muneribus exercendis, per se ipsi omnem operam, et curam impendant. Ne patiamini, ut facili humanitate ducti, non autem legitima necessitate coacti, juridicam priorum Parochorum præsentiam, in contrahendis Matrimoniiis necessariam, ob quodlibet leve momentum removentes, cuilibet Sacerdoti in illis interessendi licentiam concedatis. Canonicas Ordinationes, ac leges super Denuntiationibus ante contrahendum Matrimonium faciendis, non sine gravi animi angore, conscientiaque stimulo servandas, et summa cum nonnullorum offensione scandaloque minime prætereundas, Vos ipsi custodite, et ab aliis, quorum interest, re ipsa servari facite.

§. 15. Nec obtentu, prætextu, aut colore cuiuscumque consuetudinis, et usus hactenus quomodolibet invecti, et in vestris Diocesisibus vigentis, ea, quæ ad hæc usque tempora, super Denuntiationibus sine legitima causa dispensandi, versa est in fastidium, et tot litium fomitem, facilitate, deinceps abuti, audeatis; perniciose enim consuetudo, et auctoritatis abusus, non ad normam agendi, sed ad male acturum exprobrationem confert.

Contra-  
rias con-  
suetudi-  
nes rejicit

§. 16. Quam vero Vobis, ad commissiones, et dispensationes hujusmodi præcipitanter effusque dandas, exemplo, et incitamento fuisse assertitur, nimiam in iisdem tribuendis indulgentiam, qua vere, nec ne, Ordinarius Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis in Polonia pro tem-

Adimit  
Nuntio A-  
postolico  
faculta-  
tem dis-  
pensandi  
super de-

**P O N T.** pore existens Nuntius, vigore facultatis, ipsi ;  
**A. III.** inter cæteras tanquam a Latere Legato concedi  
 nunciat. solitas, utcumque hac in re competentis, eas-  
 et com- dem commissiones dispensationesque impertitur,  
 mittendi ipsam moderno, et pro tempore existenti in  
 assisten- Polonia Nuntio inhibendam mandamus, ut Fra-  
 tiam alie- ternitates Vestræ, hoc exemplo, et incitamento  
 nis Sacer- etiam sublato, exinde sese a Commissionibus  
 dotibus. Dispensationibusque antedictis abstineant.

**Acriora** §. 17. Itaque, Venerabiles Fratres, nolumus  
**remedia** Vos ignorare, Nos, tot nostras susceptas solli-  
**adhibitu-** citudines, tot nostras non omissas adhortatio-  
**rum se** nes, tot præscriptas Apostolicæ nostræ provi-  
**profitetur** dentiaæ auctoritatisque ordinationes, ex animi  
 nostri, ad majorem Dei gloriam, Animarumque  
 salutem intenti, sententia, minime succedere,  
 nec pristinas in Matrimonii ineundis dissolvendis-  
 que lites, et controversias e medio tolli animad-  
 vertentes, suprema auctoritate nostra, ad ef-  
 ficaciora, et asperiora remedia hisce malis cu-  
 randis apta atque idonea opportune adhibenda,

**Eaque in** esse usuros : Vobis enim satis superque perspec-  
**promptu** tum est, Nos, justis, ac rationabilibus de cau-  
**esse de-** sis, quemadmodum, si secus fortasse fiet quam  
**monstrat.** præscripsimus, certe accideret, Judicium Cau-  
 sarum Matrimonialium Poloniæ quoad primam  
 etiam Instantiam reservare posse; et insuper,  
 relicta Episcopis locorum prima, et Metropolita-  
 nis secunda Instantia decernere, (sicut, ne-  
 cessitate tamen coacti, omnino decernemus.)  
 ut in Causis Matrimonialibus Poloniæ, tum  
 prima ab Episcopalibus, tum secunda a Metro-  
 politanis Curiis Sententia, super nullitate Ma-  
 trimonii pronunciata, executioni minime de-  
 mandetur, nisi utraque Sententia, cum ratio-  
 num momentis, prius in Congregatione Venera-  
 bilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium  
 Concilii Tridentini Interpretum mature exacte-  
 que fuerit expensa, ac probata; necnon Matrimo-  
 nium quodlibet, post utramque sententiam in  
 Curiis vestris latam, vel interea temporis, dum  
 in eadem Congregatione Cardinalium utraque

sententia hujusmodi expenditur, vel nullo apud eandem Congregationem Cardinalium habito recurso, quomodolibet, servatis etiani servandis, exinde contractum, nullum, irritum, nullius roboris, et momenti esse et fore declarare.

§. 18. Decernentes, easdem præsentem Literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu aliàs specifica, et individua mentione, et expressione digni existant, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tametsi suorum Indultorum, vel Privilegiorum vigore, consentire, seu vocari semel, vel pluries quomodolibet debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et formalí, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis Oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed ipsas præsentem Literas, et in eis contenta quæcumque, firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, et ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosque quoslibet quæcumque præeminentia, et potestate fungentes et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi

А П П О  
1743.

Literarum firmitati consulit.

Aliter judicari prohibet, irritans etc.

**PONT.** facultate, et auctoritate, judicari, et definiri  
**A. III.** debere; ac irritum et inane, si secus super his  
 a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel  
 ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus  
 iis omnibus, quæ in sæpemenoratis nostris Li-  
 teris voluimus non obstare, cæterisque contra-  
 riiis quibuscumque.

Tran-  
 sumptis  
 fidem ha-  
 beri de-  
 cernit.

§. 19. Volumus denique, ut earundem præ-  
 sentium literarum transumptis, seu exemplis,  
 etiam impressis, manu alicujus Notarii publici  
 subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ec-  
 clesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus  
 fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ  
 adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhi-  
 bitæ, vel ostensæ.

Ministro-  
 rum de-  
 lectum,  
 et in offi-  
 cio obeun-  
 do vigi-  
 lantiam  
 Episcopis  
 commen-  
 dat.

§. 20. Cæterum Fraternitates Vestras in par-  
 tem Pontificiæ sollicitudinis nostræ advocantes,  
 rogamus, et quibus maximis possumus, Apo-  
 stolicis exhortationibus excitamus, ut singulos  
 Curiarum vestrarum Ministros, et Officiales,  
 pietatis, probitatis, doctrinæ, prudentiæ, alia-  
 rumque Christianarum virtutum laude præstan-  
 tiores, et diuturna experientia commendatos,  
 semper ea, qua opus est, diligentia exquirere,  
 et seligere studeatis; atque iisdem districte man-  
 detis, ut ministerium suum quisque integerrime  
 obire satagat; nec interea Vos de assidua vigi-  
 lantia vestra quidquam omittatis; considerantes,  
 et gravissimam Pastorum Principi Jesu Christo  
 de procuratione Gregis Vobis crediti rationem  
 esse reddendam, et æternam mercedem in Cælis  
 propositam iis, qui legitime certaverint, esse  
 retribuendam. Nos interim ad prosperi successus  
 auspiciam, et ad Cœlestium Charismatum co-  
 piam promerendam, Fraternitatibus Vestris Apo-  
 stolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Dat. die  
 18. Maji  
 1743.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub  
 Annulo Piscatoris, die XVIII. Maji MDCCLXIII.  
 Pontificatus Nostri Anno III.

*D. Cardinalis Passioneus.*

## MILITIÆ

LXXXVI

Hierosolymitanæ, et Incolis Insularum ipsius  
Ditioni subjectarum, plura indulta conce-  
duntur, ad formam Bullæ, quæ dicitur *Cru-*  
*ciatæ.*

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**Q**UONIAM inter Militares Ordines, quibus Ca- Exor-  
tholicam Religionem juvari, et ab Inimicis dium a  
strenue defendi gaudemus, Hierosolymitanus laudibus  
insignem retinet locum: Is enim pro Christi Ordinis  
gloria, et contra perditissimos Mahumetana labe Militaris  
infectos homines summa contentione pugnans, S. Jo. Hierosol.  
Christianas Regiones ab illorum incursionibus  
totis viribus assidue tuetur: Milites quoque,  
qui in eum recipiuntur, probata generis Nobi-  
litate pollentes, ut alacrius in armorum exer-  
citatione proficiant, promptioresque, et aptiores  
ad labores suscipiendos reddantur, domesticis  
relictis commodis, a nuptiis se abstinere, ac  
perpetuam vovent castitatem: Propterea Nos,  
Divinæ gratiæ munere in suprema B. Petri Sede  
collocati, erga præclarum, et de Ecclesia, ac  
Sede prædicta optime meritum Ordinem præ-  
cipuam Pontificiæ benevolentiae significationem  
prodere cupientes, illum non solum peculiarium  
privilegiorum largitione ornare, sed etiam, in  
ejus necessitatibus, auxiliis prosequi ducimus  
opportunitis.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Militia Illius  
Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ex sui onus due



**P o s t .** Instituto, bellum adversus communem Christi-  
**A. IV.** tiani nominis Hostem incessanter, non aliquo  
 plex, Bel- tantum temporis spatio, nec aliquibus ad id  
 lum Sa- impellentibus controversiis, sed perpetuo, to-  
 crum; et toque anni tempore gerat, ac in eum finem  
 Infirmo- munitissimas, et bellico apparatu, omnique  
 rum cura. machinarum genere instructissimas Classes com-  
 paret, illasque a Dilectis Filiis Fratribus Mili-  
 tibus dictæ Militiæ rei maritimæ peritissimis  
 directas, pro necessitate temporum huc illuc  
 convertens, Mare Mediterraneum a Barbaris  
 Prædonibus, et Piratis, in Mercatorum, ac iter  
 facientium commodum, et securitatem, longe  
 lateque tutum reddat; prætereaque, ex eodem  
 Instituto, infirmorum curam in Xenodochiis  
 exerceat, ac præmissa omnia, cum magna Chri-  
 stianæ Reipublicæ utilitate, et decore, huc us-  
 que laudabiliter adimpleverit, et executâ fuerit;  
 et ob id, ac etiam ob subsidia aliquoties Ca-

**Quibus** Catholicis Principibus arma contra Inimicos Crucis  
**sustinen-** Christi gestantibus data, ingentes, et pene in-  
**dis ingen-** numeras pecuniarum summas insumperit; ac  
**tes sum-** communis Ærarii dictæ Militiæ redditibus, qui  
**ptus im-** omnes in prædictorum Operum adimplementum  
**pensi, et** erogantur, ad tam gravia onera supportanda  
**æs alie-** imparibus existentibus, magnam vim æris alieni,  
**num con-** certis annuis responsionibus sub certis rationi-  
**tractum.** bus persolvendis subjecti, tam Romæ quam Ge-  
 nuæ, et alibi contrahere coacta fuerit; et dudum  
 ultimo Ungarico contra communem hostem præ-  
 dictum gliscente bello, ex eo quod auxiliares  
 electæ copiæ, experti Nautæ, et tormentorum  
 bellicorum Magistri, tunc per eandem Militiam  
 in Hungariæ Regnum suppetias missi, pene omnes  
 perierant, plurium annuarum præstationum fa-  
 vore Familiarum illorum qui tunc obierant, in  
 tantæ Calamitatis levamen, distributarum, et  
**Absque** insimul annuam summam octo millium scuto-  
**spe leva-** rum excedentium (quæ aliqua in parte fructu  
**minis ex** adhuc durant) oneri se subjecerit: Propterea  
**redditi-** eadem Militia debitorum proprias vires exceden-  
**bus ipsius** tium pondere gravata existente, nec a suis Com-  
**Militiæ.**

mendis, quæ Militibus Commendatoribus ejusdem Militiæ ex eis alimoniam percepturis, ac culturam bonorum, ac certorum onerum adimplementum, et præcipua dictæ militiæ munera executuris, et subituris, quorum decedentium, et in bonis habentium spolia ad dictum commune Ærarium spectant, conceduntur, ex quibus jam viginti duos cum dimidio pro quolibet Centenario reddituum illarum, communi Ærario prædicto quotannis persolvuntur, ullum aliud tam urgentibus indigentis sublevandis aptum subsidium capiendi spe affulgente; bon. mem. Raymondus Despuig, tunc dum viveret, dictæ Militiæ Magnus Magister, aliàs fel. rec. Clementi PP. XII. Prædecessori Nostro demissas preces pro reportatione omnium Indultorum, ab Apostolica Sede, ob graves, et defensionem, ac propagationem dictæ Religionis importantes rationes, alibi concessorum, pro duarum, prædictæ Militiæ ditioni, et dominio subjectarum, Insularum, nempe Melitæ, et Gotii Incolis; detulerit; dictusque Clemens Prædecessor peculiari nonnullorum S. R. E. Cardinalium Congregationi ad id per eum tunc deputatæ preces hujusmodi remiserit, et Congregatio præfata illas, ac omnia, et singula nomine dicti Raymondus Magni Magistri, ac Consilii prædictæ Militiæ tunc allata mature perpendens, rem tunc differre censuerit.

А П П О  
1743.

Preces  
oblatae  
Clementi  
PP. XII.

§. 2. Ac deinde prædicto Clemente Prædecessore ab hac luce sublato, dilectus Filius Nobiliss. Do-  
Vir Emanuel Pinto modernus dictæ Militiæ Mag-  
nus Magister, qui, sicut Nobis innotuit, post  
varia prædictæ Militiæ munera per eum laudabiliter et summa omnium commendatione gesta, eximiis præ cæteris virtutibus præditus, suis ita exigentibus meritis, eidem Militiæ Præfectus, ex quo amplissimam Dignitatem assecutus fuit, omnem diligentiam, et curam in promovendo Instituto prædicto viriliter conferre non destitit, præfatum negotium accuratius sibi assumendum ducens; secumque reputans æquiores

Item Sanctiss. Dominico Nostro.

PONT.  
A. IV.

urgentioresque causas pro elargitione Indulutorum respectu supradictæ Militiæ, quam aliorum Christianorum Principum, ratione prædicti Instituti, reperiri; Dilecto Filio Joanni Ludovico de Guerin de Ténçin dictæ Militiæ Bajulivo, et aliàs Triremium Generali Præfecto, nunc apud Nos, et Sedem prædictam pro eadem Militia Oratori, easdem preces, quæ antea optatum effectum minime sortitæ fuerant iterum repetendas, ac Nobis solo Dei nutu ad summi Apostolatus Apicem evectis, ferventius porrigendas commiserit; et prædictus Joannes Ludovicus, qui ob egregias, nobilesque animi sui dotes, atque in rebus etiam gravioribus gerendis præstantem peritiã, Nobis apprime acceptus et gratus existit, commisso sibi negotio totis viribus incumbens, pro ope, prævia dictorum Indulutorum impartitione, eidem Militiæ opportune ferenda, ferventer insteterit: Cumque, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dicti Emanuelis Magni Magistri petitio continebat, Militia prædicta, nisi ei aliquod congruum subsidium per Nos, et Sedem prædictam prompte feratur, onera sibi, ut præfertur, incumbentia, et in vim Instituti prædicti per eam sufferri solita, non sive gravi Christifidelium incommodo et detrimento, diu sufferre nequeat; Et, sicut eadem petitio subjungebat; si saltem infrascripta privilegia, et Indulta universis Christifidelibus in duabus Insulis prædictis, illarumque adjacentiis commorantibus, ut infra, concederentur, et impartirentur, ex hoc profecto Christifideles hujusmodi, spe assecutionis spiritualium bonorum permoti, ad Eleemosynas communi Erario prædicto conferendas allicerentur, et adducerentur, et eadem Militia subsidia, quibus valeret Institutum prædictum explere, perciperet: Quare pro parte ejusdem Emanuelis Magni Magistri Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus felici, et prospero dictæ Militiæ profectui in prosecutione prædictorum piorum operum, aliisque permissis, opportune consulere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui Viris nobilibus, virtute, et Religione præcellentibus, qui dum pro Christianæ Reipublicæ defensione labores, et pericula subeunt, debitam erga dictam Sedem Apostolicam reverentiam adhibere non omittunt, in eorum indigentis adjutrices porrigimus manus; et, ne difficultate rei pecuniariæ a proposito commendabilium suarum exercitationum studio retardentur, libenti animo occurrimus; eundem Emanuelem Magnum Magistrum, ejusdemque militiæ Milites, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præsentibus Nostris Apostolicis Literis, ac omnibus, et singulis facultatibus, et indultis, et gratiis in eis contentis, ad sexennium, a die primæ præsentium publicationis, ut infra, faciendæ inchoandum, et non amplius, nec ulterius valituris.

§. 4. I. Magno Magistro dictæ Militiæ, expeditionibus contra Turcas, et Infideles assidua cura et diligentia incumbenti, necnon omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus in una, et altera Insulis, illarumque adjacentiis, dominio dictæ Militiæ, ut præfertur, subjectis, commorantibus, et ad illas declinantibus, qui intra annum, a die publicationis earumdem præsentium in locis dictarum duarum Insularum, ubi libuerit, faciendæ inchoandum, fidei zelo moti, ad Classes, aut ad quælibet Navigia, a Militia prædicta contra Turcas, et Infideles hujusmodi quomodolibet instructa, seu alias ad Copias per Militiam prædictam collectas, pugnaturi, aut aliud genus servitii, sive Terra, sive Mari gratis facturi accesserint, et in uno, seu pluribus Navigiis, aut ubicumque locorum, juxta Ordinationem a dicta Militia faciendam, per eundem annum permanserint, vel etiamsi morte præventi integrum annum non expleverint, aut propter infirmitatem, seu aliam supervenientem necessitatem, inde recesserint; vel qui propriis expensis, pro modo facultatum, unam, seu plures personas per dictum integrum annum, ut præ-

ANNO

1742.

Pontifex  
postulatis  
annuens,  
ad sexen-  
nium con-  
cedit, ut  
infra.I. Indul-  
gentiam  
Plena-  
riam in  
forma Ju-  
bilæi etc.  
euntibus  
infra an-  
num ad  
expeditio-  
nem con-  
tra Infide-  
les cum  
Classe,  
aut Copiis  
Militiæ  
Hierosol.

PONT. fertur; pugnaturas, aut servitium prædictum  
 A. IV. præstituras miserint; necnon iis, qui nec ibunt,  
 Item mit- nec mittent, si tamen infra dictum annum ali-  
 tentibus quam Eleemosynam in causam prædictam tan-  
 propriis tum, et non in alios etiam pios usus conver-  
 expensis tendam, juxta facultatem, et qualitatem perso-  
 unam, aut narum, ad arbitrium infrascripti Prioris, seu  
 plures per Presbyteri a dicto Magno Magistro, ut infra,  
 sonas. Aut nominandi, designandi, sponte contulerint;  
 Eleemo- Capitulis quoque Ecclesiarum, Monasteriorum,  
 synam in et Locorum etiam Regularium, et cujusvis Or-  
 hunc fi- dinis Mendicantium, tam Masculorum, quam  
 nem con- Fœminarum, si pro decem personis eorundem  
 ferenti- Capitulum, et Locorum, præcedente Capitu-  
 bus. lari, seu Conventuali deliberatione, unam per-  
 Capitulis sonam pro effectu præmisso etiam miserint, aut  
 quoque Ecclesia- rum, et pro eadem persona stipendium pro dicto integro  
 rum, et Regulari- anno contribuerint; illis pariter qui, ut præfer-  
 bus, mit- tur, missi fuerint, si Pauperes extiterint: Præ-  
 tentibus, tereaque etiam *Clericis*, seu *Presbyteris* sæcula-  
 aut con- ribus, qui a suis Ordinariis, et Regularibus,  
 tribuenti- qui a suis Superioribus respective licentiam ha-  
 bus, ut bentes, Verbum Dei Militibus, sub vexillo dictæ  
 supra. Militiæ adscriptis, aliisque personis inibi inser-  
 Ipsaque ventibus prædicaverint, illorumque sacramen-  
 ad expe- tales Confessiones audierint, seu Missæ Sacrifi-  
 dit. mis- cium celebraverint, aut alia Ecclesiastica, et pia  
 sis; nec- Ministeria exercuerint, (quibus, sæcularia, vel  
 non Di- Regularia Beneficia obtinentibus beneficiorum hu-  
 vina pera- jusmodi, exceptis illis dumtaxat, quæ Curam ani-  
 gentibus marum annexam habeant, servitium per idoneos  
 in Castris Vicarios interim præstari concedimus), respective  
 etc. vere poenitentibus, et confessis, aut si non va-  
 leant confiteri, id corde desiderantibus, Plena-  
 riam omnium, et singulorum suorum peccato-  
 rum Indulgentiam, et Remissionem, quæ pro-  
 ficiscentibus ad recuperationem Terræ Sanctæ,  
 quæque in anno Jubilei concedi consuevit, quam  
 etiam simili modo lucrari valeant prædicti Fi-  
 deles omnes, et singuli, qui forsitan non expleto  
 anno ab hac luce migraverint, Apostolica au-  
 ctoritate, earundem tenore præsentium, con-  
 cedimus, et elargimur.

§. 5. II. Omnibus quoque, et singulis Christifidelibus prædictis, ut ipsi dicto anno durante, possint in Ecclesiis, in quibus alias Divina Officia interdicto durante quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in privato Oratorio ad Divinum Cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando, et designando, etiam tempore Interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quominus amoveatur, et illi, qui facultatem ad id ab infrascripto Priore, seu Presbytero deputando aliàs habuerint, etiam per horam antequam illucescat dies, et per horam post meridiem, in sua, ac Familiarum, et Domesticorum, ac Consanguineorum suorum præsentia, Missas, et alia Divina Officia, per se ipsos, si Presbyteri fuerint, vel per alium, celebrari facere, et tempore Interdicti illis interesse, clausis januis, et non pulsatis Campanis, et excommunicatis, ac specialiter Interdictis exclusis; Ita tamen, ut, si privato Oratorio ad præmissa uti voluerint, quoties id fecerint, aliquas preces Deo pro unione Principum Christianorum contra infideles, eorumque contra eosdem victoria fundere teneantur; necnon durante hujusmodi interdicto, Eucharistiam, et alia Sacramenta in dictis Ecclesiis, vel Oratorio, præterquam in die Paschatis, recipere, ipsorumque Christifidelium, tempore interdicti hujusmodi decedentium, Corpora, (nisi forte vinculo excommunicationis innodati decesserint) cum moderata funerali pompa sepeliri valeant.

§. 6. III. Et insuper ut tam quadragesimalibus, quam aliis anni temporibus, et diebus, quibus esus carniū, ovorum, casei, butyri, et aliorum lacticiniorum prohibitus fuerit, eisdem ovis, caseo, butyro, et aliis lacticinii, ac etiam, si necessitas, vel infirma Corporis valetudo, ac alia quæcumque indigentia exegerit, carnibus, de utriusque Medici consilio, exceptis tantum diebus majoris Hebdomadæ, die Cinerum, seu Feria quarta in capite Jejunii, Vigiliis Natalis Domini Nostri Jesu Christi, Pentecostæ

ANNO  
1743.  
II. Prædictis omnibus concedit, ut Missas Interdicti tempore, celebrari possint.

Et durante Interdicto, Sacramenta sumere, et Ecclesiastica sepultura gaudere.

III. Lacticiniiis vesci diebus prohibitis. Carnibus quoque, in casu necess.

PONT. stes, beatorum Apostolorum Petri, et Pauli,  
A. IV. Assumptionis B. M. Virginis, Nativitatis Sancti

Servata et vesci; servata tamen lege Jejunii per unicam  
tamen le- comestionem, aliisque contentis in nostris Lite-  
ge Jejunii. ris novissime emanatis, sub Datum Romæ die  
trigesima Mensis Maji Anni MDCCXLI, qui-  
bus nullatenus per has præsentis intendimus  
derogare, respective, libere, et licite omnes  
Christifideles supradicti, præter personas tamen  
Regulares non Militares, possint, et valeant,  
eadem Apostolica auctoritate concedimus, et  
indulgenus.

IV. In- §. 7. IV. Item eisdem Christifidelibus dicto  
dulgentia anno durante, in singulis diebus Stationum  
Statio- Almæ Urbis nostræ quinque Ecclesias, seu  
num Ur- Altaria, aut in illorum defectum, quinquies  
bis, ubi- unum et idem Altare, Monialibus vero cujusvis  
que lu- Ordinis, et Instituti Regularis existentibus, ac  
crari va- Mulieribus, et Puellis in quibusvis Monasteriis,  
leant. seu Conservatoriis degentibus, si forte Ecclesias  
non habuerint, Capellas ab earum legitimis  
Superioribus designandas respective devote visi-  
tantibus, et in eis pias ad Deum preces pro  
supradicta unione, et victoria effundentibus,  
omnes, et singulas Indulgentias, et peccatorum  
remissiones, ac penitentiarum relaxationes,  
aliàs Ecclesiis tam intra, quam extra moenia  
prædictæ Urbis, ad quas dictæ Stationes fixæ  
existunt, concessas, eadem Apostolica auctori-  
tate misericorditer in Domino concedimus. Quas  
tam pro se, quam pro Defunctis, pro quibus  
visitaverint, consequi valeant.

V. Et §. 8. V. Et insuper eisdem Christifidelibus,  
Confessa- quod ipsi bis, hoc est semel in eorum vita, et  
rium sibi eligere se- semel in articulo mortis, possint sibi eligere  
mel in vi- Confessarium, ex approbatis ab Ordinario Loci,  
ta, et in qui eos a quibuscumque peccatis, et Censuris,  
artic. mor- etiam Sedi Apostolicæ reservatis, absolvere libe-  
tis cum re, et licite valeat; quod tamen Indultum eli-  
facultate gendi Confessarium, et absolvendi a reservatis,  
absolven- non habere locum cum Regularibus utriusque  
dia resery

sexus quorumcumque Ordinum, Congregationum, Societatisque, et Instituti, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, non tamen Militum Militiæ hujusmodi, perpetuo declaramus, inhærentes aliis hujus Sanctæ Sedis, et plurium Prædecessorum Nostrorum, præsertim Clementis VIII. et Urbani VIII. circa Bullæ Cruciatæ, ac similia Indulta, perpetuis futuris declarationibus. Quodque ipsis per eundem Confessarium vota quælibet simplicia per eos emissa, exceptis Religionis, Castitatis, ac Ultramarino, et Visitationis Liminum Apostolorum, in alia Pia Opera rite commutari possint, ac valeant, concedimus, et elargimur.

§. 9. VI. Prætera, ut iidem Christifideles, non tantum semel, sed bis singulo quoque anno, quo harum gratiarum, seu facultatum summarum sumpserint, tam pro se, quam per modum Suffragii pro Animabus in Purgatorio degentibus, Indulgentias, Concessiones, Gratias, et Indulta prædicta consequi, eisque infra eundem annum bis ut præfertur, uti, et potiri, ac dictorum bonorum spiritualium participes fieri valeant, in Domino pariter concedimus.

§. 10. VII. Ulterius eidem Priori, seu prædicto Presbytero, ut infra, deputato, quod ipse super irregularitate cum his, qui Ecclesiasticis Censuris ligati, Missas, et alia Divina Officia (non tamen in contemptum Clavium) celebraverint, aut aliàs se Divinis immiscuerint, et super alia qualibet Irregularitate ex delicto proveniente; dummodo tamen irregularitas hujusmodi ex quovis homicidio, sive opere, sive consilio, et prava insinuatione perpetrato, aut simonia, vel apostasia a Fide, aut hæresi, vel a mala Ordinum susceptione, seu ex alio delicto scandalum in populo generante, non provenierit; et dummodo quis in irregularitate hujusmodi per sex Menses non insorduerit, cum retentione Beneficiorum forsitan sub ejusmodi irregularitate receptorum, non tamen Curam Animarum annexam habentium, nec Dignitatum in Cathedralibus, et Collegiatis, ne-

ANNO  
1743.

Et commutandi  
Vota simplicia.

VI. Ut accipientes summarum harum gratiarum præmissas Indulgentias et concessionnes bis quolibet Anno lucrantur.

VII. Facultates quoad absolutio-nem ab Irregularitate.



P. O. R. T.  
A. IV.

que Canonicatum in eisdem Cathedralibus Ecclesiis existentium, et fructuum ex eisdem Beneficiis non exceptis perceptorum compositione, in subsidium prædictarum expeditionum impendenda, et infamiae, ac inhabilitatis exinde provenientis abolitione, et executione Ordinum, non male susceptorum, dispensare;

VIII. Nobiles, et qualificatae personae Missam ante lucem, et post meridiem celebrari facere possunt.

§. 11. VIII. Item quod cum personis nobilibus, et quæ, juxta ipsius Prioris, seu Presbyteri, ut infra, deputandi prædicti, arbitrium, qualificatae fuerint, ut Missas per horam ante lucem, ac per horam post Meridiem audire, et celebrari facere valeant, indulgere:

IX. Facultas componendi cum Beneficiatis super fructibus restituentis Compositiones quomodo erogandæ.

§. 12. IX. Quodque illos Clericos, seu Presbyteros, qui ad restitutionem fructuum Beneficiorum simplicium tantum, non tamen personalem residentiam requirentium, neque Curam Animarum annexam habentium, ex omissione recitationis Horarum Canoniarum, tenebuntur, ad congruam compositionem super eisdem fructibus dictæ restitutioni subjectis, erogandam pro medietate Ecclesiis, vel aliis locis, quarum, vel quorum ratione Horas prædictas recitare debent, et pro altera medietate in causam expeditionum hujusmodi, admittere;

X. De injuste acquisitis, seu ablatis.

§. 13. X. Et insuper quod super injuste ablatis, seu acquisitis, quando domini, quibus restitutio facienda esset, post debitam diligentiam pro iisdem inveniendis adhibitam, reperiri non possunt, et præstito per debitores juramento de hujusmodi diligentia per eos facta, competenter componere, ita ut Debitores pro foro Conscientiæ liberari possint, dummodo tamen iidem Debitores in confidentiam, et sub spe hujus compositionis illa non abstulerint, seu acquisierint, et ita ut hujusmodi compositio erogari in subventionem prædictarum expeditionum debeat, libere, et licite possit, et valeat, auctoritate Apostolica facultatem tribuimus, et impartimur.

Commisarius pro

§. 14. Demum ut præsentis Literæ suum plenum sortiantur effectum, et Facultates, Concessionem,

Concessionones, Indulta, Elargitiones et Indulgentiæ, aliaque præmissa, debitæ executioni demandentur, ac ex eis prædicta Militia conveniens, et in causam expeditionum hujusmodi omnino, ut præfertur, convertendum emolumentum percipere valeat, nunc, et tempore dicti sexennii existens prædictæ Militiæ Magnus Magister, (cui Nos necessarias, et opportunas ad infrascriptam nominationem libere, ut infra, exercendam facultates earundem tenore præsentium tribuimus,) Priorem Conventus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Militiæ existentis, seu, quatenus ipse Magnus Magister ex rationabilibus causis magis convenire putaverit, aliquem ex Presbyteris Conventualibus dictæ Militiæ nominare curabit; Et, si durante prædicto sexennio nominationem per eum factam, etiam rationabilibus causis urgentibus, variare duxerit, alterum ex Priore, seu Presbyteris Conventualibus prædictis iterum nominabit; Nos enim ex nunc personam per eum prima, aut secunda vice, ut præfertur prædictam, et successive Literis Apostolicis sub Anulo Piscatoris in forma Brevis super hujusmodi nominationis confirmatione, toties, quoties nominari contigerit, desuper expediendis, munendam, in præcipuum Executorem, seu Commissarium earundem præsentium; Itaut ipsa persona hujusmodi dictas præsentis, etiam in vernaculam Linguam convertere, seu in Compendium, convenienti addito proœmio, reducere, illasque, et in eis contenta prædicta, aut compendium hujusmodi, in quibuslibet dictarum duarum Insularum, illarumque adjacentium locis, ubi magis libuerit, viva voce, seu scriptis, aut typis impressis exemplis, publicare, et enunciare, ac Eleemosynas in Causam expeditionum hujusmodi, ut præfertur, contribundas ad sui arbitrium, juxta opes, et facultates, ac qualitates personarum contribuentium, determinare, et definire: Atque omnia, et singula alia, quæ faciliori, et expeditiori executioni earundem

Annō  
1743.  
executio-  
ne a M.  
Magistro  
deputan-  
dus, et a  
S. Sede  
confir-  
mandus.  
  
Ejusdem  
Commiss-  
arii facul-  
tates.

POST.  
A. IV.

præsentium conferre visa fuerint, peragere; ac ulterius Depositarium, Ratiocinatorem, aliosque similes Officiales, de consilio tamen, ac consensu Magni Magistri pro tempore designandos, seligere quoque possit, et valeat, eadem Apostolica auctoritate constituimus, et deputamus.

Deroga-  
tur con-  
trariis.

§. 15. Non obstantibus Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibusque Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis suspensionibus, seu limitationibus similium concessionum, et facultatum per Nos, et Sedem prædictam quomolibet factis, necnon dictæ Militiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus Capitularibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis eidem Militiæ, ejusque Magno Magistro, necnon etiam Conventui, et Fratribus Militibus, ac quibusvis illorum personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis Clausulis, ac etiam irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, et habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores eisdem præsentibus etiam pro plene, et sufficienter expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 16. Volumus autem, quod omnes, et quæcumque Eleemosynæ in causam expeditionum hujusmodi quancumque, quomodocumque, ac a quibusvis personis contribuendæ, in supra expressam causam tantum impendantur, et non in alios etiam pios usus, sub pœna caducitatis, et cassationis omnium, et singulorum Privilegiorum, ac Concessionum prædictorum, distrahantur, ac convertantur.

§. 17. Præterea etiam volumus, quod earumdem præsentium transumptis, etiam typis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et Sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, et extra illud, adhibeatur, ac si illæ exhibitæ forent, vel ostensæ.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, elargitionis, indulti, impartitionis, constitutionis, deputacionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIII. xvii. Kalendarum Januarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

ANNO  
1743.  
Eleemo-  
synæ in  
usum ex-  
peditio-  
num tan-  
tum ero-  
gandæ.

Fides  
præstan-  
da tran-  
sumptis.

Sanctio  
pœnalis.

Dat. die  
16. Dec.  
1743.

*Expedit. per Officium Min. Gratiæ.*



PONT.  
A. IV.

LXXXVII.

## DECRETA

De Ritibus Græcorum Melchitarum Patriarchatus Antiocheni; de jurisdictione Patriarchæ, et Episcoporum ejusdem Nationis; deque Monachorum, et Monialium disciplina, in unum collecta promulgantur.

*Venerabilibus Fratribus, Patriarchæ Antiocheno Græcorum Melchitarum, et omnibus ejusdem Ritus Catholicis Episcopis, eidem Patriarchæ subjectis,*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

Pontificis  
cura de  
statu  
omnium  
Ecclesiarum.

**D**EMANDATAM cœlitus humilitati Nostræ omnium Ecclesiarum curam subeuntes, sub ipsum initium Pontificatus Nostri, per encyclicas Literas datas die 3. Decemb. anni 1740. ad Venerabiles Fratres, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos per univrsam terrarum Orbem regentes Ecclesiam Dei, inter cæteros animi nostri sensus, quos illis manifestos esse voluimus, eosdem etiam omnes hortati sumus, ut quibuscumque in rebus, ad Catholicæ Fidei, disciplinæque conservacionem et incrementum pertinentibus, Nostram atque hujus S. Sedis auctoritatem et opem sibi, suisque Ecclesiis necessariam esse contingeret, de iis ad Nos cum omni fiducia referre non dubitarent; atque omnibus illis ea adjumenta polliciti sumus, quæ ab Apostolica suprema Potestate Nobis concredita, et ab ea sollicitudine, quæ nostrum Pastorale decet officium, inferiorum Ecclesiarum Prælati

afferri maxime convenit. Hæc autem a Nobis universo Episcoporum cœtui publice promissa cum semper huc usque omni cura, et vigilantia, in mediis etiam difficillimorum temporum perturbationibus, Domino vires subministrante, effectu complere studuerimus; atque iis omnibus, qui hortationibus nostris excitati, de suis, suarumque Ecclesiarum rebus ad nos adierunt, ea omnia præstiterimus quæ tum ad propriam ipsorum, tum ad animarum ipsis subditarum incolumitatem, atque utilitatem conducere iudicavimus; Minime quidem negligendum esse censuimus recursum, quem de rebus non parvi momenti, aliàs ad fel. record. Prædecessores Nostros Benedictum XIII. et Clementem XII. et nuper ad nos ipsos habuerat Ven. Frater Cyrillus Patriarcha Antiochenus; qui ardenti zelò erga Fidei, et disciplinæ puritatem, atque animarum salutem impulsus, pro quo etiam illustres labores exantlasse; et magna pericula adiisse dignoscitur, complura dubia in suæ, aliarumque Ecclesiarum sibi subjectarum regimine incidentia, et varia postulata de rebus, suâ sententiâ, sibi opportunis, ad hujus Apostolicæ Sedis iudicium, more Majorum detulerat; ut suprema Romani Pontificis auctoritate, et omnis dubitationum ambiguitas, errorumque tolleretur occasio, et Ecclesiastici regiminis ordo, ac tranquillitas, in iis regionibus, ad Populorum salutem providis legibus assereretur.

§. I. Itaque laudabili, iustoque illius desiderio obsecundare, ejusdemque iteratis precibus, quantum opportune fieri posset, satisfacere cupientes, totam rerum summam longo intervallo jacentem resumpsimus, eamque per nosmetipsos examinare, atque accurate definire volentes, summo studio, ac diligentia prædicta Dubia, et Postulata singulatim perpendimus; adhibitisque in consilium nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostri S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, et ex eo cœtu delectis, qui Propagandæ Fidei negotiis præsent, tum etiam aliquibus

Dubia,  
et postu-  
lata a Pa-  
triarcha  
Antioche-  
no ad S.  
Sedem re-  
feruntur.

Pontifex  
ea expen-  
dit cum  
concilio  
etc. et, ut  
infra, de-  
cernit.

**PONT.** ex Clero Sæculari, et Regulari gravibus Viris,  
**A. IV.** ac Theologica, et Canonica facultate præstantibus, quos omnes coram Nobis semel, bis, tertio de prædictis rebus sententias suas aperire mandavimus; ea tandem decernere, atque sancire statuimus, quæ per has Literas Nostras, Vobis, Venerabiles Fratres, per universum Antiochiæ Patriarchatum, Orthodoxis Græco-Melchitarum Ecclesiarum Episcopis, tenenda, atque observanda, Apostolica auctoritate declaramus: maximam de vobis omnibus in Domino fiduciam habentes, fore, ut Paternæ Nostræ erga Vos charitati, ac studiosæ de rebus vestris sollicitudini, integra, promptaque, ut par est, obedientia, atque observantia respondeatis.

**Quæsitio-** §. 2. Porro ex dubiis, et postulatis a præ-  
**rum par-** laudato Ven. Fratre Cyrillo Patriarcha propo-  
**titio.** sitis, aliqua pertinent ad conservationem Rituum, et Morum Ecclesiæ Græcæ, tum universorum in genere, tum eorum in specie, qui ad jejuniorum observantiam, et Sacrosancti Missæ Sacrificii celebrationem attinent; Alia versantur circa Jurisdictionem ejusdem Patriarchæ, et Episcoporum ei subjectorum, quam hinc ab Episcopis Maronitis, hinc vero a Missionariis Latinis perturbari asseritur: Nonnulla denique spectant ad Monachorum disciplinam, eorumque legitimam Superioribus subjectionem; tum etiam ad Religiosarum Fœminarum vivendi Regulam, earumque regimen, et tutelam.

**Nihil in-** §. 3. De Ritibus igitur, et moribus Ecclesiæ  
**novari ju-** Græcæ illud imprimis generatim statuendum  
**bet circa** decrevimus, nemini licuisse, aut licere, quovis  
**RitusEcc.** titulo, et colore, et quacumque auctoritate, aut  
**Græcæ in** dignitate, etiamsi Patriarchali, aut Episcopali  
**genere.** præfulgeat, quidquam innovare, aut aliquid  
 introducere, quod integram, exactamque eorumdem observationem imminuat. Hinc est, quod Euthymii olim Archiepiscopi Tyri, et Sidonis, Viri alioquin Catholici, rei que Christianæ propagandæ studiosissimi, factum, aliàs ab hac Sede Apostolica de anno 1716. improbatum,

**Innova-**  
**tionem ab**  
**Archiep.**  
**Tyri in-**  
**ductas re-**  
**probat.**

iterum cogimur reprobare; inductamque ab eo, auctoritate propria, inconsultoque Romano Pontifice, nonnullarum Ecclesiæ Græcæ consuetudinum immutationem, revocamus, atque irritam fuisse, et esse decernimus; omnesque imposterum, et singulos Ecclesiæ Græcæ Ritus, et mores a Patribus traditos omnino servari mandamus; specialiter injungentes Ven. Fratri Patriarchæ Antiocheno, ut eorum conservationi diligenter invigilet, ac provideat, ne ulla novitas (unde confusionis, ut plurimum, et scandali occasio) in ipsis introducatur: Permittentes solummodo eidem Patriarchæ, et Episcopis Catholicis in propriis Diœcesibus facultatem corrigendi, atque extirpandi abusus, si quos, aut errore vulgi, aut schismaticorum dolo, sive sæculi vitio inter eos irrepsisse compererint; vel etiam aliqua peculiaria pietatis exercitia admittendi, ac probandi, si quæ ad promovendam Fidelium religionem apta, et proficua prudenter in Domino judicaverint.

§. 4. Huic autem sanctioni generaliter a Nobis prolatae consentaneum est, ut illæ consuetudines in specie, quæ aliquam mutationem, aut detrimentum subiisse feruntur, in pristinum vigorem reducantur, et restituantur.

§. 5. Cum itaque prædictus Cyrillus Patriarcha Antiochenus in quodam Episcoporum consessu de anno 1736. in Monte Libano habito, supra enunciati Euthymii Archiepiscopi exemplum aliqua ex parte sequendum sibi esse duxerit; ignorans vero, ut asseritur, Apostolicæ Sedis Decreta, quæ ad ipsius petitionem anno 1732. prodierant, (et quorum quidem executionem, ab eodem in accipienda suæ Dignitatis confirmatione in genere promissam, pro illius perspecta vitæ, officiique religione, et constanti in hanc Sanctam Sedem observantia, nunquam eum scienter prætermisurum fuisse, in animum inducimus); non solum sibi licere, sed etiam expedire putaverit, receptam Ecclesiæ Græcæ disciplinam circa jejunia immutare: Conside-

ANNO  
1743.

Patriarchæ injungit, ut pro receptorum consuetudinum observantia invigilet.

Salva ejusdem, et Episcoporum auctoritate quoad indifferentia.

De aliis quibus Ritibus in specie.

De disciplina jejunii perperam immutata



PONT.  
A. IV.

Absti-  
nentia  
Græcis  
servari  
solita.

Earum  
reductio  
a Patriar-  
cha atten-  
tata.

Factum  
Patriar-  
chæ an-  
nullatur:  
vetus ob-  
servantia  
constabi-  
latur.

Confir-  
mantur  
aliæ absti-  
nentia  
Græco-  
rum per  
annum.

rans nempe inopiam complurium suorum subditorum Græco-Melchitarum, desertos Arabum pagos incolentium, ubi ciborum Quadragesimalium maxima est penuria; magnam insuper severitatem, ac diuturnitatem abstinentiarum, quæ in Ecclesia Græca observantur; ubi nimirum, præter jejunium Quadragesimæ, quod in tota Ecclesia Paschalibus Resurrectionis Domini Festis Apostolica institutione præmittitur, similis etiam quadraginta dierum abstinentia Natalitiæ Christi solemnitati præcedit, tum alia quatuordecim dierum ante Festum Assumptionis B. Mariæ Virginis observatur; et alia demum ante Festum Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, totidem dies complectens, quot a Feria secunda post octavam Pentecostes ad eorundem Apostolorum Festum intereurrunt; Perpendens etiam relaxationem disciplinæ, quæ per Euthymii decreta jam apud illas Gentes invaluerat, difficile posse ad veterem rigorem revocari: super tribus hujusmodi abstinentiis postremo loco recensitis, quo ad omnes Incolas Pagorum Montanorum, perpetuo dispensans, eas coarctaverit singulas ad unum diem immediate præcedentem enunciatas solemnitates Natalis Christi, Assumptionis B. Mariæ Virginis, et Martyrium SS. Apostolorum Petri, et Pauli.

§. 6. Nos hujusmodi innovationem, et abstinentiarum relaxationem, et coarctationem, in animium detrimentum veteris Græcarum Ecclesiarum disciplinæ vergere judicantes, licet alioquin, deficiente auctoritate Apostolicæ Sedis; nullius roboris esse dignoscantur, eas tamen auctoritate Nostra expresse revocamus, et nullum effectum imposterum habere, neque ulla-tenus executioni mandari; sed omnia in pristinum restitui debere, jubemus. Atque insuper in toto tractu Patriarchatus Antiocheni laudabilem consuetudinem a Majoribus derivatam, abstinendi etiam qualibet Feria quarta, et sexta per annum ab esu piscium, quæ ab aliis quo-

que finitimis Populis ejusdem Græci Ritus exacte custoditur, indistincte servari præcipimus.

ANNO  
1743.

§. 7. Et nihilominus Decreta Congregationis Particularis de Propaganda Fide aliàs die 22. Januarii anni 1732. de ejusmodi rebus edita, et a prædicto Patriarcha, ut asseritur, ignorata, renovantes, ac Paterno animo commiserantes egestatem Fidelium Incolarum Libani, et Anti-Libani, et inopiam ciborum Quadragesimalium, quæ in plerisque locis illius tractus adesse fertur, ob quam sæpe accidit, ut carnibus, et lacticiniis necessario vesci debeant; indulgendo statuimus, ut illæsa remanente etiam quoad illos generali lege de jejuniis, et abstinentiis, a qua nemini liceat dispensationem in genere concedere, si tamen aliquando vera, et gravis necessitas urgeat dispensandi cum aliquo cœtu, seu Communitate, facultatem concedimus Ven. Fratri Patriarchæ Antiocheno, ut in singulos tantum annos, quibus eam necessitatem persistere cognoverit, et non aliter nec alio modo, hujusmodi dispensationem singulis præfatis Communitatibus concedere possit: Non omissis interim debitis cautionibus, per quas veterum Rituum neglectui, et oblivioni sensim irrepenti occurri posse, pro suo arbitrio, et prudentia existimaverit.

Facultas  
Patriarchæ conceditur dispensandicnm  
singulis universitatibus in casibus particulariibus.

§. 8. Simili modo nullam innovationem fieri debere decrevimus in eo, quod respicit celebrationem Sacrosancti Missæ Sacrificii, quod unicum in singulos dies super quolibet Altari offerri, veterum Sanctorum Ecclesiæ Græcæ Patrum præcepto, et consuetudine traditum est; proptereaque minime indulgendum censuimus petitioni per eundem Patriarcham Nobis porrectæ, qua postulaverat, ut ad satisfaciendum pietati Sacerdotum, et multiplicibus Fidelium Oblationibus, prædictum Rituum antiquitate commendatum immutari permitteremus, et in Ecclesiis Libani, et Anti-Libani plures Missas eodem die super eodem Altari offerendi Sacerdotibus fieret potestas; ac præterea in Feriis

Unica  
Missæ singulis diebus super quolibet Altari celebranda.

**PONT.** Quadragesimæ (quo tempore, exceptis diebus  
**A. IV.** Sabbati, et Dominicæ, nonnisi Præsantificato-  
 In Qua- rum Missa in Græcis Ecclesiis celebratur) inte-  
 dragesima grum Sacrificium peragendi facultatem conce-  
 veroMissa deremus. Quibus de rebus veteres Ecclesiæ Græcæ  
 dumtaxat Rubricas omnino servari, earumque executio-  
 Præsantificato- nem Sacerdotibus inculcari mandamus; elimi-  
 nati tamen ab opinione vulgi inepta credulitate,  
 rum. qua nonnulli arbitrari dicuntur, Sacerdotem

**Falsa** utentem indumentis, et supellectilibus, quibus  
**vulgi opi-** nio corri- alius Sacerdos eodem die usus est, jejunii obser-  
**genda.** vantiam infringere.

**PluraAl-** §. 9. Permittimus tamen, juxta Decretum la-  
**taria in u-** tum die 31. Martii 1729. ab aliquibus ex Ven.  
**nica Ec-** Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-  
**clesia eri-** dinalibus negotiis Propagandæ Fidei præpositis,  
**gi permit-** ut alia Altaria in loco Ecclesiæ apto erigi pos-  
**tuntur.** sint. Si autem Altarium numerus Celebrantium,

**Et plu-** et Offerentium multitudini non respondeat,  
**res Sacer-** liceat pluribus Sacerdotibus, ubi hujusmodi con-  
**dotes si-** suetudo viget, super eodem Altari unacum Epi-  
**mul Mis-** scopo, vel alio Sacerdote Sacrificium peragente,  
**sam cele-** concelebrare; ita tamen, ut sacris vestibus  
**brare.** more Celebrantium induti, unusquisque totam  
 Liturgiam integre recitet, et verba Consecratio-  
 nis proferat, perinde ac si Sacrosanctum Sacri-  
 ficiū singulatim conficerent.

**De appli-** §. 10. Hujusmodi autem Sacrificium singuli  
**catione Sa-** Sacerdotes juxta mentem eorum, qui volunta-  
**crificii.** rias oblationes exhibent, licite valeant applica-  
 care. Quod si secundæ, et posteriores Oblationes  
 pro ejusdem Sacrificii applicatione superaddan-  
 tur, Sacerdos, qui eas receperit, semper teneatur  
 monere Fideles posteriore loco offerentes, de  
 aliis oblationibus ad eundem finem acceptis; et  
 nisi iidem Offerentes unica Missæ celebratione se  
 voti compotes fore declarent, sciat se unico Sacri-  
 ficio plurium voluntati minime satisfacturum. Eo-  
**Particu-** rum vero mentem, qui pro Sacrificio obtulerunt,  
**larum ad-** nunquam a Sacerdotibus impletum iri declara-  
**jectio,** mus per solam adjectionem Particularum, et  
**cum com-** mem. ante commemorationem, quæ in Panis præparatione

ante Missæ Sacrificium fieri solet : cum omnino necessaria sit integra concelebratio ; nisi de eorumdem Offerentium voluntate aliter fiat.

§. 11. Ut autem a Sacerdotibus Græco-Melchitis in Sacris Mysteriis peragendis , una et eadem cæremoniarum ratio , iidemque Ritus serventur , et ne aliqua sensim in iisdem obrepit difformitas , mandavimus Typis Congregationis de Propaganda Fide imprimi Missale ad usum illorum Ecclesiæ , juxta Rubricas remotissima antiquitate firmatas ; quod , absoluta editione sacrorum Librorum Ritus Coptici , qui sub prælo sunt , incessanter impleri curabimus.

§. 12. Quod vero attinet ad prædictorum Venerabilium Fratrum , Patriarchæ Antiocheni , et Episcoporum Græco-Melchitarum Jurisdictionem , cujus conservatio magnopere Nobis cordi esse debet ; non sine magno animi Nostri dolore accepimus , nonnullos Episcopos Maronitas , prædictorum jura sibi asserentes , in illorum subditos Jurisdictionem sibi neutiquam competentem sæpe , ut asseritur , exercuisse ; absolvendo eos , qui Ecclesiasticis Censuris a propriis Pastoribus innodati fuerant ; dispensationes Matrimoniales concedendo in gradibus , et circumstantiis a Ritibus Græcis minime permissis ; dispensando etiam cum Monachis Græco-Melchitis super Votis Religionis ; subditos denique Antiocheni Patriarchæ ad Maroniticum Ritus amplectendum variis artibus attrahendo. Quæ omnia , et singula a dictis Episcopis , ut fertur , peracta , jam per se nulla , et Pontificio , Canonicoque jure damnata , ne , in alienæ Jurisdictionis perturbationem , et simulatum , ac discordiarum fomentum , iterum renovari contingat , suprema , quam Jesus Christus Princeps Pastorum Beato Petro Apostolo , Nobisque hujus Successoribus , in Ecclesia Catholica tribuit potestate , omnibus , et singulis Maronitarum Episcopis , ipsique Patriarchæ Nationis Maronitarum , eorumque Successoribus in perpetuum , in virtute sanctæ obedientiæ , quatenus Nobis exposita veritate

ANNO  
1743.

Missam ,  
Sacrificii  
rationem  
habere ne-  
quit.

In Litu-  
gia unifor-  
mitas ser-  
vanda.

De juris-  
dictione  
Melchita-  
rum mul-  
tis modis  
a Maroni-  
tis tur-  
bata.

Quibus  
præcipi-  
tur , ut ab  
hujusmo-  
di absi-  
neant.

**POHT.** nitantur, præcipimus, ut ab hujusmodi impos-  
**A. IV.** terum abstineant; inhibentes præterea, ne quo-  
 cumque prætextu aut obtenu, rebus spirituali-  
 bus Nationis Græco-Melchitarum, in iis, quæ  
 spectant ad Jurisdictionem, et auctoritatem  
 illius Patriarchæ, Episcoporum, et Parochorum,  
 se ingerere audeant, aut eorum subditis transi-  
 tum a Græco ad Maroniticum Ritus suadere,  
 vel eos, qui sponte transire vellent, nisi forte  
 peculiare Romani Pontificis licentia interveni-  
 ret, acceptare præsumant.

**Item Mis-** §. 13. Et quoniam intelleximus sæpeditum  
**sionariis** Patriarcham Antiochenum, eique subjectos Epi-  
**Latinisne** scopos, vereri, ne Missionarii Latini, quos in  
**prædicto-** eorumdem adjutorium et levamen, Apostolica  
**rum juris-** Sedes in eas regiones mittere, nec sine gravi  
**ditionem** incommodo, magnisque sumptibus illic susten-  
**pertur-** tare consuevit, utendo facultatibus sibi conces-  
**hent.** sis, eorum Jurisdictioni præjudicium inferant,  
 et numerum subditorum imminuant, volentes  
 etiam in hac parte eorumdem indemnitati con-  
 sulere, ac libere propriæ auctoritatis exercitio  
 prospicere, statuimus primo, et declaramus,  
 licere tantummodo Fratribus Ordinis Minorum

**Soli Mi-** Sancti Francisci Custodiæ Terræ Sanctæ, Paro-  
**noritæcu-** chialia munia obire circa Græcos Melchitas,  
**ram ani-** eisque Sacramenta administrare, in iis locorum  
**marum** et temporum circumstantiis, quibus omnino  
**exerceant** deficiat modus habendi Parochum, aut alium  
**in absen-** Antistitem Græci Ritus: Quo casu prædicti Fra-  
**tia Paro-** tres emolumenta legitimo jure debita percipere  
**chi Græci** licite valeant, et a jurisdictione Antiocheni  
 Patriarchæ nullatenus ipsi dependeant; sed huic  
 dumtaxat petenti teneantur singulis annis notu-  
 lam tradere Animarum Græci Ritus in ea Civi-  
 tate, seu loco existentium, utpote quæ in reli-  
 quis eidem Patriarchæ omnino subesse intelli-  
 gantur. Curet autem Patriarcha pro sui mune-  
 ris implemento, ut ubicumque opus fuerit,  
 Catholici Parochi copia suppetat, a quo præfati  
 Græco-Melchitæ Sacramenta Græco Ritu recipere  
 queant.

§. 14. Sacramentum vero Confirmationis a ANNO  
 Patre Guardiano Terræ Sanctæ, in Civitate 1743.  
 Hierosolymitana, et in iis locis, ubi Episcopus Guardia-  
 Græcus Catholicus jure suo, et in propria nus Terræ  
 Dicesi non resideat, conferri posse Sanctæ *sub conditione*  
 Græcis a simplici Sacerdote confirmatis, ac Confir-  
 sponte ab eodem confirmari petentibus. Ubi mationem  
 vero sit Episcopus Catholicus residens, hujus- Græcis  
 modi Sacramentum non conferat, nisi de ejus- ministret  
 dem Episcopi consensu; eo autem dissentiente, dumtaxat  
 absteineat. in absentia Epi-

§. 15. Prætera omnibus, et singulis Melchi- scopi  
 tis Catholicis Græcum Riturum servantibus, ad Græci.  
 Latinum Riturum transire deinceps expresse veta- Græci  
 mus. Missionariis vero omnibus districte manda- ad Lati-  
 mus, sub pœnis etiam infra exprimendis, aliis- num Ri-  
 que arbitrio Nostro decernendis, ne cuiquam tum non  
 ex illis hujusmodi transitum a Græco ad Lati- attrahe-  
 num Riturum suadere præsumant, aut etiam di.  
 cupientibus, inconsulta Apostolica Sede, per-  
 mittant.

§. 16. De iis autem, quos *Latinizantes* appel- Latini-  
 lant, nimirum, qui a Græcis Parentibus proge- zantes se-  
 niti, deficientibus Græcis Sacerdotibus, Latino mel pro-  
 Ritu a Latinis ad hunc diem baptizati fuerunt, fiteri de-  
 eumque Riturum hactenus tenuerunt: quorum beant quo  
 magnus numerus Damasci inveniri perhibetur, Ritu vi-  
 neque satis hucusque definitum fuit, cui potis- line.  
 simum Ritui addicti esse deberent: statuimus,  
 et declaramus, ut coram Persona a Nobis de-  
 putanda semel profiteri debeant in quo Ritu  
 vivere malint; in eoque imposterum, omni  
 variandi facultate adempta, perseverare te-  
 neantur.

§. 17. Filii vero, qui ab hujusmodi Parentibus Eorum  
 post emissam ab illis prædictam declarationem Filii Pa-  
 nascentur; necnon ii, qui jam nati sunt, sed rentum  
 nondum ad usum rationis pervenerunt; sequan- Riturum se-  
 tur conditionem Parentum, si Conjuges unum quantur.  
 eumdemque Riturum elegerint; sin minus, Patris  
 Riturum sequantur.

§. 18. Cæterum si quos imposterum Græcos, GræciLa-

**PONT.** necessitate cogente, ob defectum Parochi Catho-  
**A. IV.** lici Ritus Græci, Baptismum, aut alia Sacra-  
 menta a Latino Presbytero recipere eveniat;  
 in post. illi non ideo censendi erunt Latinum Ritu-  
 rum ha- suscepisse; sed, omni dubitatione sublata, Ritu-  
 ptizati, Græcum, in quo orti sunt, observare teneantur.  
 Græcum Et eum quidem, durante prædicta necessitate,  
 Ritu- in omnibus rebus, quibus possunt, et præcipue  
 vare te- in jejuniorum observatione, retineant; in reli-  
 neantur. quis vero integre resumant, et prosequantur,  
 statim ac Episcopus, aut Parochus Græcus su-  
 pervenerit.

**Dissen-** §. 19. Ad præcidendas denique controversias  
**siones su-** omnes, quæ super hujusmodi quæstionibus oriri  
**per præ-** solent, etiam inter ipsos Missionarios, propter  
**missis in-** diversas eorum sententias, atque doctrinas; ut-  
**ter Mis-** que omnis contentio inter Fideles inde proma-  
**sionarios** nans penitus extinguatur; expresse præcipimus  
**extinguen-** Missionariis cujuscumque Ordinis, et Instituti,  
**dæ.** etiam Societatis Jesu, ut solliciti sint super his  
 omnibus servare unitatem spiritus, et doctrinæ:  
 quod quidem, nostris hisce decretis, aliisque  
 de Ritibus Græcorum in partibus Orientalibus  
 observandis aliàs a Sede Apostolica editis, fide-  
 liter obtemperantes, facile consequentur. Cu-  
 rent præterea, ut omnia laudabilia Ecclesiæ  
 Græcæ instituta ab antiqua Patrum traditione  
 derivata, et Apostolica comprobatione firmata,  
 in suo vigore permaneant, atque a Fidelibus  
 istius Nationis integre executioni tradantur;  
 neque aliquid iisdem suggerere, aut suadere  
 audeant, quod illorum contemptum, atque im-  
 minutionem inducere possit; multoque minus  
 auctoritate propria aliquid circa illa innovare,  
 aut etiam super iisdem aliquam dispensationem  
 concedere, vel admittere præsumant. Alioquin,  
 præter districtam, quam Deo, Nobis, suisque  
 Superioribus (quos de urgenda hujus Decreti  
 observantia peculiariter oneramus) rationem  
 reddent, sciant se harum Literarum vigore  
 tur, sub privationem vocis activæ, et passivæ, et inha-  
 pœnis etc. bilitationem ad quemcumque gradum, et offi-

**Eisdem**  
**commen-**  
**datur con-**  
**servatio**  
**Rituum**  
**Ecclesiæ**  
**Græcæ.**

**Ea inno-**  
**vationes,**  
**ac dispen-**  
**sationes**  
**super illis**  
**inhiben-**  
**tur, sub**  
**pœnis etc.**

cium in suis respective Ordinibus, Institutis, et Congregationibus, ipso facto incururos. ANNO  
1743.

§. 20. Demum quod attinet ad Regularem Monachorum disciplinam, decernimus, ut Monachi utriusque Congregationis sub invocatione respectivi Sanctissimi Salvatoris, et Sancti Joannis, observent regulam genuinam Sancti Basilii, eis tradendam a Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus negotiis Propagandæ Fidei præpositis: Abstineantque ab esu carniū in sensu prædictæ Regulæ. Utriusque autem supradictæ Congregationis, sive alterius cujuscumque Instituti Monachos immediate subesse jubemus Episcopis Ordinariis Catholicis, et mediate Patriarchæ pariter Catholico. At in Diocesisibus, in quibus non est Catholicus Antistes, Patriarchæ Catholico immediate subjaceant.

§. 21 Nullius vero generis Libros, aut folia, sine prævia approbatione, et licentia Episcopi Diocesani, et Patriarchæ prædictorum edere possint; atque insuper nullum de rebus sacris Librum, aut folium publici juris faciant, inconsulta Sede Apostolica. Quod si novas Librorum sacrorum ab eadem Sancta Sede jam probatorum Editiones fieri contingat; onus erit Patriarchæ, et Episcoporum Catholicorum, inspicere, ne ulla in re discordent ab Editionibus approbatis.

§. 22. Monasterium porro Monialium in Kesruano erectum a Græco-Melchitis, pro Puellis suæ nationis, et Ritus, ante omnia declaramus eidem Græco-Melchitarum Nationi jure proprietatis acquisitum esse; ita ut Puellæ alterius juscumque Ritus, et Nationis nullatenus de causa in eodem deinceps admitti possint; sublata cuicumque, etiam Patriarchæ, atque Episcopis, super hoc dispensandi facultate.

§. 23. Insuper prædictum Monasterium, et Moniales sub protectione Sanctæ Sedis Apostolicæ, et Congregationis de Propaganda Fide

Præsertim quoad Librorum editiones.

Monasterium Monialium in Kesruano, quod solis Puellis Græco-Melchitis pateat.

Ejus gubernium ad mona-



PONT. recipimus; illius vero, seu illarum regimen;  
 A. IV. tum spirituale, tum temporale, ad Monachos  
 chos S. Congregationis Sancti Joannis de Soriano spe-  
 Joannis ctare decernimus, cum immediata subjectione  
 pertinent, Episcopo Ordinario, et mediata Patriarchæ Græ-  
 sub juris- co-Melchitarum Antiocheno; qui etiam imme-  
 dictione diatam super eo, et illis auctoritatem acquirere  
 Ordinarii, debeat, quotiescumque futuris temporibus non  
 tanquam adesset Episcopus Orthodoxus illius Sedis: Qua-  
 Sedis Apo- tenus vero (quod Deus avertat) neuter esset  
 stolicæ De- legati etc. Catholicus, per id tantum temporis, et donec  
 legati etc. alteruter Catholicus supervenerit, prædictum  
 Monasterium immediate subjaceat Abbati Gene-  
 rali præfatæ Congregationis Sancti Joannis, tam-  
 quam Delegato Sedis Apostolicæ.

De ejus- §. 24. Confessarius Ordinarius Monialium præ-  
 dem Con- dicti Monasterii sit Monachus professus dictæ  
 fessariis Congregationis Sancti Joannis, quem scientiæ,  
 ordina- pietatis, ac prudentiæ commendatione ab ip-  
 riis, et sius Abbate Generali delectum, et præsentatum,  
 extraordi- Episcopus Diocæsanus probaverit: Idemque  
 nariis. statuimus de Confessario extraordinario, quem  
 idem Abbas Generalis ter in Anno, et quando-  
 cumque necessitas urgeat, ad audiendas dicta-  
 rum Monialium Confessiones valeat deputare.  
 Facta insuper prædicto Episcopo potestate, qua-  
 tenus id expedire putaverit, alium quemcumque  
 Sacerdotem Regularem, etiam alterius Instituti,  
 et Ritus Latini, vel etiam sæcularem ejusdem  
 Ritus, in Confessarium extraordinarium dictis  
 Monialibus deputandi.

Regula §. 25. Non aliam vero Regulam a prædictis  
 similiter Monialibus servandam statuimus, quam genui-  
 S. Basilii nam illam Sancti Basilii, quam Monachis traden-  
 a Monia- dam, supra significavimus. Cui quidem Regulæ,  
 libus ser- si tam supradicti Monachi, quam mox enunciæ  
 vanda. Moniales, aliquas peculiare Constitutiones ad-  
 Cum fa- dere velint, quæ nec ejusdem Regulæ observan-  
 cultate tiæ, neque Græcis Ritibus adversentur, eas ad  
 condendi Congregationem de Propaganda Fidè prius co-  
 Constitu- gnoscendas, et si opus fuerit corrigendas, Nobis-  
 tiones a S. que auctoritate Apostolica confirmandas exhi-  
 Sede ap- bere teneantur.  
 proban- das.

§. 26. In omnibus hisce Decretis, Venerabiles Fratres, quæ, prævio maturo examine, ut supra diximus, auditoque consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aliorumque præstantium integritate, ac doctrina Virorum, statuenda, edenda, ac Vobis denuncianda esse judicavimus, minime dubitamus, quin agnoscatis, nihil aliud Nobis propositum fuisse, quam ut et Venerabiles Ecclesiæ Græcæ Ritus, ac mores in suo vigore persistent, et debita Vobis a populis obedientia, vestraque simul in eos auctoritas, et Jurisdictio, sarta tecta servetur. Quorum utrumque ex una, eademque animi, ac judicii æquabilitate profisciscitur; per quam, et varias Ecclesiarum Institutiones et consuetudines justa æstimatione pensantes, unum illud ad animarum salutem omnino necessarium in votis habemus; ut scilicet omnes, qui ubique Terrarum Catholico censentur nomine, unico Fidei, atque unitatis vinculo teneantur: Et supremam hujus S. Sedis auctoritatem, qua super alias Divina institutione præeminet, ad promovendam omnium Ecclesiarum utilitatem solummodo interponentes; de cætero Fraternalitatibus Vestris intacta manere volumus jura omnia, ac privilegia, et liberum Jurisdictionis vestræ exercitium, ad regendas Oves vestræ fidei commissas, easque per semitas mandatorum Dei ad salutis æternæ metam, adjuvante Divina Gratia, dirigendas. Hinc est, quod, et hujusmodi Decreta libenter a Vobis, et cum debita devotione, atque observantia, suscipienda et amplectenda fore confidimus. Et nihilominus auctoritate Nostra Vobis mandamus atque præcipimus, ut ea omnia et singula servetis, et ab aliis, ad quos attinet, executioni mandari, atque exactissime observari curetis. Et Apostolicam Benedictionem Fraternalitatibus Vestris ex animo impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die xxiv. Decembris MDCCXLIII. Pontificatus No-  
stri Anno Quarto.

ANNO  
1743.  
Curâ Pon-  
tificis pro  
conser-  
vanda Ec-  
clesiæ  
Græcæ di-  
ciplina, et  
Episcopo-  
rum au-  
ctoritate.

Præce-  
ptum de  
observan-  
dis præ-  
missis De-  
cretis.

Dat. Die  
24. Dec.  
1743.

PONT.  
A. IV.

## CONSTITUTIO

LXXXVIII. Contra Homicidas a Clemente XII. edita pro Ditione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, extenditur ad loca Domini Reipublicæ Lucanæ, in his quæ pertinent ad Immunitatem personalem, et localem.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Clemens XII. confirmatis Prædecessorum sanctionibus contra Homicidas, statuit, ut infra.

**A**LIAS fel. rec. Clemens PP. XII. Prædecessor Noster per suas sub Plumbo expeditas literas, nempe iv. Cal. Februarii anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXIV. Pontificatus sui Anno Quinto, ad compescenda, et coercenda, atque ab hac Alma Urbe, totaque in temporali S. R. E. Ditione penitus avertenda et eliminanda Homicidia, quæ a viris sanguinum, divini, humaneque juris oblitis, incredibili cum immanitate in dies magis magisque increbrescente, sæpissime patrari, non sine gravissimo paterni animi sui dolore ac mœrore, inaudiverat; Constitutionem, quæ incipit: *In Supremo Justitiæ Solio*, promulgavit, in qua, postquam omnes, et singulas Constitutiones a fel. itidem rec. Pio II. Paulo II. Sixto IV. Julio II. Leone X. Julio III. Pio IV. Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Clemente VIII. Innocentio XI. Innocentio XII. ac Benedicto XIII. et quibusvis aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter Nostri, tunc suis, adversus Homicidas saluberrime editas approbavit, confirmavit, et innovavit, illasque adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætendi, vel allegari potuisset, restituit, et plenarie reintegravit, quas deinceps omnino, et inviolabiliter observari præcepit, et mandavit; in-

ter cætera in eadem Constitutione contenta, hæc præscripta erant, tenoris, qui sequitur.

§. 1. *Et quoniam experimento compertum est, administrationem, ac cursum rectæ, et expeditæ justitiæ, qua Reipublicæ salus præcipue innitur, summopere obturbari, vel ab excessivo numero privilegiatorum, vulgariter Patentati nuncupatorum, vel a minus recta intelligentia privilegiorum concessorum; proinde, salvis, firmisque remanentibus decretis, et resolutionibus, quæ temporibus fel. pariter rec. Urbani PP. VIII. et dictorum Innocentii XI. et Innocentii XII. Prædecessorum, aut aliàs quandocumque ea super re emanarunt, volumus quod privilegium Fori nemini quorumcumque Privilegiatorum hujusmodi, tam in Urbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico prædictis (Officialibus, aliisque privilegiatis a Congregatione pro tempore existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, ac Ministris necessariis actu inservientibus Archiepiscopis, Episcopis, ac Ordinariis prædictis, eorumque Curiis, dumtaxat exceptis) pro crimine Homicidii suffragentur; sed dicti Privilegiati, quatenus Clericali Caractere insigniti, Ecclesiasticæ; et quatenus laici fuerint, sæculari jurisdictioni subjaceant; Reservantes Nobis facultatem declarandi, quinam, et quotquot esse debeant veri Familiæ dictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, et Ordinariorum, ac Officiales necessarii, Curiis Ecclesiasticis verum, et actuale servitium præstantes.*

§. 2. *Insuper quia ex illis etiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique aliis irreprehensibilis, et ab omni culpa, et macula immunis vitæ, ac virtutum exemplo prælucere deberent, aliqui interdum reperiuntur adeo suæ vocationis immemores, ut impellente humani generis hoste, pluribus etiam Homicidiis manus suas cruentare non perhorrescant; Nos perversorum quorumcumque malitiæ obviandum esse, non indulgendum, probe intelligentes; ad istorum quoque frænandam pervica-*

ANNO  
1743.

Privilegiatis non suffragari Privilegium Fori in causis homicidii.

Exceptis Official. et Famil. et Privilegiatis a S. Officio, et ab Ordinariis, eorumque Curiis.

Quorum numerus, et qualitates Summo Pontifici præstiniendæ reservantur

Clericos tonsuratos non Beneficiatos, pro duobus Homicidiis, privilegio Fori, et Canonis priuados

PONT. *ciam, perpetuo itidem statuimus, quod Clericus*  
 A. IV. *primæ Tonsuræ nullum Beneficium Ecclesiasti-*  
*cum obtinens, tametsi condiciones Clericis hujus-*  
*modi a Concilio Tridentino præscriptas servave-*  
*rit, ac servet, pro duobus tamen Homicidiis ani-*  
*mo deliberato ac præmeditato per eum patratís,*  
*privilegio fori, et Canonis, in odium tanti exces-*  
*sus, et ad aliorum terrorem, exuatur, et uti*  
*incorrigibilis, omnino seculari potestati subjiciatur,*  
*ab ea tamquam laicus legitimis pœnis plectendus.*

Clericos *Clericus quoque in minoribus Ordinibus constitu-*  
 in Minor. *tus, nec pariter Beneficiatus, nec præscripta a*  
 non ser- *Concilio Tridentino servans, tam Cœlebs, quam*  
 vantes *conjugatus, in causis Homicidii dicto privilegio*  
 præscri- *fori non gaudeat, eoque privatus remaneat, ne-*  
 pta Conc. *que a proprio Episcopo, seu Ordinario repeti,*  
 Trid. non *minusque habitum Clericalem, quem indigne*  
 gaudere *abjecit, reassumere possit post totaliter expiatam*  
 privilegio *admissi delicti pœnam. Declaratio autem, an reus,*  
 in caus. *ante patratum Homicidium, requisita a Concilio*  
 Homici- *Tridentino servaverit, ad Episcopum, aliumve*  
 dii. *loci Ordinarium omnino spectet, non retardata*

Utrum *interim delinquentis assecuratione, facienda etiam*  
 præscri- *per Judicem laicum nomine Ecclesiæ, qui illum*  
 pta Con- *pariter Ecclesiæ nomine ad illius dispositionem*  
 cil. Trid. *retinere possit, ad debeat, donec dicta declaratio*  
 servave- *prodierit, quacumque diversa, ac etiam contraria*  
 rint, ab *Juris Canonici, et Apostolicarum Constitutionum*  
 Ordinario *dispositione, seu interpretatione, necnon consue-*  
 declarau- *tudine hæud refragante.*  
 dum esse, *§. 3. Porro cum idem Benedictus Prædeces-*  
 non retar- *sor, animadvertens Homicidia hujusmodi suo*  
 data asse- *etiam tempore increbescere, nec minus, quam*  
 curatione *alia facinora in celebri Constitutione d. Gregorii*

Eccle- *XIV. etiam Prædecessoris, quæ incipit Cum*  
 siasticos, *aliàs, recensita, publicæ quieti officere; pro com-*  
 æque ac *missi sibi Apostolici Officii debito, per prædictam*  
 Laicos, *suam Anno Incarnat. Dominicæ MDCCXXV.*  
 Homicidii *sexto Idus Junii, cui initium est: Ex quo Di-*  
 præmedi- *vina, evulgatam Constitutionem, laicos animo*  
 tati Reos, *præmeditato, ac deliberato proximum suum inter-*  
 non gau- *ficientes, ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio*  
 dere Im- *munitate*  
 Ecclesia- *præmeditato, ac deliberato proximum suum inter-*  
 stica. *ficientes, ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio*

excluserit et repulerit, ac pro exclusis atque repulsis haberi voluerit: Nos, ob gliscentem in dies quorundam Ecclesiasticorum nequitiam, qui nulla proprii status habita ratione, non raro in adeo nefarium, detestandumque crimen prolabuntur, ipsorum Gregorii, et Benedicti Prædecessorum Constitutionibus, quas supra confirmavimus, atque innovavimus, inhærentes, et quatenus opus sit, criminum in illis exceptorum Reos immunitate Ecclesiastica nequaquam juvari, iterum decernentes; eandem Benedicti Prædecessoris Constitutionem laicos animo præmeditato, ac deliberato proximum suum, sicut præmittitur, interficientes a beneficio Immunitatis Ecclesiasticæ excludentem, ad ipsos Ecclesiasticos cujuscumque gradus, et Ordinis existant, in Urbe, ac universa ditione Nobis, et Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subjecta, Homicidium animo similiter præmeditato ac deliberato patrantes, extendimus quoque, et ampliamus, dummodo tamen causa admissi per eos Homicidii ab illorum Judice Ecclesiastico competente cognoscatur, et ab eo, si rei reperti fuerint, citra pœnam sanguinis, ad præscriptum Sacrorum Canonum, condigna puniantur animadversione.

ANNO  
1744.

Ab Ec-  
clesiasti-  
clesiasti-  
clesiastico  
Judice Ec-  
clesiastico  
competente  
cognoscatur,  
et ab eo, si  
rei reperti  
fuerint, citra  
pœnam sangui-  
nis, ad præ-  
scriptum Sacro-  
rum Canonum,  
condigna puni-  
antur  
animadversione.  
et punien-  
dos esse.

§. 4. Ulterius, ad varias Doctorum, qui ejusdem Benedicti Prædecessoris mentem, quoad personas in dicta ejus Constitutione comprehensas, interpretari, et explicare voluerunt, sententias, et opiniones dirimendas, declaramus, Homicidium reos, natu minores viginti quinque, majores vero viginti annis, tam laicos, quam Clericos, qui mandatum, consilium, instigationem, auxilium cooperativum, aut aliam operam occisori præbuerint; ex quorum singulis pravis actibus homicidium evenerit, in dicta Benedicti Prædecessoris Constitutione comprehensos esse, ac deinceps cense-ri debere, eamque, quatenus opus sit, ad ipsos pariter extendimus; ita scilicet, ut illorum extractio e loco immuni, atque traditio Curie Seculari quoad laicos, ad ejusdem Curie Secularis requisitionem, fiat a Curia Ecclesiastica et Clerici ab

Homici-  
dium man-  
dantes,  
etc. etiam  
minores  
annis 25.,  
et Eccle-  
siasticos,  
non gau-  
dere Im-  
munit.

PONT. ipsa Curia Ecclesiastica ex Officio omnino extra-  
 A. IV. hantur, juxta normam infra dicendam. Item de-  
 Item in- claramus, omnes et singulos prædictos tam Lai-  
 quisitos et cos, quam Ecclesiasticos, qui in Urbe, ac ditione  
 damnatos prædictis, ex causa, et occasione Homicidii etiam  
 de homi- in rixa commissi cum armis, seu instrumentis  
 cidio in suapte natura aptis ad occidendum, inquisiti, et  
 contuma- processati, vel in contumaciam banniti, et con-  
 ciam. demnati fuerint, dummodo homicidium non fue-  
 rit casuale, vel ad propriam defensionem, Im-  
 munitatis prædictæ beneficio minime gaudere.

Ordo ser- §. 5. Utque reorum, ratione Homicidii, ut præ-  
 vandus in fertur, excepti inquisitorum, seu bannitorum, et  
 extrahen- in contumaciam condemnatorum extractio ab Ec-  
 dis Reis a clesiis, aliisque locis immunibus, utque traditio  
 loco im- suo cuique Judici competenti, legitimis modo, et  
 muni. forma a Curia Ecclesiastica fiant, volumus, et  
 ordinamus, ut quotiescumque Judici Ecclesiastico  
 competenti innotuerit aliquem Laicum, seu Ec-  
 clesiasticum ex causa homicidii excepti inquisi-  
 tum, atque processatum, ad Ecclesiam, seu lo-  
 cum immunem confugisse, ibique moram trahere,  
 ac ea super delicti qualitate, ac personæ reitate  
 subministrata, vel acquisita suppetant indicia,  
 quæ ad capturam discernendam sufficere videan-  
 tur, tunc idem Judex Ecclesiasticus ex Officio,  
 ac nemine etiam requirente, si delinquens sit Cleri-  
 cus, sin vero Laicus, postquam a Curia Seculari  
 requisitus fuerit, ad ipsius delinquentis extractionem  
 ab Ecclesia, seu loco immuni, implorato etiam  
 ad hoc, quatenus opus sit, auxilio brachii Secu-  
 laris, et cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab  
 Episcopo deputandæ, devenire teneatur, extra-  
 ctumque ad suos, si tuti, et securi fuerint, sin  
 minus ad Curie Sæcularis Carceres asportari,  
 ibique sub tutu custodia detineri curet, et faciat;  
 Ubi vero ex processu informativo desuper confi-  
 ciendo, quoad inquisitum nondum condemnatum,  
 dictus Judex Ecclesiasticus, ex acquisitis, seu  
 subministratis indicis ad torturam tantum suffi-  
 cientibus, ab extracto homicidium a præfata Be-  
 nedicti Prædecessoris, et hac Nostra Consti-  
 tu-  
 Et in iis- dem tra-  
 dendis Cu-  
 riæ Eccle-  
 siasticæ,  
 sive Laicæ

*tionibus exceptum patratum fuisse cognoverit, ad declarationem, quod scilicet de casu ita excepto constet, progrediatur, extractumque, si Laicus sit, Ministris, et Officialibus Curiae Secularis, si autem Clericus, ejus competenti Judici Ecclesiastico tradere, et consignare possit, ac debeat, exactis tamen, receptisque in actu traditionis, et consignationis hujusmodi, a Judice quidem Seculari, juramento, et ab Ecclesiastico, promissione in verbo veritatis, de restituendo extractum Ecclesiae, locove immuni, sub poena excommunicationis latae Sententiae, Nobis, et eidem Romano Pontifici pro tempore existenti reservatae, quatenus extractus in suis defensionibus, quae ad tramites juris, et Ordinationum Apostolicarum ei competunt, praefata elidat, et diluat indicia. Et si illa minime eliserit, seu diluerit, et delinquens repertus fuerit, Judici suo, scilicet Ecclesiastico in Clericum, Seculari in Laicum, ut juris esse censuerit, animadvertere liceat.*

ANNO  
1743.

§. 6. *Quoties autem de jam bannito, aut in contumaciam damnato ex causa Homicidii superius excepti, sive Laico, sive Ecclesiastico agatur, quilibet Judex Ecclesiasticus, ut praefertur, competens, ad illius, Laici nimirum, instante Curia Seculari, et Clerici, ex Officio, extractionem ab Ecclesia, locove immuni, cum interventu quoque personae Ecclesiasticae ab Episcopo deputandae, ac traditionem suo respective Judici, sicut mox dispositum est, faciendam procedat: solamque sententiae contumacialis, et actorum, quibus illa fundatur, exhibitionem ad hoc sufficere decernimus, ut dictus Judex Ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnito, num istiusmodi Sententia contumacialis legitime, justaeque prolata sit ad formam Constitutionum Apostolicarum, pronunciare, et declarare queat, et debeat, an bannitus, et in contumaciam damnatus consignandus veniat, nec ne? exactis pariter, et receptis, quatenus consignetur, a Judice Seculari juramento, si delinquens sit Laicus, ab Ecclesiastico vero, si fuerit Clericus, promissa*

Quid in  
extractio-  
ne, et tra-  
ditione  
banniti, et  
damnati  
in contu-  
maciam.



PONT. sione, ipsum, ut supra, restituendi Ecclesie;  
 A. IV. locove immuni, sub antedicta pœna excommuni-  
 cationis, si extractus in suis similiter defensio-  
 nibus ei ad præscriptum prædictarum Constitutio-  
 num Apostolicarum competentibus, nullitatem,  
 et injustitiam contumacialis Sententiæ prædictæ  
 ostenderit, et sceleris indicia diluerit; quod si id  
 præstare nequiverit, et ex eisdem Sententia, et  
 actis rite, et recte gestis, reus repertus fuerit,  
 Judex ejus competens Sententiam exequi, et quando  
 aliquem in pœna irrogata excessum deprehende-  
 rit, etiam moderari valeat; ita quod quæcumque  
 declaratio a prædicto Judice Ecclesiastico facta  
 in judicio Ecclesiasticæ Immunitatis super con-  
 signatione banniti, et in contumaciam damnati,  
 ejusque denegatione, nullatenus deservire, et a  
 nemine allegari possit in alio diverso ac separato  
 judicio, in quo scilicet de præfatæ Sententiæ  
 contumacialis executione postmodum disputari  
 contingeret, ad quem effectum dicta declaratio  
 Judicis Ecclesiastici perinde habeatur, ac si non  
 emanasset, nec ullus exinde scrupulus animo Ju-  
 dicis competentis, in cognoscenda et definienda  
 validitate, seu nullitate, justitia seu injustitia  
 ejusdem Sententiæ contumacialis, ingeratur.

Decreta  
 Judicis  
 Ecclesia-  
 stici super  
 compe-  
 tentia Im-  
 munitatis  
 non suffra-  
 gari in ju-  
 dicio su-  
 per excu-  
 satione  
 Sententiæ  
 contuma-  
 cialis.

Pontifex  
 præinser-  
 ta confir-  
 mat, et  
 extendit  
 ad Ditio-  
 nem  
 Reip. Lu-  
 canæ.

§. 7. Quoniam autem Dilecti Filii Senatus,  
 et Respublica Lucana Nobis nuper humiliter  
 supplicari fecerunt, ut dispositionem prædictæ  
 Constitutionis Clementis Prædecessoris prædi-  
 cti superius insertam, ad Dominium, et ditio-  
 nes eidem Reipublicæ subjectas, in quibus ho-  
 micidia quoque frequentissima sunt, extendere,  
 et ampliare de benignitate Apostolica dignare-  
 mur: Nos igitur ipsos Senatum, et Rempubli-  
 cam specialibus favoribus, et gratiis prosequi  
 volentes, et eorum singulares et personas a qui-  
 busvis excommunicationis, suspensionis, et inter-  
 dicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et  
 pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione,  
 vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-  
 datæ existunt, ad effectum præsentium tantum  
 consequentium, harum serie absolventes, et  
 absolutas

absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, et ad tam exitiale homicidiorum flagitium, quantum cum Domino possumus, propulsandum, exterminandumque advigilantes, prædictam Constitutionem pro universa, ut præmittitur, S. R. F. prædictæ ditione a laudato Clemente Prædecessore factam, quoad præinserta in his præsentibus literis, respective, ad dominium, et ditiones prædictas ejusdem Reipublicæ Apostolica auctoritate, motu proprio, tenore præsentium extendimus, et ampliamus, atque deinceps omnino, ac inviolabiliter observari præcipimus, et mandamus.

ANNO  
1741.

§. 8. Volumus tamen, ut veluti aliàs idem Cum facultate procedendi juxta statuta localia. Clemens Prædecessor voluit, et decrevit, ut in Nostra ditione Ecclesiastica tum extractus in suis defensionibus, quæ ad tramites Juris, et *Apostolicarum Ordinationum* ei competunt, eluat, et diluat indicia; tum ut sola Sententiæ contumacialis, et actorum, quibus illa fundatur exhibitio ad hoc sufficiat, ut Judex Ecclesiasticus, ex illorum inspectione dumtaxat agnito, num Sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit ad formam *Constitutionum Apostolicarum*, pronunciare, et declarare queat, et debeat, an banitus, et in contumaciam damnatus consignandus veniat, nec ne; tum denique, si extractus in suis defensionibus, ei ad præscriptum prædictarum *Constitutionum Apostolicarum* competentibus, nullitatem, et injustitiam contumacialis Sententiæ prædictæ ostenderit, et sceleris indicia diluerit: ita pariter in Dominio, et ditionibus prædictis hæc omnia præmissa ad dispositionem Juris, et *Statutorum localium domini, et ditionum hujusmodi* intelligi debeant.

§. 9. Ac insuper volumus, ut donec, et quousque sive per Nos ipsos, siye per Romanos Pontifices pro tempore existentes, declaratio hujusmodi facta non fuerit, ii tantummodo familiares, et Officiales excepti intelligantur, et habeantur, quos de jure, et juxta consuetudinem loci cujuslibet, usque ad hanc diem pro famili-

Numberum, et qualitates Privilegiatorum interim juxta consuetudi-

Post. sione, ipsum, ut supra, restitutum  
 A. IV. locove immuni, sub antedicta p<sup>ro</sup>visione  
 cationis, si extractus in suis similitudinibus  
 nibus ei ad præscriptum prædictarum  
 num Apostolicarum competentibus  
 et injustitiam contumacialis Sententiam  
 ostenderit, et sceleris indicia dilucide  
 præstare nequiverit, et ex eisdem  
 actis rite, et recte gestis, reus  
 Judex ejus competens Sententiam  
 aliquem in poena irrogata exco-

Decreta rit, etiam moderari valeat; ita  
 Judicis declaratio a prædicto Judice  
 Ecclesiastici super in judicio Ecclesiastico  
 compe- signatione banniti, et in contumacia  
 tentia luntantiam nemine allegari possit in alio  
 non suffra judicio, in quo scilicet de  
 gari in ju- contumacialis executioni  
 dicio su- contingeret, ad quem affectus  
 per exe- Judicis Ecclesiastici perinde  
 cutione emanasset, nec ullus ex  
 Sententia- dicis competentis, in cognoscendo  
 contuma- validitate, seu nullitate  
 cialis. ejusdem Sententia contumacialis

Pontifex §. 7. Quoniam auctoritate  
 præin- et Republica Lucana  
 ta confir- supplicari fecerunt  
 mat, et Constitutionis Clementis  
 extendit cti superius inserta  
 ad Ditionem nes e  
 Reip. Lucanice et  
 cause. et

ANNO  
1744.

... , expressa , et in-  
... verbum , non autem per  
... importantes , mentio ,  
... habenda , aut aliqua  
... hoc servanda foret ,  
... de verbo ad verbum ,  
... forma in illis tradita  
... , insererentur , præ-  
... sufficienter expressis , et  
... aliàs in suo robore per-  
... orum effectum , hac vice  
... et expresse derogamus ,  
... quibuscumque .

... ut lapsis vigintiquin-  
... , præsentis literæ per do-  
... prædictas per Ordinarios  
... scribant , omnes et singulos  
... onibus prædictis existentes  
... si unicuique eorum perso-  
... am intimatæ fuissent ; utque  
... am literarum transumptis ,  
... am impressis , manu alicujus  
... subscriptis , et sigillo personæ  
... dignitate constitutæ munitis ;  
... des in Judicio , et extra adhi-  
... is presentibus adhiberetur , si  
... vel ostensæ .

Publica-  
tionis ef-  
fectus , et  
exemplo-  
rum au-  
ctoritas .

... apud Sanctam Mariam Majo-  
... lo Piscatoris die xxiv. Januarii  
... pontificatus Nostri Anno IV .

Dat. die  
24. Jan.  
1744.

... ard. *Passioneus* .  
... fere exemplo expedita  
... Principum , et Rerum-

PONT. liaribus, et Officialibus habitos, et deputatos  
 A. IV. esse, et haberi, ac deputari solitum est.

nes loco- §. 10. Decernentes easdem præsentés literas,  
 rum ser- et in eis contenta quæcumque semper, et per-  
 vari man- petuo firma, valida, et efficacia existere, et  
 dat. fore, suosque plenarios, et integros effectus  
 Clausulæ sortiri, et obtinere, atque ab omnibus, et sin-  
 pro litte- gulis, ad quos spectat, et pro tempore quan-  
 rarum fir- documque spectabit, plenissime observari; sic-  
 mitate. que, et non aliter in præmissis per quoscumque  
 Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causa-  
 rum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius S.  
 R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, eo-  
 rumdemque Cardinalium Congregationes, alios-  
 ve quoslibet quacumque præeminentia, et po-  
 testate fungentes, et functuros; sublata eis, et  
 eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et inter-  
 pretandi facultate, et auctoritate, judicari, et  
 definiri debere, et si secus super his a quoquam  
 quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
 tingerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Cum de- §. 11. Non obstant. præmissis, aliisque Apo-  
 rogationi- stolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque,  
 bus oppor- et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel  
 tunis. specialibus, Constitutionibus, et Ordinationi-  
 bus, necnon etiam juramento, confirmatione  
 Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis  
 statutis, stylis, usibus, et consuetudinibus etiam  
 immemorabilibus, ac quorumcumque Præde-  
 cessorum Nostrorum literis, privilegiis, in-  
 dultis, et facultatibus quibusvis etiam dictis  
 Cardinalibus, eorumque Congregationibus, sub  
 quibuscumque verborum tenoribus, et formis,  
 ac cum quibusvis etiam derogatoriarum dero-  
 gatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis,  
 et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis  
 decretis, etiam motu, scientia, et potestatis  
 plenitudine similibus, etiam consistorialiter,  
 vel aliis in contrarium præmissorum quomodo-  
 libet concessis, confirmatis, et innovatis Quibus  
 omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum suffi-  
 cienti derogatione, de illis, eorumque totis te-

noribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis aliàs expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et formam in illis tradita observata, exprimerentur, insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

ANNO  
1744.

§. 2. Volumus autem ut lapsis viginti quinque diebus, postquam, præsentis literæ per dominium, et ditiones prædictas per Ordinarios locorum publicatæ fuerint, omnes et singulos in dominio, et ditionibus prædictis existentes perinde arcent, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatæ fuissent; utque earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis; eadem prorsus fides in Judicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Publica-  
tionis ef-  
fectus, et  
exemplo-  
rum au-  
ctoritas.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiv. Januarii MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno IV.

Dat. die  
24. Jen.  
1744.

*D. Card. Passioneus.*

*Similia Indulta eodem fere exemplo expedita fuerunt pro aliis aliorum Principum, et Rerum-publicarum Ditionibus.*

PONT.  
A. IV.



LXXXIX

## DECRETA

Super pluribus Disciplinæ Capitibus, pro Incolis Regni Servix, et finitimarum Regionum.

*Venerabilibus Fratribus, Dilectis Filiis, Archiepiscopis, Episcopis, Parochis, et Universo Clero, et Populo Regni Servix, aliarumque finitimarum Regionum.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

**I**nter omnigenas calamitates, quibus Ecclesiæ Filiis sub Infidelium dominatione degentes undique opprimuntur, quibusque omnibus paternam charitatem compatimur; non aliæ magis animam nostram sollicitant, atque urgent, quam quæ sunt ejus generis, unde animabus Christi sanguine redemptis perditionis occasionem oriri, et Catholicæ Fidei, disciplinæque integritati detrimentum inferri posse veremur. Ex quibus cum illæ, quas in Servix Regno sub durissimo Turcarum jugo jamdiu sustinetis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, multis ex partibus aliis ad aures nostras pervenerint; tum vero novissime, per Venerabilem Fratrem Joannem Baptistam, electum a Nobis, et constitutum Archiepiscopum Scopiæ distinctius expressæ, ac pene ob oculos nostros expositæ, incredibili Nos dolore affecerunt. Licet enim inter gravissimas vexationes, et persecutiones ab infidelium crudelitate, et schismaticorum odio illatas, assi-

Sollicitudo Pontificis pro Fidei, ac Disciplinæ integritate, in Servia, et propinquis locis nonnihil collapsa.

duam Pastorum istius Regni vigilantiam, ac sollicitudinem in proprios greges, firmamque Populorum in Fide, ac pietate constantiam commendare, immo et admirari debuerimus; plures tamen dolendic causas Nobis attulerunt, tum nonnullorum ex illis infracta, et fluctuans, vel etiam arbitraria, in maximi momenti rebus, agendi ratio; tum invecta inter plerosque Fideles, ex alienigenarum consortio, morum, ac disciplinæ corruptela; præsertim vero turpis Christianæ professionis occultatio, ad infidelitatem accedens, qua plures in istis regionibus uti, temporalium damnorum timore, perhibentur.

§. 1. Debuerant quidem pleraque ex iis, quæ contra Fidei, et morum puritatem inter istarum Ecclesiarum Fideles irrepsisse dicuntur, vel anteverti, vel introducta corrigi, atque emendari, per satis notas Pontificii, et Canonici Juris sanctiones, et per Apostolicæ Sedis Decreta per organum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum sæpius emanata; potissimum vero per ea, quæ statuta fuerunt in Albano Concilio, quod sub fel. rec. Prædecessore nostro Clemente XI.; ab istius Regni Primate, pro universo Clero, et Populo Albanæ, et Serviæ, indictum, et celebratum fuit. Ideoque prædictas omnes juris Ecclesiastici, et Sedis Apostolicæ leges Vobis omnibus in memoriam revocantes, earumque studium, et observantiam impense commendantes, prædictum Concilium Albanum vestris præcipue rebus, ac temporibus accommodatum et opportunum, omnino teneri, ac per omnia observari præcipimus; volentes, ut omnes istius Regni Archiepiscopi, Episcopi, Parochi, et Missionarii, et reliqui Animarum curam habentes, aliquod illius exemplar apud se habeant, atque ad illius normam, suos; et Populorum mores exigere studeant, et conformare.

Commendatur observantia Decretorum Concilii Albani.



Р о ѡ т . §. 2. Attamen , ut graviore abusus ad Fidei ,  
 A. IV. morum , ac rituum integritatem pertinentes ,  
 Relati quæ ex istis Regionibus ad nostram notitiam  
 abusus in specie pervenerunt , penitus tollantur , ac  
 specie cor perpetuo eliminantur ; postquam eosdem accu-  
 rigendi rate , ac diligenter per nosmetipsos perpendi-  
 per infra- mus , examinavimus ; Ea , quæ sequuntur , De-  
 scripta creta , non sine Venerabilium Fratrum nostro-  
 Decreta rum consilio , perferre , ac vobis denunciare  
 statuimus ; quorum dispositiones a vobis omni-  
 bus ad quos attinet , utpote utiles , ac necessa-  
 rias , libenter amplectendas esse in Domino con-  
 fidimus ; et nihilominus auctoritate Apostolica  
 exactissime impleri , et custodiri mandamus .

Non li- §. 3. Ordientes itaque a negotiis Fidei , sine  
 cere Fidei qua impossibile est placere Deo ; omnibus et  
 Professio- singulis istius Regni Fidelibus , qui Ecclesiæ  
 nem ita Catholicæ communionem retinere cupiunt , dis-  
 occultare , trictè præcipimus , atque jubemus , ut caveant ,  
 ut Mahu- ne ad occultandam , quum licitum et necesse  
 metismus est aliquando , Christianæ Religionis professio-  
 simuletur nem , aliqua faciant , aut admittant contra Evan-  
 gelica Præcepta , et Instituta ; præsertim vero ,  
 quæ protestationem includunt Mahumeticæ sec-  
 tæ : Ideoque si Circumcisionem susceperint ,  
 sciant , quod Christus ipsis , Apostolo attestante ,  
 nihil proderit . Nomina Turcica , quorum nec  
 memores esse deberent per labia sua , assumere :  
 Abominanda Infidelium Tempia , quæ Moschæas  
 vocant , frequentare : Ecclesiasticorum Jejuni-  
 orum dies Carnium esu profanare , et hæc eo  
 fine , ut Mahumetani credantur , prorsus devi-  
 tent . Hæc enim omnia , etsi Fides Christi in  
 corde teneatur , fieri nequeunt , et sine Mahumetis  
 errorum simulatione , sinceritati Christianæ con-  
 traria , quæ mendacium in re gravissima conti-  
 net , et virtualement Fidei negationem , maxima  
 cum Dei injuria , proximique scandalo , includit .

Præser- §. 4. Multo vero magis , quum a publica Po-  
 tim in ju- testate interrogantur , illicitum sibi esse sciant  
 dicio. Mahumeticæ sectæ se addictos profiteri ; sed  
 illud noverint esse tempus , quo eos oportet ,

sumentes scutum Fidei, non solum corde ad justitiam, sed etiam ore Christum confiteri ad salutem; alioquin si eum coram hominibus negare ausi fuerint, et ipse negabit eos coram Patre suo.

§. 5. Impius pariter, et illicitus est illorum Servitiæ Christianorum abusus, qui, ex hac vita migraturi, cadavera sua Turcarum sepulturis mandari, cum istorum assistentia, et Mahumeticis adhibitis ritibus, permittunt, aut jubent. Etenim si Christum in vita erubescere minime debent, quanto minus quum ejusdem tremendo judicio sistendi sunt; ne et ipse eorumdem coram Æterno suo Patre erubescat.

§. 6. Munus itaque Episcoporum, Parochorum, et Missionariorum erit, serio Christianos illos, qui supradicta, cum ingenti Fidei injuriâ, nefarie præsumunt, docere et admonere; quod frustra sibi de Christianæ Legis custodia, et zelo, deque Filiorum in eadem educatione blandiantur; quoniam vel in uno istorum deficientes, facti sunt omnium rei: Itaque ipsis aperte denunciant, quod quisquis metu cujuslibet potestatis, vel temporalium amittendorum formidine, Fidem suam prodit, iram Dei super se provocat; seque, nisi resipiscat, ab omni salutis spe extraneum reddit; quoniam magis timet hominem, quam Deum, et momentanea retinere, quam æterna acquirere mavult. Si qui autem obstinati in hujusmodi via impiorum pergere velint, incapaces erunt Sacramentorum in vita, et, si impœnitentes decesserint, suffragiorum post mortem; ad quæ nullus Ecclesiæ Minister illos admittere præsumat; alioquin a proprio Episcopo Canonicis pœnis, ad præscriptum etiam supradicti Albani Concilii, plectendus erit.

§. 7. Arcendæ pariter a Sacramentis Ecclesiæ sunt illæ Mulieres, quæ nuptiarum nomine in Turcarum contubernium admissæ, celantes Christianæ Religionis professionem, ibi vitam agunt ab omni Religionis exercitio remotam; eisque, a Pastoribus denunciandum est, ne salutis

ANNO  
1744.

Et in  
morte.

Simula-  
tores a Sa-  
cramentis  
arcendi,  
et a suf-  
fragiis ex-  
cludendi.

Item Mu-  
lieres abs-  
que Chri-  
stianæ Re-  
ligionis  
exercitio  
videntes

PONT. æternæ fiduciam collocent in ea Fide, quam,  
 A. III. sine operibus mortuam, in corde tantum uti-  
 in Turca- liter conservare posse, sibi persuadent.

rum con- §. 8. Istarum vero Filios quos Parochis bapti-  
 tuber- zandos exhibent, ubi eorum vitæ periculum immi-  
 nio. nere videatur, sacro lavacro abluere prædicti

HarumFi- Parochi minime dubitent; admonitis Matribus,  
 lii quando ut, si convaluerint, ipsos in Christiana Reli-  
 baptizari gione educare sedulo curent De iis vero, qui  
 possint, validam, ac vivacem corporis constitutionem  
 nec ne. præferunt, et nullo superstitioso fine, sed

unico salutis obtinendæ voto, ad baptismum a  
 supradictis Matribus offeruntur; quoniam im-  
 possibile est singulas rerum circumstantias ex-  
 pendere, quæ suadere possunt, vel eos in Evan-  
 gelicæ legis, et fidei cultu perseveraturos, vel  
 Christiana educatione ab hujusmodi Matribus  
 fraudatos, Mahumetani Patris impietatem sequu-  
 turos esse; perpensis etiam infantilis ætatis pe-  
 riculis, ob quæ tertiam plerumque hominum  
 partem ante completum decennium extingui,  
 ferunt; nihil expresse jubendum censemus; Ec-  
 clesiæque Ministros dumtaxat hortamur; ut in-  
 vocato cum gemitibus lumine Spiritus Sancti,  
 juxta illius ductum, et prudentiæ suæ dictamina

se gerant. Quod si eos ad Baptismum admitti  
 posse crediderint, ne omittant Matribus incul-  
 care districtam obligationem, qua tenentur, hu-  
 jusmodi Ecclesiæ Filiis, si ad rationis usum  
 pervenerint, notam facere veritatem Dei, eos-  
 demque in disciplina, et correptione Domini  
 educare.

Matrimo- §. 9. Illud etiam grave, ac permolestum au-  
 nia juxta ribus nostris accidit, Concilii Tridentini Decreta  
 Decretum de Sacramento Matrimonii ab aliquibus non  
 Concilii observari in istis Regionibus, in quibus debitam  
 Trid. ce- eorum publicationem jamdiu sequutam fuisse,  
 lebranda, ipsius Albani Concilii testimonio comprobatur.  
 abrogatis Itaque omnes istarum partium Fideles supradi-  
 clandestini- ctis Decretis teneri declarantes, irrita omnino,  
 nis aut co- et nulla esse definimus prætensa Matrimonia,  
 ram judi- quæ coram solo Turcarum Judice, Caddi dicto,  
 ce contra- ctis.

vel etiam absque isto, per solos Sponso, et non ad prædicti Tridentini Concilii præscriptum contrahuntur. Quique hujusmodi, nullas, et clandestinas nuptias contraxerint et post contractas convivunt, tamquam in illicito concubinato versantes (nisi de præterito pœnitentiam agant, et justo Matrimonio in facie Ecclesiæ jungantur,) a Sacramentorum participatione arceri præcipimus.

ANNO  
1744.

§. 10. Matrimonio autem a Fidelibus rite contracto, eisdem minime permittimus, ne quidem ob causam Uxorum a Turcarum raptu servandarum, idem coram Caddi per Procuratores Turcico Ritu renovare; nisi tamen Mahumetanus nuptiarum ritus sit mere civilis, et nullam Mahumetis invocationem, aut aliud quodcumque superstitionis genus includat. Etsi enim non per se ipsos, sed per Procuratores id peragant; nunquam tamen illius delicti insontes haberi debent, quod ipsorum auctoritate, vel mandato committitur.

Non licere Matrimonium per Procuratores renovare Turcico ritu, nisi sit mere civilis.

§. 11. Quoad Proclamationes vero a Tridentino Concilio statutas, licet in Servia minime usu firmatæ asserantur; quum tamen in prælaudato Concilio Albano Parochis etiam Servie præscribantur, adempta dispensandi facultate extra urgentis necessitatis occasionem; Nos idem omnino, quum fieri potest, observari præcipimus.

Proclamationes servandæ, nisi necessitas contra urgeat.

§. 12. Quod si alicujus Fidelis Uxor ad Turcas confugiat, et cum aliquo ex istis nefarias nuptias contrahere audeat, non licet Viro aliam Uxorem in illius locum ducere; quum Matrimonium, Jure Divino, Conjugibus superstitionibus, indissolubile, per hujusmodi Mulieris facinus minime dissolvatur. Unde, qui in tali casu alteram ducit, mœchatur; et nisi ab ea omnino separetur, a Sacramentis arcendus est.

Matrimonia non dissolvi per Uxoris fugam, et Nuptias ab ea cum infideli contractas.

§. 13. Et quidem de hujusmodi Mulierum salute, nisi pœnitentiam agant, quid judicandum sit, omnibus patet. De Mulieribus autem Christianis a Turcis per vim raptis, iisdemque violenter,

Mulieres nulliter nuptæ cum In-

**PONT.** vel in pueritia nuptis, quæ nullo Sacramentalis  
**A. IV.** fidei jure conjunctæ, in illicito concubinato  
 fidelibus cum Infidelibus perseverant, idem omnino sta-  
 donec in tuimus, quod in prædicto Concilio Albano de-  
 eorum cretum fuit; ut scilicet illis Ecclesiæ Sacramenta  
 concubi- denegentur; nulla ratione habita, vel prætensæ  
 natu per- illarum in Christiana Fide perseverantiæ, vel  
 manse- violentiæ in puerili ætate a Turcis illatæ, vel  
 rint, a Sa- violentiæ in puerili ætate a Turcis illatæ, vel  
 cramentis etiam quod unicæ, aut potioris, et justæ Uxo-  
 arcendæ. ris loco a Turcis habeantur; quum ista nullum  
 jus tribuant in concubinato, et fornicatione  
 degentibus, ad percipienda Sacramenta; nullam-  
 que Sacerdotibus, ad eadem indignis ministran-  
 da, præbeant facultatem.

**Dispensationes non concedendæ simulatoribus Mahumeticæ sectæ.** § 14. Circa Dispensationes Matrimoniales, caveant Episcopi, et Missionarii Serviæ, ne facultatibus sibi ab hac Sancta Sede communicatis inconsulte, vel erga immerentes utantur; neve terminos suæ potestatis transilient. Nullas itaque Dispensationes, concedendas esse statuimus illis Christianis occultis, de quibus dictum est, quod Mahumeticos simulent ritus: Etenim isti, quum Christum erubescant, gratiarum Ecclesiæ, quæ Christi sponsa est, indignos se faciunt. Præterea nullas dispensationes concedant in iis casibus, quibus Matrimonia juxta Ritum Ecclesiæ Catholicæ, ut supra dictum est, et valide, et sanete celebranda non esse præviderint; Tunc enim non Dispensationes, sed Dissipationes, et incontinentiæ fomenta essent, a quibus fidelis prudensque Minister Christi omnimode abstinere tenetur.

**Nec iis, qui Matrimonium contra Ecclesiæ Ritum contrahere velint.**

**Declaratio super Dispens. quoad impediment. just. publ. hon. ex Matrim. rato non consum.** §. 15. Specialiter autem advertant, eam facultatem, inter cæteras ipsis communicatas, non reperiri; dispensandi scilicet super impedimento justitiæ publicæ honestatis, proveniente ex matrimonio rato, quod aliàs inter alterutram partem, et alterius consanguineum in primo gradu, intercesserit; sed ante consummationem, vel morte, vel aliter legitime solutum fuerit. Hoc enim impedimentum fortius est eo, quod ex

sponsalibus oritur; idcirco ab hujusmodi dispensatione concedenda abstinere debebunt.

ANNO  
1744.

§. 16. In celebratione nuptiarum observentur tempora ab Ecclesia Catholica præscripta. Quod si infra vetitos dies Mahumetani suas nuptias celebrantes, aliquem ex Fidelibus officii causa invitaverint; quoniam Ecclesiæ præcepta ad eos, qui foris sunt, minime pertinent; non prohibentur Catholici Serviar, Christianam modestiam secum ferentes, illis interesse; dummodo fieri possit absque Creatoris injuria, et offensione fidelium, et Ecclesiæ Dei; et nulla in Turcarum nuptiis Mahumetis invocatio, nullique superstitiosi ritus intercedant, quibus invitati, ore, vel opere jungi debeant, et consentire. Quæ tamen Infidelium consortia, et profana convivia, si, quantum poterunt, devitare curaverint, multa sane animarum pericula præcavebunt.

De nuptiarum celebrandarum temporibus, et assistentia nuptiis Infidelium.

§. 17. Quod pertinet ad cognationem spirituales; sapientissima Tridentini Concilii Decreta, quacumque in contrarium consuetudine minime obstante, in Servia omnino observari mandamus. Itaque nec eam, quæ oritur ex Sacramentis Baptismi, et Confirmationis, ultra personas, et gradus ab eodem Concilio præfinita, extendi permittimus; nullam vero spiritualem cognationem aliunde oriri, et in specie ex assistentia matrimonio præstita, etiam ad contrahentium invitationem, sicuti nec inter eos, a quibus capilli pueris primo tondentur, expresse declaramus. Urget enim ratio prædicti Conciliaris Decreti; ne scilicet propter multitudinem prohibitionum, contingat sæpius, in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel cum peccato perseveretur, vel quæ cum scandalo dirimi debeant. Quod cum sapienter statutum fuerit circa ea spiritualis cognationis genera, quæ jam in Ecclesia recepta erant; multo majori ratione obtinere debet in aliis hujusmodi speciebus, quæ in Ecclesia Catholica ignotæ, infectum a schismaticis principium habent, quorum est alligare hominibus onera

Cognatio spiritualis non extendatur ultra casus et gradus a Conc. Trid. præfinitos.

PONT. gravia, et importabilia, digito autem suo ea  
 A. IV. non movere. Itaque et istorum scandalum, si  
 quod acceperint ex hujus Decreti inter Fideles  
 observantia, secure contemnendum est.

Romani §. 18. De Sacris autem Ritibus, in quibus  
 Missalis, istarum Regionum Ecclesiæ, Romanam hanc,  
 Ritualis, reliquarum omnium Matrem, et Magistram, in  
 ac Cære- speculum sibi, et exemplum proponentes, non  
 monialis aliis quam Romano Missali, Rituali, ac Cære-  
 usus reti- moniali uti perhibentur; hortamur Venerabiles  
 nendus Rejectis Fratres Archiepiscopos, et Episcopos, ut nihil  
 ritibus, et in hujusmodi tuta, ac laudabili consuetudine  
 precatio- immutari, et tam in Sacrorum celebratione,  
 nibus a- et Sacramentorum administratione, quam in  
 liunde pe- Benedictionibus, et Exorcismis, non aliis qui-  
 titis. buscumque aliunde petitis Ritibus, Cæremoniis,  
 et præcationibus, quocumque prætextu, aditum  
 reserari permittant.

Cære- §. 19. Videant autem, ne forte inanes, aut  
 moniæBa- leves timendi causæ illæ sint, quæ passim affe-  
 ptismi runtur, pro omittendis in Baptismatis admini-  
 non omit- stratione cæremoniis a Rituali Romano præscri-  
 tantur, ptis; quas etiam, quom ex veris, gravibusque  
 vel cito causis prætermitti contingat, primo quoque tem-  
 supplean- pore suppleri curabunt. Neque enim sine gravi  
 tur. peccato negliguntur tam magni ponderis, tan-  
 tæque antiquitatis Ritus, atque ad reverentiam  
 Sacramento concilianda maxime necessarii.

Aqua §. 20. Curandum est etiam, ne extra casum  
 Baptiste- necessitatis, justique timoris ab Infidelibus in-  
 rii juxta cussi, communis, et naturalis Aqua, vel etiam  
 Ritum Rc- ea, quæ pro lustrationibus benedicitur, in Baptis-  
 manum mi administratione adhibeatur; ac temere omit-  
 benedica- tatur usus Aquæ ad hanc præcise effectum bene-  
 tur, et in dictæ juxta præscriptum Ritualis Romani. Vix  
 Baptismo enim sine maxima incuria, vel inani timore  
 adhibea- (juxta sensum etiam Albani Concilii) evenire  
 tur. potest, ut in Ecclesiis Parochialibus, ubi illæ  
 existunt, Baptismales Fontes, statutis tempo-  
 ribus, et ritibus non benedicantur, aut Sacro-  
 rum Oleorum ad hoc sufficiens copia non sup-  
 petat.

§. 21. Invigilent etiam, pro pastoralis muneris implemento, ne Fidelibus quocumque in loco degentibus Sacerdotes Catholici desint, qui ipsis in Paschatis solemnibus Sacrosanctam Eucharistiam ministrare possint: tum ut Lateranensis Concilii pro omnibus utriusque sexus Fidelibus Decretum observetur; tum ut in communi totius Ecclesiae de Resurrectione Domini lætitia, hoc vivifico pabulo, quod symbolum quoque unitatis est, Ecclesiae Fidei roborentur, ac nutriantur. Quod si propter locorum, et temporum infelicitatem eveniat, ut infra duas Hebdomadas, quæ a Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis intercurreunt, nullatenus id fieri possit; tunc, ut eidem præcepto, vel in Quadragesima, vel in solemnibus Pentecostes, præviisque diebus, juxta proprii Sacerdotis consilium, a Populis istarum Servitiæ regionum satisfieri valeat, harum Litterarum tenore concedimus, et indulgemus.

§. 22. Dolenter vero nimis accepimus, vel adeo desertas, et ruinosas esse istarum Regionum Ecclesias, vel adeo inolescere Infidelium furorem, ut Sanctissima Eucharistia neque decenter, neque tuto, ut par est, asservari possit; unde eveniat, ut plerique Fideles Infirmi, absque salutari Viatico, naturæ debitum solvant. Porro gravissimo huic malo, quantum fieri potest, occurri, et provideri debet. Quamobrem Infirmorum notitia per Parochos anxia diligentia est inquirenda, non tantum pro iisdem Pœnitentiæ Sacramento expurgandis, Christianisque monitis, ac spiritualibus consolationibus juvandis, ac sublevandis; verum etiam, ut Sanctissimo Christi Corpore reficiantur, atque ad extremum agonem subeundum muniantur. Itaque ubi alicui ex Fidelibus mortis periculum instare perspiciant, prædictum Sacramentum Eucharistiæ quamprimum ipsi ministrent, et si quidem sine periculo possint, ab Ecclesia sumptum, si aliqua ibi extiterit, ad Infirmi domum deferre debent; cum extra summum necessitatis casum,

ANNO  
1744.  
Communio in  
Paschate  
sumendæ  
commodum  
Fidelibus  
suppetat.

Dispensatus  
quoad tem-  
pus, pro  
casibus  
necessita-  
tis.

Eucharistia In-  
firmis mi-  
nistretur.

Missa  
extra Ec-  
clesias  
non cele-  
bretur:  
absque ex-  
trema ne-  
cessitate.



**PONT.** apud infirmos, in Ædibus non Sacris, Missam celebrare non liceat.

**A. IV.** **Ritus deferendi sacram Eucharistiam.** §. 23. Dum autem Sacerdos tantum Sacramentum ad infirmos defert, Decreta in Albano Concilio promulgata adamussim observet, quibus præcipitur, ut indutus Superpelliceo, Stolaque utriusque humero circumsepta, et præcedente uno saltem lumine, Hymnos, et Psalmos submissa voce recitans, in Sacra Pixide, vel in Calice mundo, velamine cooperto, ambabus manibus illud ante pectus tenens, devote deferat. At ubi (sicut ibidem additur) Turcarum vis prævalet, et iniquitas, Sacerdos Stulam semper habeat propriis coopertam vestibus: in sacculo, seu bursa Pixidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat; et nunquam solus procedat, sed uno saltem Fidei, in defectu Clerici, associetur.

**Superstitiosi ritus in sepeliendis cadaveribus devitentur.** §. 24. Denique circa sepelienda Fidelium Cadavera, omnes Turcarum superstitiones devitentur; a quibus profecto impuram originem trahunt superstitiosi quidam ritus, veluti lotiones, quæ incenso Thure, et certarum precum recitatione, quæ a Catholica improbantur Ecclesia, peragantur. Itaque abstinentes, quantum poterunt, ab omni specie mala, et infidelium imitatione, discant istarum Regionum Populi, nihil in hujusmodi Ritibus contineri, quod necessarium sit ad Defunctorum salutem, atque suffragium. Turcarum vero dicteria, et cachinnos, inanesque Schismaticorum sermones, pro nihilo habeant.

**Relaxationes, et dispensationes non temere, nec levi de causa adhibendæ.** §. 25. In æstimandis autem periculis, quorum intervenfu in supra enuntiatis rerum generibus Ecclesiasticæ disciplinæ rigorem relaxari posse declaravimus, universos istarum Regionum Fideles, præcipue vero Animarum Pastores monemus, itidemque rogamus, ut abjectos animos Christiana virtute erigentes, quid vere timendum sit, quid contemnendum, examinent; et non in angustia, et metu terrenarum potestatum, sed in amplitudine charitatis, et ardore

ANNO  
1744.

dilectionis, quæ foras mittit timorem; Dei, et Ecclesiæ præcepta observent, et Animarum Curam administrent. Quod si solam Turcarum insultantium formidinem, aut levium incommodorum periculum, ad transgredienda Christianæ professionis instituta, vel ad negligendum Animarum sibi creditarum regimen, justam sibi causam esse judicaverint; vere de ipsis dici poterit, quod ibi trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Idcirco Venerabiles Fratres Archiepiscopos, et Episcopos, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesias istas gravissimarum calamitatum cumulo vexatas, hortamur in Domino, et obsecramus, ut inanes hujusmodi timores, ex inferiorum Ecclesiæ Ministrorum, omniumque Fidelium pectoribus excutiant, eosque erigant, atque excitent; ut calcatis æque mundi blanditiis, atque terroribus, per arduam, angustamque semitam, Christum Ecclesiæ Caput, ad sanctificationis fastigium invitantem, constanter sequantur.

§. 26. Agnoscant porro singularem in ipsos Dei nostri misericordiam, qui dum, terribili judicio, in aliis Regionibus Infidelium dominationi subjectis Christianam Religionem penitus conculcari, et extingui permisit; in isto tamen Serviciæ Regno veritatis suæ lumen vigere voluit, quo respicientes homines in angustiis, et tribulationibus constituti, et consolationem acciperent in hac vita, et ad meliorem, ac beatiorum aliam assequendam perducerentur.

§. 27. Itaque, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, cogitate etiam, atque etiam, et præcave, ne per ingrati animi vitium, Divinæ erga vos pietatis fluentia siccentur; et auferatur a vobis Regnum Dei, cujus legibus obtemperare, et recte constitutos mores servare contempseritis.

§. 28. Quod si supra exposita Decreta, quibus vestram agendi disciplinam ad sanctissimarum Ecclesiæ legum puritatem cupimus revocare, quæque vobis omnino exequenda per has Literas

Beneficium conservatæ Religionis magni æstimandum.

Et summa cura custodiendum.

Præceptum, et adhortatio pro præmissorum implemento.

**PONT.** nostras auctoritate Apostolica denunciamus, gra-  
**A. IV.** via vobis videbuntur, et importabilia; videte  
 ne ad leve Christi onus, ac suave ipsius legis  
 jugum, eam gravitatem, et molestiam vestra  
 opinione transferatis, quæ ex superaddita tem-  
 poralium bonorum, vel retinendorum solli-  
 citudine, vel acquirendorum cupiditate proficis-  
 citur. Hæc si abjeceritis, et mundi servitatem  
 cum ea quam Christo professi estis, minime  
 conciliandam esse duxeritis; et profecto levia  
 vobis omnia, et expedita in Christianæ legis  
 observantia videbuntur. Fidelis est autem Deus,  
 qui non patietur vos ab infidelibus vexari, ac  
 tentari supra id, quod potestis; sed faciet etiam  
 ex tentatione proventum, et momentanea tribu-  
 lationum vestrarum æterno gloriæ cumulo ab-  
 unde rependet. Quod ab ipso Patre misericor-  
 diarum, et Deo totius consolationis vobis ex  
 animo adprecantes, Apostolicam Benedictionem  
 vobis omnibus amanter impertimur.

**Dat. die** Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die  
**2. Febr.** 2. Februarii Anno Domini MDCCXLIV. Ponti-  
**1744.** ficatus Nostri Anno Quarto.



ANNO  
1744.

## SÆCULARIZATIO

XC.

Aliquot Ecclesiarum Germaniæ, aut earumdem reddituum imminutio a quibusdam proposita, reprobatum, et nunquam toleranda edicitur, cum admonitione ad Germanorum Antistites.

*Dilecto Filio Nostro Josepho Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbytero S. R. E. Cardinali de Lambergh nuncupato*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili noster, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

UT primum Nobis compertum est, quod ad præsentem rerum in Germania statum componendum, pacemque in ea stabiliendam, proponeretur, aut aliquos ex Episcopatibus maxime insignibus in secularem potestatem redigere, aut illos Principatibus, qui cum eis conjuncti sunt, vel conspicua bonorum parte, spoliare; idemque perficere in pinguioribus redditibus, qui ad Abbatias, aut Canonicatus, aliasque Ecclesiasticas Dignitates jure pertinent; ut nimirum per hujusmodi bonorum opulentiam auferretur Principum Secularium temporale dominium, Ærarium, opesque amplificarentur: statim, Antecessorum Nostrorum exemplo, qui novis, ac perniciosis ejusmodi rebus summis viribus adversati sunt; cum superiori sæculo in Germania duo Metropolitæ, et Episcopatus sex deleti sunt, in alio autem deformis illa inter Catholicos, et Protestantem alterna successio constituta est; non omisimus per literas, etiam manu nostra conscriptas, Principes, quibus id magni inter-

Pontifex cum Principibus Catholicis agit, ut eos a pernicioso consilio deterreat.

PONT.  
A. IV.

esse poterat, aut qui ad rem istam, de qua consultari dicebatur, opem suam conferre valebant, graviter commovere de imminente Catholicæ Religionis in Germania periculo, de præclaro hæreticæ pravitatis triumpho, summaque rei Ecclesiasticæ calamitate: quæ quidem foret omnino maxima, si Episcopatus, insignesque Abbatix, seculari Principatu cum eis conjuncto, præclarissimis juribus, spectabilibus honorificentissis spoliarentur, aut in profanos usus Ecclesiæ patrimonia converterentur, aut imminerentur illis opes, quarum possessionem per non intermissam tot sæculorum memoriam Episcopi Catholici integre sancteque servarunt, atque ea bona, quæ Ecclesiis summa pietate, ac liberalitate a Majoribus donata fuerant, nunc per abusum maxime reprehendendum, in sumptus, et propria commoda usurparentur. Curavimus quoque, ut hæc ipsa Principibus sedulo inculcarentur ab Apostolicis Nuntiis, qui apud illos sunt. At vero, ut de eorum pietate, ac Religione, sicuti par est, publice constet, profecto Nos, tum ex ipsorum responsis ad literas Nostras, tum Nuntiorum Nostrorum literis, aperte cognovimus, eos probe intellexisse non minus gravissimum Catholicæ Religionis damnum, quam luctuosam rerum perturbationem, quæ consequeretur, si ad aliquid prædictorum aditus recludatur: proinde testati sunt, sibi consilia hujusmodi haudquaquam probari.

Principum Responsa accipit pietati, et religioni consentanea.

Profitetur se nullo pacto la-turum Ecclesiastici juris im-minutionem.

§. 1. Jam plane ex Vobis aliquos de his omnibus certiores fecimus, in responsionibus ad ea, quæ super his ad Nos detulistis; tum etiam hæc ipsa significavimus iis, qui in Urbe negotia vestra agunt, quoties hac de re, sive per se, sive per alios, Nos allocuti sunt. Ut vero unicuique vestrum de Voluntate Nostra omnino constaret, opportunum esse duximus per hoc Breve Apostolicum eam luculenter exponere, quod ad cæteros quoque præclaros Germaniæ Episcopos mittimus, ad universos fortasse, si opus fuerit, mittendum. Nos igitur coram Altis-

simo, cui rationem de singulis operibus nostris redditori certe simus, testamur, Nos pro viribus enixe curaturos, ut omnia et singula Ecclesiarum Germaniæ Principatus, jura, jurisdictiones, honores, bona, sive illa ad Episcopatus, sive ad Abbatias, sive ad Canonicatus, sive ad alias quascunque Ecclesiasticas Dignitates jure pertinent, integra atque intacta permaneant; neque unquam concessuros, aut assensu comprobaturos, adversum hisce quidquam fieri, ulloque modo attentari; cum omnino parati simus sanguinem potius nostrum omnem effundere, quam pati, ut Ecclesiæ jura, ac libertas violentur, et conscientiæ Nostræ macula per ejusmodi assensum afferatur.

§. 2. Pietati quidem vestræ, ac zelo injuriam faceremus, si vel suspicio in Nos caderet, sententiam vestram cum hac Nostra prorsus non congruere; quasi vero obliti essetis jurisjurandi, quo in auspiciando Episcopatu polliciti estis, universa Ecclesiæ vestræ jura, prærogativas, fortunasque, sartas tectasque servare. Equidem Nos animo prospicimus, quantum emolumentum hæresi accederet, si Ecclesiasticos proventus, non dicimus sæculares fieri, sed tantummodo attenuari, minuique; eoque magis si Principatibus, jurisdictionibus, juribus, honorificentis, quod Deus avertat, Episcopatum aliquem, aut aliquam Abbatiam spoliari contingeret. Acerbissima enim vulnera, quæ haud dissimili occasione Catholica Religio accepit, argumento nimis certo Nobis sunt, ut eidem multo graviore in posterum auguremur calamitates. At vos, qui loco præsto estis, longe melius, quam Nos, percipere valetis, quæ perniciosa vobis, ac tristissima acciderent, si vestra Episcopalis Dignitas insigni Principis auctoritate, viribus, opibusque denudata, impotens, et imbecilla fieret, ad Gregem Vobis commissum tuendum tegendumque ab Hæresi, quæ in propinquis ac finitimis provinciis longe lateque dominatur. Maxime vero, si animadvertatis, quæ tandem futura

ANNO  
1744.

Episco-  
pos monet  
de ipso-  
rum debi-  
to, eo-  
rumque  
consilia  
exquirat.

PONT.  
A. IV.

sit clarissimi istius Cleri vestri conditio, red-  
ditibus ad ipsum pertinentibus imminutis. Cum  
enim ex selecta totius Germaniæ Nobilitate is  
componatur, haud difficile est intelligere, in  
quem statum paulatim prolaberetur; in illum  
scilicet, in quo fuit sæculo XVI., cum Hæresis  
in Germaniam, atque inde in alias quoque  
Provincias grassaretur. Agitur itaque res sum-  
ma, et periculi plena, quæ curam, operam,  
ac vigilantiam vestram summopere exposcit.  
Proinde necesse est, ut sedulo cogitetis, provi-  
deque Nobis suggeratis, quid facto opus sit,  
præter ea, quæ hactenus fecimus. Ad omnia  
quippe Nos promptos, ac paratos esse intelli-  
getis.

Vanas ra-  
tiones ab  
aliquibus  
jactatas  
refellit.

§. 3. Imponendus hic esset literis hisce finis;  
sed Apostolici muneris Nobis impositi onus, de  
quo Omnipotenti Deo rationem reddere tene-  
mur, exigit, ut nonnulla insuper addamus. Vos  
equidem non ignoratis, Catholicis Principibus  
minime deesse laxioris conscientiæ Theologos,  
et Assentatores, qui ad eorum aures insusturrare  
non dubitarunt, fieri quidem non posse, ut  
Ecclesiastica bona in sæcularem statum redigan-  
tur; posse tamen ea minui; tum propter illo-  
rum abusum, tum propter immoderatum luxum,  
et sæcularis potius Principis amplitudinem,  
quam Episcopi gradum, ac dignitatem; unde  
fit, ut, aliis Pastoralis animarum cura tradita,  
ipsemet Episcopus sæculi negotiis, et curis,  
sese immisceat. Nos profecto, in Literis manu  
Nostra ad Principes datis, haud prætermisimus  
sententiam adeo perniciosam refutare, atque  
diluere; tum ratione, tum exemplis ostendendo,  
absurdum non esse, ut cum Episcopatu una  
Principatus conjungetur, idque præsertim in  
Germania: Neque, ob unius, vel alterius abu-  
sum, generale aliquid statui debere, quo Ec-  
clesia vetustissimis, quibus fruitur, juribus  
exuatur, quove Successoribus in perpetuum  
adimatur facultas ejusmodi bonis utendi in Ec-

clesiæ emolumentum, et juxta laudabilem piam-  
que majorum institutionem.

ANNO

1744.

§. 4. Persuasum plane Nobis est, Te non Hortatur  
inter eos numerari, qui ita agendo, pravis Episcopos  
ejusmodi consiliis occasionem præbuerunt, aut ne hujus-  
præbent. Neque id inquirimus, an per hos modi ca-  
dies quoque in Germaniâ sit, qui sæcularis lumniis  
potius Principis, quam Episcopi personam causam  
gerat, quique Principatu, Templique the- præbeant.  
sauro, ad sæculi pompam abutatur. Generatim  
sane loquimur; eo magis, quod præsentēs literas  
non ad Te unum; sed ad complures alios trans-  
mittere decrevimus. Sed libere constanterque  
dicimus, ut si in Venerabili Episcoporum cœtu,  
et inter præclaros Germaniæ Præsules in præ-  
sens forte existeret, qui istud vitæ genus ageret,  
is animæ suæ consulat, talem vivendi rationem  
corrigat, emendatæque vitæ institutione scanda-  
lum de medio tollat, atque ita os obstruat iis, qui  
loquuntur mendacium, quique argumentis qui-  
dem falsis, sed veri speciem præferentibus,  
blandiuntur Principibus Sæcularibus, ad ea  
attendanda, a quibus illi hactenus se alienos esse  
profitentur. Qui sæcularem magis Principem,  
quam Episcopum gerit, is certo sciat, se talis  
ditionis Principem esse, eo quod Episcopus sit  
talis Diœcesis: Principatum autem non idcirco  
cum Episcopatu conjungi, quo negligatur cura  
animarum, sed quo ipsi plenius satisfiat, et  
Ovile Jesu Christi sibi traditum validius ab  
Hæresi propugnatur: Animadvertat quoque,  
pios Institutores, non ad luxum, et sæculi pom-  
pam fovendam, elargitos fuisse summa liberali-  
tate, ac munificentia pingues Ecclesiæ proven-  
tus; sed ut, detractis iis, quæ congruunt qui-  
dem cum Episcopo, tum Principi Viro, non  
ad propriæ voluntatis libidinem, sed ad Sacro-  
rum Canonum regulam, ita ut omnibus con-  
spicuum sit, quid inter Principem Sæcularem,  
et Episcopum Principem intèrsit, necnon ut  
iis detractis, quæ ad utriusque dignitatis gra-  
dum, atque onera necessaria sunt; quod reli-



PONT. quum est, in subsidium pauperum, et Ecclesie  
 A. IV. bonum impendatur. Qui ita se gesserit, minime  
 dubitet, quin Altissimus benedictionibus suis  
 eum largissime cumulet, atque una efficiat, ut  
 in Germania gravissima damna reparentur, quæ  
 ibi superiori memoria illata sunt.

Eadem- §. 5. Hæc, atque alia hujusmodi, animo qui-  
 que ab il- dem et Caritati tuæ præsentia fore non dubi-  
 lia invi- tamus; quibus quoque Te opportune usurum  
 cem sug- speramus, si quando occasio se dederit tibi  
 geri man- agendi cum iis, qui forte tam improprie, et  
 dat. inconsiderate viverent. Interera te toto animo  
 complectentes, Apostolicam Tibi, Dilecte Fili  
 Noster, Benedictionem peramanter imperti-  
 mur.

Dat. die Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
 15. Febr. Annulo Piscatoris die xv. Februarii MDCCXLIV.  
 1744. Pontificatus Nostri Anno IV.

*J. Vincentius Lucchesinius.*

*Similes Litteræ, eodem fere exemplo, scriptæ  
 fuerunt ad a'ios Antistites per Germaniam.*

## CAPITULO CATHEDRALIS

XCI.

Ecclesiæ Patavinæ nonnulla Indulta, et Privilegia conceduntur.

*Dilecto Filio Nostro Carolo S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacono S. R. E. Cardinali Rezzonico nuncupato.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili noster, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

**S**IMUL, ac Nobis, non humano quidem consilio, sed, ut profecto reputamus, Dei Numine admonitis, in mentem venit te dare Antistitem Patavinæ Ecclesiæ, cogitavimus ejus Canonice Collegium aliquo augere decore, quod pro testimonio haberet paterni amoris erga se Nostri. Ita siquidem merita esse videbatur Ecclesia a S. Prodocimo D. Petri Discipulo fundata, cultaque deinceps a tot successoribus in Divorum numerum adscriptis, Fidentio, Syro, Hilario, Maximo, Bellino, aliisque duobus Beatorum nuncupatione decoratis, Leonino, et Bernardo Maltraverso, nostra pariter ætate a Venerabili Cardinali Gregorio Barbadico. Ipsum Cathedrale Collegium, unde tres Pontifices maximi, Quartus Eugenius, Paulus Secundus, et Octavus Alexander prodierunt ad universum Christi Domini Oyile moderandum, sexdecim præterea S. R. E. Cardinales, quinque Patriarchæ, duodetriginta Archiepiscopi, et Episcopi, pluresque Romanæ Curix Præsules, multis jam pridem Pontificiæ beneficentiæ argumentis ornatum a Decessoribus Nostris Callisto hujus nominis Secundo, Alexandro Tertio, Urbano Ter-

Veteres  
Capituli  
Patavini  
Cathedrale  
prærogativa.

PONT. A. IV. tio, Innocentio tertio, Pio Secundo, adeo splendidam sui speciem exhibebat, ut Nos ad se magis magisque honestandum illiceret.

Cardi- §. 1. Nec in Te parum momenti fuit ad hujusmodi propositum nostrum confirmandum. nalis mo- Dum enim illi Episcopali auctoritate præes, tuis dernæ Epi- quoque amplissimis meritis ab Capite in mem- scopi lau- bra derivatis enitet. Nobis quippe ante oculos des. obversabaris clarus non una Ecclesiasticæ Ditionis Provinciali Præfectura, illustris gesto tot annos summa cum justitiæ, ac sedulitatis laude Romanæ Rotæ magistratu, spectatissimus denique amplissima Cardinalatus Dignitate, qua decorus Romæ inter præstantiores Collegas mirificam navabas assidue operam piis exercendis institutis, saluberrimis dicendis in Reipublicæ administratione sententiis; simul autem singulari præditus morum gravitate, atque innocentia, edebas magna Christianæ virtutis exempla: cujus illud tum quoque se Nobis obtulit, dum inopinato vocatus ad gubernandum Patavinum Gregem, anceps hæsisti, an arduo sustinendo oneri pares tibi adessent vires, nec nisi explorata per aliquot dies Dei voluntate, eaque comperta, illud subire voluisti; Statim deinde sacris cæremoniis initiatus; et ad commissas oves progressus, Pastoralis cura, et agendi suavitate Tibi adeo illarum amorem conciliasti, ut susceptum a Nobis Te eligendi consilium eximiis celebrent laudibus, idque apertissimo documento sit, Divino placuisse Pastori, quod Te in partem Pastoralis sollicitudinis vocaverimus. Hæc omnia Nobis suaserunt, ut Cathedrale Collegium tuum præcipuis honoribus amplificemus.

Dignit., §. 2. Quocirca motu proprio, nec ad ullius et Cano- postulatum, et plenitudine Nostræ Potestatis, nici Pa- decernimus, et constituimus, ut perpetuis futav. crean- turis temporibus Dignitates, et Canonici Patavinae istius Ecclesiæ, Notarii sint Sedis Apostolicæ, gaudeantque cunctis honoribus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, favoribus, indultis, quibus potiuntur ejusdem Apostolicæ

Apostolicæ Sedis Notarii de numero Participantium, sine tamen istorum præjudicio. Rursus ut dum in Choro divinas celebrant laudes, utantur per hyemem Suparo, seu Roccheto, et Cappa magna, per æstatem eodem Suparo, et Superpelliceo, sicut Vaticanæ Basilicæ Canonicis est in more. Pileum itidem gerant ornatum purpureo torulo, honoraria scilicet rubri coloris fasciola. Insigni præterea Familiæ suæ Protototariorum Galerum imponant. Dum quoque Sacrosanctum Missæ Sacrificium peragunt, Canonem Missæ adhibeant, et Lychneolum. Hæc omnia tamen concedimus, et concessa esse volumus, salva tua, et Successorum tuorum in omnibus jurisdictione. Nec per ea intendimus ullam Dignitatum, Canonicatum, et Præbendarum Ecclesiæ Patavinæ, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ per dictæ Ecclesiæ Canonicos, et inibi Dignitates hujusmodi obtinentes pro tempore possideri, seu in quibus, vel ad quæ jus haberi contigerit, reservationem, sive affectionem Nostræ, ac Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum, ac Sedi præfatæ collationi, et dispensationi inducere.

§. 3. Tuum modo sit Canonicos ipsos hujus beneficentiæ Nostræ certiores facere, iisque reddere has nostras Literas in forma Brevis, quæ in Tabulario servatæ, authentico testimonio fidem faciant Paternæ Benignitatis, Benevolentiaque erga se Nostræ, atque incitamentum præbeant obsecrandi Deum Optimum Maximum, ut Omnipotenti ope sua Nos muniat ad Ecclesiæ Gubernacula difficillimis hisce temporibus moderanda. Quod ut ipse quoque cum illis precari ne desinas, Apostolicam Benedictionem, Dilecte Fili Noster, Tibi, eisdemque Canonicis paterni cordis singulari studio impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22 Feb. MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno IV.

ANNO  
1744.

Eorum  
insignia,  
et habitus  
Choralis.

Usus  
Canonis,  
et  
lychneoli.

Præservantur  
Ordinari  
iura,  
quoad  
collationes.

Pontificiæ  
benevolentiam  
significatives.

Dat. die  
22. Febr.  
1744.

*J. Vincentius Lucchesinius.*

PONT.  
A. IV.

XCII.

## ANTIOCHENO

Patriarchæ Græcorum Melchitarum transmittitur Pallium, Communionis tessera, ac Dignitatis insigne, adjectis mandatis, et conditionibus opportunis.

*Venerabili Fratri, Cyrillo Catholico-Græco-Melchitarum Antiocheno Patriarchæ*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

**D**UM nobiscum animo reputamus, illustrem Patriarchæ Fides, Antiochenam Græcorum Ecclesiam, jamdiu a Religio, Romana Sede funesto Schismate divulsam, et in S. Sedem observantia ob- et in S. Sedem ob- servantia ob- commenda- dantur. tantem Fraternitati Tuæ commissam, in legitimi Pastoris tutela esse, omnibus quidem lætitiis. incedimus, diuturni mœroris propemodum obli- ti, quo ex illa Schismaticorum Antistitum irruptione conficiebamur; incredibili simul gaudio perfundimur, quod Catholici Græci Antiocheni Patriarchæ nomen, repetita longius antiquitatis memoria, Romanis Dypticis tuto adscribi queat. Qua de re maximas habemus, agimusque Deo gratias, eoque magis, quod Nobis in Suprema Ecclesiæ Cathedra, licet immerito, consentibus, id felicitatis evenerit; ac possimus, Te Præsidente, minus timere de illius Gregis parte, quæ ab insidiosis Pseudo-Episcopis circumsessâ, deserendæ Orthodoxæ Fidei periculo objiciebatur; contra vero aliqua duci spe, fore ut reliqui in Christi Domini Ovile se restituant. Magnum igitur tuum meritum est,

in Orientalem Græcum Patriarchatum veluti postliminio rediisse Catholici Antistitis decus. Ex eo autem æque plurimum apud Nos commendaris, quod ad rem tantæ momenti obtinendam Tibi aditum aperueris bene actâ vitâ prius Romæ in Collegio ad Propagandam Fidem instituto, deinde per tuam Nationem Christianis virtutibus palam asserta vera Dei Religione. Quamobrem a Catholicis Orientalis Diœcesis Episcopis in Antiochena Sede locatus fuisti, in qua per tot annos, veluti bonus Christi Miles, pugnasti adversus Catholicæ veritatis hostes, nullis fractus ærumnis, quibus adhuc oppugnaris. Fideli autem populo multum, ne erraret, providisti, consulta identidem Apostolica Sede, ejusque Decretis ac mandatis morem sedulo gessisti, non sine ingenti tuarum Ovium fructu, et eximia obedientiæ laude. Quin etiam ut arctius visibili Pastorum Principi Te adhærescere gloriari posses, Sacro ornari Pallio a Pontifice Maximo postulasti; ablegato idcirco Romam Dilecto Filio Joanne Aminique Sacerdote, qui prudenti, et grata agendi sedulitate utilem Tibi navavit operam suam. Nihil denique prætermisisti, in quo tua pietas, sincera fides, insignis erga Romanam Sedem observantia non elucesceret.

§. I. His auctus meritis, omnia spondere Tibi poteris de Nostra benignitate, et si adhuc Pallii donum dilatatum fuit, scito, id consulto evenisse, ut quo diuturnius optatum, eo jucundius acciperes. Nunc autem non amplius cunctandum rati, quin assiduis tuis precibus, nuper etiam in Consistorio ab eodem Ablegato Tuo renovatis, annueremus, libentissime Tibi transmittimus Pallium ipsum, desumptum e Corpore Divi Petri, in quo plenitudo Pontificalis officii continetur, quod Tibi tradet nostro nomine Venerabilis Frater Episcopus Babylonis, aut alius ab ipso substitutus; dummodo prius coram eorum altero emiseris Catholicæ Fidei professionem, juxta formulam præscriptam a

Pallium  
ipsi trans-  
mittitur.

**PONT.** fel. rec. Urbano VIII. Decessore Nostro, ac so-  
**A. IV.** lemni jurejurando pollicitus fueris fidelitatem  
 Fidei Nobis, et Apostolicæ Sedi, adhibita verborum  
 professio, formula Ablegato Tuo consignata, quæ cum his  
 juramen- formula Ablegato Tuo consignata, quæ cum his  
 tum fide- literis reddita Tibi erit; simulque juratus pro-  
 litatis et miseris, Te accuratissime, et qua par est obe-  
 de obser- dientia observaturum quicquid a Nobis sanc-  
 vandis re- tum fuit in encyclica Epistola ad Venerabiles  
 centibus Fratres Patriarcham Antiochenum Græcorum  
 Mandatis Melchitarum, et ad omnes hujus Ritus Catho-  
 Apostoli- licos Episcopos huic Patriarchæ subjectos, data  
 cis, eidem 24. Decemb. Anni proxime elapsi 1743. quæ in-  
 præscribi- cipit: *Demandatam cœlitus*; cujus exemplar cum  
 tur. Nostris hisce literis ad Te perveniet.

**Pallii** §. 2. Utere deinde hoc venerabili dono, eo-  
 usus ad que in tuæ Gentis oculis posito, excita illius  
 dignitatis memoriam ad retinendam, aut amplectendam  
 decus, et fidem, ab Apostolorum Principe æque Nobis,  
 religionis ac sibi traditam; unde veluti quadam cognatio-  
 excita- ne illecti, atque excitati, ad Nos revertantur,  
 mentum. aut Nobiscum perseverent, quotquot in tuo  
 Patriarchatu Sacro Baptismate initiati sunt. In  
 istiusmodi operam ut omnes intendas Pastora-  
 lis vigilantia curas, quod hactenus fecisti, pro  
 paterna sollicitudine Te adhortamur; plurimam  
 a Nobis gratiam quotidie magis initurus, cujus  
 pro pignore munusculum ad rerum Sacrarum  
 usum accipies, Ablegato tuo consignatum, at-  
 que Apostolicam Benedictionem, quam Frater-  
 nitati Tuæ peramanter impertimur.

**Dat. die** Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
**29. Febr.** Annulo Piscatoris die xxix. Febr. MDCCXLIV.  
**1744.** Pontificatus Nostri Anno IV.

*J. Vincentius Lucchesinius.*

*Acta Consistorialia dantur in Appendice.*

## CONTRA SURRIPIENTES,

XCIII.

Vel asportantes, aut apud se retinentes Sacras  
Hostias, vel Particulas consecratas.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**A**B Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, in quo Salvator Noster, et Dominus JESUS CHRISTUS se ipsum nobis, tamquam gratiarum omnium fontem uberrimum, atque pretiosum æternæ gloriæ pignus. amandum, atque fruendum exhibere ineffabili benignitate dignatur; cui curvari convenit omne genu, omnesque gentes, et populos, et linguas perennè adorationis, et honoris tributum offerre, sceleratorum Hominum audaciam, multoque magis sacrilegas impiorum manus arcendas esse, in primisque a Nobis Apostolicæ auctoritatis clypeo, ac districto pœnarum gladio; quantum cum Domino possumus, longius propulsandas, tum ipso ministerii Nostri Officio, tum etiam Prædecessorum nostrorum exemplis admonemur.

§. 1. Et sane, cum alias Ven. mem. Prædecessor Noster Innocentius Papa XI. per suam Constitutionem datam iv. Idus Martii Anno Incarnationis Dominicæ MDCLXXVI., statuerit, ut omnes, et singuli utriusque sexus, qui de execrabili furto Hostiæ consecratæ, sive unius, vel plurium Particularum consecratarum, cum sacra Pyxide, vel sine illa, legitime, et judicialiter confessi, aut convicti fuerint, quive propria malitia, vel de alterius mandato, Hostiam ejus-

Exor-  
diam.  
Epitome  
Constitu-  
tionis Inn  
XI.



**PONT.** modi, sive unam, vel plures Particulas conse-  
**A. IV.** cratas, ad malum finem, apud se retinere, vel  
 alio transferre, seu asportare præsumperint,  
 condignis pœnis, et animadversionibus pro fa-  
 cinoris atrocitate plectantur, et pro prima etiam  
 vice Curiaë sæculari tradantur; non obstante  
 minori ætate, dummodo vigesimum annum at-  
 tigerint; easdemque pœnas constituerit etiam  
 contra Mandantes: Immediatus illius Successor

**Epitome**  
**Constitu-**  
**tionis A-**  
**lex. VIII.**

fel. pariter rec. Alexander Papa VIII., æquali  
 zelo ad tam nefarium scelus eliminandum ar-  
 matus, prædictam Innocentii XI. Constitutio-  
 nem confirmavit, per aliam in simili forma da-  
 tam xi. Kalendas Januarii Anni MDCXC; in  
 qua etiam illud addidit, ut sub antedictæ Con-  
 stitutionis dispositione intelligi deberent com-  
 prehensæ omnes, et singulæ personæ tam Sæcu-  
 lares, quam Ecclesiasticæ, etiam Regulares,  
 cujuscumque dignitatis, status, gradus, Ordinis,  
 Congregationis, Societatis, et Instituti, quibus-  
 cumque privilegiis, exemptionibus, et Indulgen-  
 tiis munitæ, et quavis speciali nota, aut indi-  
 viduatione dignæ, nulla prorsus excepta; eas-  
 que omnes, siquas atrocissimi hujus criminis,  
 quocumque modo, etiam sine qualitate furti,  
 per se ipsas vel per alios quoscumque, aut de  
 alterius mandato, commissi, reas esse constaret,  
 omnibus, et singulis pœnis tum antiquis, tum  
 in dicta Innocentii XI. Constitutione innovatis,  
 etiam, quoad Ecclesiasticos, degradationis realis,  
 et traditionis brachio sæculari, omnino irremis-  
 sibiliter obnoxias fuisse et esse, atque in poste-  
 rum fore, declaravit.

**Confir-**  
**matio præ-**  
**dictarum**  
**Constitu-**  
**tionum.**

§. 2. Nos igitur, quibus horrendæ hujusmodi  
 impietatis magis magisque præcavendæ non mi-  
 nor cura pectori insidet, supradictas Prædeces-  
 sorum nostrorum Innocentii XI., et Alexandri  
 VIII. Constitutiones (quarum tenores, ac si de  
 verbo ad verbum præsentibus insertæ forent,  
 haberi volumus), atque omnes, et singulas dis-  
 positiones, ordinationes, declarationes, et ex-  
 tensiones in illis contentas, prout jacent, Motu

proprio, et ex certa scientia, et deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione confirmamus, approbamus, et innovamus, easque inviolabiliter, et inconcusse servari volumus, et mandamus.

§ 3. Cum autem, sicut Nos ipsi pluries agnovimus, dum adhuc in minoribus existentes, in Romana, atque universali Inquisitione Consultoris munereungebamur, in hujusmodi Causarum tractationibus, quæ coram Sacro prædictæ Inquisitionis Tribunali agitantur, hæ plerumque exceptiones a Reis, atque Reorum Advocatis proponi soleant; quod scilicet subreptarum Particularum, sive Hostiarum consecratio, et surripientium, sive asportantium, vel respective retinentium intentio ad malum finem directa, minime a Fisco probentur; et propter hujusmodi exceptiones, et deficientes in Fisco probationes ad easdem repellendas, hujus generis causas in longum protrahi contingat, atque etiam ipsi aliquando Rei delictorum suorum impunitatem, aut pœnarum minorationem pessimo exemplo obtinere tentaverint; Cumque super relevantia istarum exceptionum, quæ ex prædictarum Innocentii XI., et Alexandri VIII. Constitutionum contextu oriri asseruntur, et super eo, an ipsis Reis, vel Fisco potius incumbat onus conficiendi probationes pro supradictis exceptionibus fundandis, vel respective destruendis, novam aliquam declarationem Pontificia auctoritate suffultam memoratis Constitutionibus adjungi desideraretur: Idcirco Nos, volentes omnia sacrilegis Hominibus adimere subterfugia, per quæ condignas tantæ impietatis pœnas declinare, vel earum minorationem, et relaxationem prætere, vel obtinere possent, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, atque etiam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum a S. Sede specialiter

Referuntur. causæ  
novarum  
declara-  
tionum.

**Р о н т.** deputatorum sensui, et consilio Nobis aliàs super hac re insinuato inhærentes, ea quæ sequuntur opportune statuenda, et declaranda censuimus.

**A. IV.** De probatione Consecrationis. §. 4. Quoties igitur per legitimas probationes constiterit, vel Hostiam, vel Particulas a Reo subreptas, sive alio modo asportatas, atque retentas, in Sacro prius Repositorio, seu Tabernaculo, vel in Sacra Pyxide, aut Ostensorio asservatas, indeque sacrilego ausu extractas, atque asportatas fuisse; vel eidem Reo constituto, aut alteri personæ, in actu Communionis a Sacerdote traditas, deindeque vel in eodem Communionis actu, vel post illum, ab ipso sumente ex proprio ore extractas fuisse; tunc satis, et abunde fundatam præsumptionem Fisco suppetere declaramus, pro asserenda earumdem Hostiarum, seu Particularum consecratione; ad quam excludendam nonnisi claras, et concludentes in contrarium probationes admitti debere decernimus; quarum perficiendarum onus ad ipsum Reum pertinere dubitandum non est, ac ne in posterum dubitari contingat, præsentis declarationis tenore statuimus.

De probatione pravæ intentionis. §. 5. Inutiliter etiam a Reis, vel ab eorum Defensoribus proponeretur exceptio non probatæ pravæ intentionis abutendi Sacramento ad malum, vel sacrilegum finem, nisi concludentibus, et juridicis probationibus, adstruendis pariter ab ipsis Reis, in quos tale onus præsentis declarationis vigore expresse refundimus, hujusmodi exceptio constabilita fuerit, et justa, aut excusabilis ratio asportationis, aut retentionis Sacramenti, plene comprobetur. Aliàs etenim Fisco semper assistet valida, et legitima præsumptio de intentionis pravitate, quotiescumque probaverit ipsam Sacræ Hostiæ, vel Particulæ subreptionem, asportationem, aut rationem: absque eo quod, super malo, vel sacrilego fine, speciales probationes debeat cumulare. Itaque neque istam, neque aliam superius memoratam exceptionem, ubi sufficienter, ut supra, pro-

batæ non fuerint, impiis tanti Sacramenti violatoribus ullatenus suffragari volumus, quo minus omnibus, et singulis pœnis, etiam pro prima vice traditionis brachio Sæculari, et quoad Ecclesiasticos, degradationis realis, et traditionis pariter pro prima vice brachio Sæculari, in præfatis, et antiquioribus Prædecessorum Nostrorum, et juris sanctionibus, contra hujusmodi nunquam satis detestandi facinoris Reos juste, ac sapienter constitutis, subjiciantur, et cum effectu plectantur, et puniantur.

ANNO  
1744.

§. 6. Decernentes præsentibus nostras Literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, Clausulæ. quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, Ordinis, præeminentiae, vel dignitatis existant, sive aliàs specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causæ propter quas eadem præsentibus emanaverint, adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, et de Apostolicæ potestatis plenitudine simili concessio, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentibus semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos spectat, et

**PONT.** deputatorum sensui, et consilio Nobis aliàs su-  
**A. IV.** per hac re insinuato inhærentes, ea quæ se-  
 quuntur opportune statuenda, et declaranda  
 censuimus.

De pro-  
 batione  
 Consecra-  
 tionis.

§. 4. Quoties igitur per legitimas probationes  
 constiterit, vel Hostiam, vel Particulas a Reo  
 subreptas, sive alio modo asportatas, atque re-  
 tentas, in Sacro prius Repositorio, seu Taber-  
 naculo, vel in Sacra Pyxide, aut Ostensorio  
 asservatas, indeque sacrilego ausu extractas,  
 atque asportatas fuisse; vel eidem Reo consti-  
 tuto, aut alteri personæ, in actu Communionis  
 a Sacerdote traditas, deindeque vel in eodem  
 Communionis actu, vel post illum, ab ipso su-  
 mente ex proprio ore extractas fuisse; tunc  
 satis, et abunde fundatam præsumptionem Fisco  
 suppetere declaramus, pro asserenda earum  
 Hostiarum, seu Particularum consecratione,  
 quam excludendam non nisi claras, et con-  
 dentes in contrarium probationes admi-  
 bere decernimus; quarum perficiendarum  
 ad ipsum Reum pertinere dubitandum  
 ac ne in posterum dubitari contingat,  
 declarationis tenore statuimus.

De pro-  
 batione  
 pravæ in-  
 tentionis.

§. 5. Inutiliter etiam a Reis, vel ab eorum  
 Defensoribus proponeretur exceptio non probate  
 pravæ intentionis abutendi Sacramento ad mu-  
 lum, vel sacrilegum finem, nisi concludentibus,  
 et juridicis probationibus, adstruendis pariter  
 ab ipsis Reis, in quos tale unum præsentis de-  
 clarationis vigore expressè refundimus, hujus  
 modi exceptio constabit, et iusta  
 excusabilis ratio asportationis, aut retentionis  
 Sacramenti, plene demonstrabitur. Aliam  
 Fisco semper assidue, et legitime  
 sumptio de  
 probatio



PONT. pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari.

A. IV. Decreta. §. 7. Sicque, et non aliter in præmissis censeretur, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, ac potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes. §. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, exemptionibus, et Indultis, etiam in corpore juris clausi, aut Literis Apostolicis quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, et Institutis, etiam Societatis Jesu, et S. Joannis Hierosolymitani, aliisve quibuslibet specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam clausulis, et Decretis, etiam irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, et de Apos'tolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi, pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua

mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exactissime servatis, et specificatis, respective habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

ANNO  
1744.

§. 9. Volumus insuper, et eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eadem præsentibus, et in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætere valedat, ipsas præsentibus, seu earum transumpta, ad Valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, et Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, et in Acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, et affigi: Sicque publicatas, et affixas, omnes, et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, et aretare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, et notificatæ fuissent.

Publicationis  
effectus.

§. 10. Utque earundem præsentium transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu aliquus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Exemplorum  
auctoritas

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, decreti, declarationis, ampliacionis, et extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Sanctio.



POPT. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem,  
 A. IV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-  
 Dat. die gentesimo quadragesimo quarto, tertio nonas  
 5. Mart. Martii, Pontificatus Nostri Anno IV.  
 1744.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

Loco ✕ Plumbi.

*Publicat. die 12. ejusdem Mensis, et Anni.*

XCIV.

## REVOCATIO

Communicationis Indulgentiarum inter Con-  
 fratres B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo,  
 et Tertiarios S. Francisci, aliàs a Clemente  
 XII. concessæ.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exor-  
 dium.

**R**OMANUS Pontifex, Pacis, Justitiæque præci-  
 pius Auctor, et Conservator, nonnumquam ad  
 importunorum petentium instantiam ad quas-  
 dam concedendas gratias deflectitur, quas post-  
 modum, rationabilibus suadentibus causis, præ-  
 sertim cum in divini cultus detrimentum cedere  
 comperit, revocat, cassat, et annullat, ac alias  
 ad æquitatis, et justitiæ præfatæ semitas redu-  
 cit, prout rerum, et temporum, ac personarum,

et locorum conditionibus, et qualitatibus diligenter pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

ANNO  
1744.

§. 1. Nuper pro parte Dilecti Filii Vincentii a Conceptione Fratris expresse professi, ac Prioris Generalis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniæ, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Indulgentiis, et Sacris Reliquiis præpositorum exposito, quod aliàs fel. rec. Clemens Papa XII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die xiii. Martii MDCCXXXVI. expeditas Literas, instante Dilecto quoque Filio Bonaventura a Ferrara tunc temporis Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, tendentibus etiam in id precibus Dilecti pariter Filii Ludovici Benzoni Prioris Generalis tunc pariter existentis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo, concesserat, ut omnes utriusque sexus Christifideles ubicumque existentes, tam intra, quam extra claustro degentes, etiam conjugati, qui sub Regula Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci militant, et sub jurisdictione pro tempore existentis Ministri Generalis secundo dicti Ordinis reperiuntur, omnibus et quibuscumque Indulgentiis, et peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus ab hac Sancta Apostolica Sede concessis, et concedendis, et quibus Confratres, et Consores Confraternitatum sub invocatione Beatæ Mariæ de Monte Carmelo quædam sibi injuncta opera adimplentes gaudent, gaudere possent, et aliàs, prout in ipsius Clem. Prædecessoris Literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus, uberius continetur.

Communi-  
cations  
Indulgentiarum a  
Clem. XII  
concessa.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod occasione promulgandi communicationem, seu concessionem Indulgentiarum hujusmodi, in Hispaniarum præsertim Regnis, ob-

Questio-  
nes exor-  
tæ super  
concessio-  
nis intel-  
ligentia.

...miserabilibus... iurgia ex eo exci-  
 ...excitari poterant,  
 ...predicti ab  
 ...Confratribus,  
 ...B. Mariae de  
 ...pro assequendis la-  
 ...munctorum proprios  
 ...esse divulgabant; ideoque  
 ...Dei Genitricem Ma-  
 ...resiusque celebres  
 ...minui videbatur;  
 ...tollenda incoave-  
 ...eventura, dissensio-  
 ...prefatus Vincentius Pro-  
 ...desiderabat, ut vel  
 ...Predecessoris Literae revo-  
 ...moderarentur, vel  
 ...et Consorioribus Confra-  
 ...Monte Carmelo, ad  
 ...indigentias, et peccato-  
 ...relatio-  
 ...dicti Ordinis S.

NO

...Congregatio. audito  
 ...a Ferra-  
 ...Ordinis Fratrum Cap-  
 ...Generali, qui predicta-  
 ...quam nove  
 ...impositioni  
 ...ab utraque parte deductis  
 ...die xix. Decembris proxi-

Ex  
 diam.

...supplicandum  
 ...Clementis Prede-  
 ...Vincen-  
 ...supplicari fe-  
 ...providere, et,  
 ...Apostolica  
 ...Vincentium Procon-  
 ...favouribus, et gra-  
 ...excommu-  
 ...interdicti, aliisque

Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Præfatæ Cardinalium Indulgentiis, et Sacris Reliquiis Præpositorum consilio, memoratas Clementis Prædecessoris Literas, communicationem Indulgentiarum, Confratribus, et Consororibus B. Mariæ de Monte Carmelo concessarum, et concedendarum, ad favorem Tertiariorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum continentes, cum omnibus, et singulis in dictis literis contentis, et inde secutis quibuscumque, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, revocamus, cassamus, irritamus, et annullamus, viribusque et effectu penitus et omnino vacuumus, ac vacuatas esse volumus, et decernimus; Decretumque memoratæ Congregationis Cardinalium die XIX. Decembris proxime præteriti, ut præfertur, editum, et a Nobis die II. Januarii nuper elapsi, prævia illius relatione per memoratæ Congregationis Cardinalium Secretarium facta, approbatum, auctoritate, et tenore præfatis, quatenus opus sit, de novo approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit, plenissimè observari; sicque in præmissis per quoscumque Ordinarios, et Delegatos, etiam Palatii Apostolici Auditores, judicari, debere, ac irritum, et inane, si secus quoquam quavis auctoritate scienter, fuerit contigerit attentari. Non obstanti supplicationibus, et Ordinationibus Apostoli-

ANNO

1744.

Cum clausulis, et Decretis opportunis.

**PONT.** ortæ dissensiones, multaque jurgia ex eo exci-  
**A. IV.** tata fuerant, et in posterum excitari poterant,  
 quippe quia Fratres Cappuccini prædicti, ad  
 adimplemento priorum operum Confratribus,  
 et Consororibus Confraternitatum B. Mariæ de  
 Monte Carmelo hujusmodi pro assequendis In-  
 dulgentiis illis concessis injunctorum proprios  
 Tertiarios absolutos esse divulgabant; ideoque  
 cultus erga Gloriosissimam Dei Genitricem Ma-  
 riam de Monte Carmeloq, ipsiusque celebres  
 Confraternitates, necessario minui videbatur;  
 ac propterea ad hujusmodi tollenda inconve-  
 nientia, ac jurgia deinceps eventura, dissensio-  
 nesque componendas, præfatus Vincentius Pro-  
 curator Generalis plurimum desiderabat, ut vel  
 prædictæ Clementis Prædecessoris Literæ revo-  
 carentur, vel illæ saltem moderarentur, vel  
 opera pia Confratribus, et Consororibus Confrat-  
 ernitatum B. Mariæ de Monte Carmelo, ad  
 effectum consequendi Indulgentias, et peccato-  
 rum remissiones, ac pœnitentiarum relaxatio-  
 nis injuncta, Tertiariis etiam dicti Ordinis S.  
 Francisci injungerentur.

**Congreg.** §. 3. Eadem Cardinalium Congregatio, audito  
**Indulgent** prius Dilecto quoque Filio Sigismundo a Ferra-  
**consilium** ria moderni secundo-dicti Ordinis Fratrum Cap-  
 pro ejus- puccinorum Procuratore Generali, qui prædicta-  
 dem con- rum Literarum potius revocationi, quam novæ  
 cessionis cujuscumque oneris piorum operum impositioni  
 revocatio adhæret, juribusque ab utraque parte deductis  
**ne.** diligenter perpensis, die xix. Decembris proxime  
 præteriti censuit, Nobis esse supplicandum  
 pro revocatione supradictarum Clementis Præde-  
 cessoris Literarum. Nobis propterea dictus Vincen-  
 tius Procurator Generalis humiliter supplicari fe-  
 cit, ut sibi in præmissis opportune providere, et,  
 ut infra, indulgere de benignitate Apostolica  
 dignaremur.

**Cui Pon-** §. 4. Nos igitur ipsum Vincentium Procura-  
**tifex ad-** torem Generalem specialibus favoribus, et gra-  
**hærendo,** tiis prosequi volentes, et a quibusvis excommu-  
**eam revo-** nicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque  
**cat, irri-**  
**tat etc.**

ANNO  
1744.

Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Præfatæ Cardinalium Indulgentiis, et Sacris Reliquiis Præpositorum consilio, memoratas Clementis Prædecessoris Literas, communicationem Indulgentiarum, Confratribus, et Consororibus B. Mariæ de Monte Carmelo concessarum, et concedendarum, ad favorem Tertiariorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum continentes, cum omnibus, et singulis in dictis literis contentis, et inde secutis quibuscumque, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, revocamus, cassamus, irritamus, et annullamus, viribusque et effectu penitus et omnino vacuumus, ac vacuatas esse volumus, et decernimus; Decretumque memoratæ Congregationis Cardinalium die XIX. Decembris proxime præteriti, ut præfertur, editum, et a Nobis die II. Januarii nuper elapsi, prævia illius relatione per memoratæ Congregationis Cardinalium Secretarium facta, approbatum, auctoritate, et tenore præfatis, quatenus opus sit, de novo approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios. et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostoli-

Cum clausulis, et Decretis opportunis.

PONT. cis, ac, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ  
 A. IV. Apostolicæ regula *de jure quæsito non tollendo*, ac dicatorum Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod earundem Literarum Transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub  
 12. Mart. Annulo Piscatoris die XII. Martii MDCCXLIV.  
 1744. Pontificatus Nostri Anno IV.

*D. Card. Passioneus.*



## FACULTATES

XCV.

Majoris Pœnitentiarii, et Officii Pœnitentiariæ.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**P**ASTOR bonus Christus Dominus ad quærendam Ovem, quæ perierat, a Patre missus, quum ea reperta, atque humeris suis imposita, in cœlum reversus fuerit, Vicarios operis sui, quibus universi gregis pretio magno sibi coempti regimen credit, exemplis præceptisque suis instructos reliquit, ut et commissas Oves intra moderatæ disciplinæ septa coercere, et continere omnino studio satagerent; et si quas forte, amore pravæ libertatis abreptas, procul a via salutis licentius aberrare contingeret, eas ad bonam frugem, et ad debita justitiæ officia renovare, ostensa potissimum ac proposita venia, misericorditer niterentur. Hæc autem summi Pastorum Principis documenta præ oculis habentes Prædecessores Nostri Romani Pontifices, quemadmodum atrociora quædam, et graviora crimina severe notanda, ac districte vindicanda duxerunt, latis contra eorum auctores Censuris, aliisque Ecclesiasticis pœnis, quarum absolutionem, seu relaxationem, pro suprema potestate in universa Ecclesia sibi concessa, suo peculiari judicio reservarunt, ne scilicet impunitas peccandi delinquentium excitaret audaciam, ita, ne contra nimia obtinendæ veniæ difficultas pœnitentes ad desperationem propelleret, opportuna reverentis ad cor offerre, atque admovere remedia,

Exordium.  
Christianæ Religionis spiritus, et disciplina circa lapsos.



PONT. memores Christi charitatis, et misericordiæ,  
 A. IV. nullo unquam tempore prætermiserunt.

Officii §. 1. Ideo, præter alia plura pro variis causa-  
 Pœnitenti- rum generibus constituta Romanæ Curiæ Tribu-  
 tiariæ iu- nalia, voluerunt imprimis jam inde a vetustissi-  
 stitutum, mis usque temporibus extare in ea, et nunquam  
 et utilitas defecturum perpetuo conservari, instar fontis  
 patentis Domui David in ablutionem peccatoris,  
 Apostolicæ Pœnitentiariæ Officium, ad quod uni-  
 versi Fideles ex omni Christiani Orbis regione pro  
 suis quisque spiritalibus morbis quamlibet occul-  
 tis, sive per se, sive per arcanas literas, propriis  
 etiam suppressis nominibus, tuto confugere pos-  
 sent, et convenientem vulneribus medicinam,  
 secreta et gratuita curatione (qualis ab omnibus  
 optanda foret) protinus consequerentur. Cujus  
 tam præclari, tamque salutaris instituti ratio  
 Romanis pro tempore Pontificibus magnopere  
 cordi fuit; tantamque ex hujus Officii ministerio  
 in Ecclesiæ administratione utilitatem experti  
 sunt; ut olim eidem Officio non modo causas  
 ad interius pœnitentiæ forum, sed aliàs etiam  
 complures ad gratiam, et justitiam externi fori  
 pertinentes, expediendas committere non dubi-  
 taverint.

S. Pius V. §. 2. Sed sancto, ac salubri consilio Vener.  
 veteris mem. Prædecessor noster Sanctus Pius Papa V.  
 Pœnitenti- animadvertens hujusmodi negotiorum, atque  
 tiariæ for- curarum cumulum, aliorum Tribunalium in-  
 ma sup- stituto magis convenientium, Pœnitentiariæ Of-  
 pressa, ficium dumtaxat onerare, ac solum illud,  
 novam in atque assiduum studium aliis negotiis ad anima-  
 stituit. rum salutem pertinentibus præcipue tribuen-  
 dum, imminuere posse; quod jam fel. rec.  
 Pius pariter Papa IV. ex parte facere aggressus  
 fuerat, id ulterius promovere, ac perficere magna  
 cum laude decrevit, ideoque, Anno Pontificatus  
 sui IV. Incarnationis Dominicæ MDLXIX. quarto  
 Kalendas Maji, edita Constitutione, quæ incipit  
*In omnibus*, veterem Pœnitentiariæ formam sup-  
 pressit, atque abolevit, novamque de integro  
 excitavit; multisque provide, ac sapienter con-

stitutis circa Majoris Pœnitentiarii, ejusque Officialium electionem, qualitates, certum numerum, functiones, stipendium, et secreti custodiam; eas dumtaxat facultates Officio Pœnitentiariæ concessit, ac deinceps competere voluit, quas novo ejusdem statui magis congruere judicavit.

ANNO  
1744.

§. 3. Has vero facultates cum a sequentibus Romanis Pontificibus ferme singulis ampliari, aut immutari, aut explicari, qua Literis Apostolicis, qua vivæ vocis oraculis, sæpe contigerit; cumque hujusmodi Literarum, atque oraculorum multiplicitas, et varietas pluribus in rebus non minimas dubitationis causas afferrent; placuit Innocentio XII. pariter Prædecessori nostro unum ex ipsis delectum, unamque summam, et compilationem efformare, quam publicavit per suam Constitutionem, quæ incipit: *Romanus Pontifex*, datam anno Incarnationis Dominicæ MDCXCII. tertio nonas Aprilis.

Innoc.  
XII. fa-  
cultates  
plenius  
ordinavit.

§. 4. In qua tamén Constitutione quum idem Innocentius Pontifex Maximus aliqua facultatum capita in aliud tempus ordinanda distulerit, circa quæ nulla in hunc usque diem emanavit provisio; et cum nonnulla de cætero in eadem Constitutione disposita, majori quadam luce indigere, usu et experientia compertum fuerit; et non pauca præterea accesserint circa Apostolicæ Pœnitentiariæ facultates sequentium Pontificum decreta; et præsertim Constitutio fel. record. Clementis XII. immediati Prædecessoris Nostri, quæ incipit: *Apostolatus Officium*, Anno MDCCLXXXII. quarto nonas Octobris edita; Idcirco, quod olim Nos ipsi sæpe optavimus, dum in minoribus existentes munus Doctoris Decretorum in eadem Pœnitentiaria exerceremus, ut huic scilicet operi denuo manus admoveretur; id ipsum a pluribus aliis sæpius optatum fuisse cognovimus. Postquam ergo Divinæ Providentiæ, cujus inscrutabilia sunt consilia, ita placitum fuit, ut immerentes Nos, et plane inopinantes ad summum Pontificatum proveheret, statim intelleximus, præfatis justis

Causæ  
edendi  
præsen-  
tem Con-  
stitutio-  
nem.

PONT. desideris a Nobis potissimum esse satisfaciendum.  
A. IV.

Incipit  
dispositi-  
va.

Major  
Pœnitentiarius potest consulere Papatiam in prohibitis : et ei de V.V. O. asserenti, fides habenda.

§. 5. Quocirca re diu et mature discussa, et multisque desuper consultationibus habitis, et omnes Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, seu Literas quaslibet, atque omnia vivæ vocis oracula ipsius Pœnitentiariæ Officium quomodocumque concernentes, seu concernentia, præ oculis habentes; Salva semper Majoris Pœnitentiarii facultate Romanum Pontificem consulendi in quibusvis particularibus casibus, etiam per præsentibus nostras Literas non concessis, immo prohibitis, seu reservatis, et exceptis; ita ut ipsi Majori Pœnitentiaro de Romani Pontificis speciali mandato, vivæ vocis oraculo desuper sibi facto, procedere asserenti, indubia fides debeat adhiberi; Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, infrascriptas facultates eidem Pœnitentiariæ, et Majori Pœnitentiaro de cætero competere, ac in illa, et ab illo in hunc, qui sequitur, modum exerceri posse, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, atque decernimus.

I.  
Facultates absol-  
vendi a  
peccatis,  
et censuris.

§. 6. Concedimus itaque Nostro, et pro tempore existenti Majori Pœnitentiaro, ut omnes et singulos cujuscumque qualitatis, dignitatis, et gradus, Ecclesiasticos Sæculares, et cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti Regulares, necnon Laicos quoscumque utriusque sexus, tam præsentibus, quam absentibus, ab omnibus, et quibuscumque culpis, criminibus, et excessibus, quantumcumque gravibus, et atrocibus, tam publicis, quam occultis, quomodocumque, et quomodocumque commissis, et perpetratis, necnon ab omnibus Excommunicationis, Suspensionis, et Interdicti, aliisque censuris, et pœnis Ecclesiasticis, præmissorum criminum occasione latis, et per illos incursum, etiam in casibus, nedum Ordinariis, et Regularibus Superioribus, sed etiam Nobis, et Sanctæ Sedi

specialiter, ac etiam per Literas, quæ die Coenæ Domini quotannis promulgantur, reservatis; injuncta semper iisdem pro modo culpæ pœnitentia salutari, et aliis, quæ de jure injungenda fuerint, absolvere, et absolvi mandare possit, et valeat: Regulares nimirum a culpis, et censuris præmissis in utroque Foro; Ecclesiasticos vero Sæculares, necnon Laicos, a prædictis culpis, et censuris in Foro Conscientiæ tantum; Eisdem vero Ecclesiasticos Sæculares, necnon Laicos, tunc in utroque Foro absolvere, et absolvi mandare possit, quando agitur de censuris publicis latis a Jure, præsertim Sedi Apostolicæ reservatis, etiam nominatim declaratis, vel si agatur de latis nominatim ab homine, tunc quando Delegati, vel alterius Judicis, a quo latae fuerunt, Jurisdictio expiraverit; seu quando absolutio per eosdem Judices, aut alios, ad Romanum Pontificem, et ad dictam S. Sedem remissa fuerit; seu quando sic Censura ligati legitime impediuntur, quo minus præsentiam Judicum, vel illorum, qui eos sic ligarunt, aut alium, seu alios, quos de jure deberent, adire possint.

ANNŌ  
1744.

Etiam  
pro utro-  
que Foro  
Regula-  
res, et in-  
terdum  
quoque  
Sæculares

§. 7. Ita tamen, ut ab ejusmodi Censuris ab homine latis, vel declaratis in utroque Foro, ut præfertur, absoluti, vel qui absolvendi remittentur Judici, coram quo Censurarum causa pendet, in suis congruis casibus respective judicato paruerint, et Parti satisfecerint, vel quamprimum potuerint, pareant, et satisfaciant, alioquin in easdem Censuras reincidant. Renunte vero altera Parte satisfactionem Reo oblatam, et in Sententiis, seu Decretis minime expressam, accipere; possit Major Pœnitentiarius pro sua prudentia convenientem satisfactionem arbitrari, et respective supradicti Judicis conscientiæ remittere, ut ejusmodi pariter arbitretur; illaque per Reum oblata, nec per aliam partem irrationabiliter recusata, valeat, adhuc firma remanente hujusmodi obla-

Sed ju-  
dicato pa-  
rendum,  
et satisfa-  
ciendum  
parti.

PONT tione, ad absolutionem procedere, et ab alio  
A. IV. procedi mandare.

Absol- §. 8. Romam quoque advenientes, ibique Sa-  
vendi a cra loca visitaturos, ab omnibus per quem-  
Censuris cumque Judicem, vel aliàs quomodocumque,  
pro lu. non tamen in Romàna Curia nominatim pro-  
crandis In mulgatis, vel, si alibi promulgatæ fuerint, in  
dulgen- eadem Curia notoriis, Censuris, ad effectum  
tiis in Ur- dumtaxat, ut Indulgentias, sacra eadem Urbis  
be. loca pie ac religiose invisentibus concessas, li-  
bere et licite consequi valeant, absolvere, et  
absolvi mandare possit; ita ut elapso congruo  
tempore ab ipsa Pœnitentiaria ad effectum præ-  
dictæ visitationis præfiniendo, iisdem, quibus  
antea, Censuris teneantur. Eos vero, qui Cen-  
suris ab homine nominatim ligati, pro abso-  
lutione Romam advenerint, sed pro illa obti-  
nenda fuerint ad proprios Judices remissi, et  
probabile mortis periculum in itinere pertime-  
scant, poterit Major Pœnitentiarius, ad con-  
gruum tempus, ab ipso pro hujusmodi itineris  
confectione arbitrandum, in Foro conscientiæ  
tantum absolvere, et absolvi mandare; cum  
reincidentia, statim ac itineris terminum atti-  
gerint.

Et pro  
periculo  
itinera.

Absol- §. 9. Hæreticos occultos, qui nemini, et cum  
vendi ab nemine suas hæreses communicaverint, possit  
hæresi oc- idem Major Pœnitentiarius in Foro conscientiæ  
cultæ. tantum, absque alia abjuratione coram Ordi-  
nario, vel Inquisitore facienda, absolvere, vel  
absolvi mandare, quod pariter ipsi liceat, quando  
prædicti Hæretici occulti aliquos actus extrin-  
secos fecerint, ex quibus dignosci potuissent  
pro hæreticis; dummodo eosdem actus, quam-  
vis de sua natura noscibiles, seu ad notitiam  
deducibiles, nullus, quem ipsi sciant, aut cre-  
dant, notaverit, vel adverterit.

Et quan- §. 10. Publicos vero Hæreticos, seu Aposta-  
do a pu- tas a Fide Catholica, in Foro conscientiæ tan-  
blica. tum, absolvere, seu absolvi, mandare possit,  
in iis dumtaxat casibus, in quibus necesse non  
est complices denunciare; quando nimirum hu-

jusmodi complices, aut mortui sunt, aut in regionibus palam infectis existunt, et in illis degunt; non tamen quando complices in illis Regionibus viverent, in quibus Inquisitionis Sancti Officii auctoritas viget.

ANNO  
1744.

§. 11. Principes porro, et alios jus Imperii, etiam Vicario nomine, habentes, ac Dominia, et Respublicas seu Personas illorum, et illarum administrationem habentes, vel habere solitas, necnon Episcopos, et alios Superiores Prælatos, in casibus publicis, qui in præfatis Literis die Cœnæ Domini legi consuetis, continentur, etiamsi Romanus Pontifex propter infirmitatem vel aliam causam ita fuisset impeditus, ut celeriter consuli non posset, absolvere, et absolvi mandare nullatenus valeat.

Censuræ  
exceptæ.  
1. Censur.  
publ. Bul.  
Cœn. quo  
ad Prin-  
cipes, Præ-  
latos etc.

§. 12. Minusque possit, etiam in occultis, etiam in Foro conscientiæ tantum, absolvere, vel absolvi mandare S. R. E. Cardinales, aut alios cujuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis, dignitatis, et præminentiae fuerint, qui, vivente Romano Pontifice, de alio quopiam in ejus locum post ipsius mortem eligendo, vel, excludendo tractaverint, suffragia inierint, ambitusve, aut pactiones fecerint; vel, Sede Apostolica vacante, in censuras, seu pœnas in Literis fel. rec. Gregorii Papæ XV., et Urbani VIII. Prædecessorum Nostrorum super electione Romani Pontificis pro tempore facienda, xvii. Kalend. Septemb. Anno Incarnationis Dominicæ MDCXXI. et v. Kalendas Februarii Anno ejusdem Incarnationis MDCXXV. respectively emanatis, contentas, quomodolibet inciderint; præterquam si absolvi peterent, Sede Apostolica adhuc vacante; tunc enim absolvi poterunt modo inferius præscribendo pro tempore vacantis ejusdem Sedis.

2. Cen-  
sur. circa  
electio-  
nem Ro-  
mani Pon-  
tificis.

§. 13. Nec pariter possit, etiam in occultis, etiam in Foro conscientiæ tantum, eos cujuscumque qualitatis, status, dignitatis, præminentiae, et conditionis fuerint, absolvere, et absolvi mandare, qui Astrologia judiciaria, vel

3. Cen-  
sur. con-  
tra inqui-  
ren. per  
astrol. etc.

**POINT.** per se, vel per alios, de statu Reipublicæ  
**A. IV.** Christianæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis inquirentes, ejusdem Urbani VIII. Pont. Max. Literis, pridie Kal. Aprilis Anno ejusdem Incarnationis MDCXXXI. contra prædicta perpetrantes editis, contravenerint.

4. Censura concis, etiam in judicium non deductis, violata  
 tra publ. Immunitatis, seu libertatis Ecclesiasticæ, ulla  
 violatio- tenus absolvere, seu absolvi mandare.  
 nem Im-  
 mun. seu  
 libert. Ec-  
 clesiast.

§. 15. Super quacumque Irregularitate, et  
 inhabilitate ex quocumque delicto, etiam homicidio voluntario, et ex quocumque defectu  
 proveniente, possit idem Major Pœnitentiarius,

II. in casibus tamen occultis, et in Foro conscientie tantum, et prævia in gravioribus casibus  
 Faculta- matura discussione in Signatura Pœnitentiariæ a-  
 tes dis- genda, dispensare, vel dispensari mandare, tam  
 pensandi super Ir-  
 regular. cum Laicis, quam cum Ecclesiasticis Sæcularibus,  
 etc. in oc- Regularibus, cum quibus expediens videbitur,  
 cultis. ad hoc ut Ordinibus initiari, vel respective in susceptis, etiam in Sacris, et Presbyteratus Ordinibus ministrare, et ad Superiores ascendere, ac Dignitates, etiam Cathedraliales, et Metropolitanas, et quæcunque Beneficia Ecclesiastica, quandocumque ante dispensationem alioquin canonice obtentas, vel obtenta retinere, necnon ut hujusmodi Beneficia, et Dignitates (exceptis quando agitur de homicidio voluntario, vel alio gravissimo excessu, Ecclesiis Cathedralibus, et Metropolitanis), etiam post delictum assequi valeant.

Etiam §. 16. Item cum Hæreticis, et Apostatis a  
 cum Hæ- Fide Catholica, quando hæresis, et apostasia  
 reticis, et hujusmodi, si de Sæcularibus agitur, nullatenus est pro-  
 Apostatis palata, et quando casus gravitas non  
 a Fide. suadet, Pœnitentes ad Sac. Inquisitionem remittendos esse, super quacumque Irregularitate, Inhabilitate, et Infamia exinde contracta, tam ad Ordines, sive susceptos, sive suscipiendos, quam

quam ad Beneficia, dispensare, et dispensari mandare possit, et valeat. ANNO  
1744.

§. 17. Cum Homicidis, Bannitis, aliisque criminosis, ut in Religionem recipi, et in ea Professionem emittere licite possint, atque ut etiam qui homicidia voluntaria commiserint, aliquam ex approbatis Religionibus, tanquam Clerici, ingredi, in eaque profiteri valeant, in utroque Foro dispensare, seu dispensari mandare possit; ea tamen lege, quando sic oportere videbitur, ut Fiscum, et Partem prius concordaverint; et insuper cavendo, ne tempore Novitiatus Sacros Ordines suscipiant, aut ad Superiores ascendant; sed id eis minime liceat, nisi post Professionem emissam. Ut autem in iis Ordinibus, quos antea suscepissent, etiam tempore Novitiatus ministrare possint, quoties aliqua rationabilis causa id postulaverit, dispensare et dispensari mandare possit; adjecta tunc clausula: *Ut si forte in Religione non perseveraverint, seu ad sæculum redierint, ipso facto suspensi, etiam ab hujusmodi Ordinum antea susceptorum exercitio, remaneant.*

§. 18. Cum male promotis quibuscumque ad Ordines, in casibus tamen occultis, dispensare vel dispensari mandare valeat; et signanter, accedente legitima causa, dispenset, vel dispensari mandet cum Promotis per saltum, in casibus similiter occultis, ad effectum scilicet, ut omissos Ordines secrete recipiant a quolibet Catholico Antistite Gratiam et communionem cum Sede Apostolica habente, extra tempora, et non seryatis Interstitiis, et absque Dimissoriis; non tamen, ut plures Ordines Sacros eodem die recipiant. Et cum  
male pro-  
motis, in  
occultis.

§. 19. Cum promotis ad Sacros Ordines, qui Simoniam cum Episcopis promoventibus commiserint, dispensare et dispensari mandare possit, in occultis dumtaxat, et in Foro conscientiae tantum, cum clausula *monitis monendis*, et injuncta gravi poenitentia, ac re praesertim in Signatura discussa. Etiam in  
casu Si-  
mon. cum  
Episc.  
commisæ



PONT. §. 20. Titulos Beneficiorum cum occulta in-  
 A. IV. habilitate, vel alio occulto vitio, etiam in con-  
 III. cursu, male obtentorum, convalidare, vel con-  
 Faculta- validari mandare valeat.

tes in Be- §. 21. Verum a convalidatione Titulorum, et  
 neficiali- condonatione fructuum absteineat quoad illos, qui  
 bus con- de Ecclesiis Cathedralibus provisi, munus Con-  
 validandi secrationis infra præfinitum tempus non susce-  
 titulos. perint.

Excepto §. 22. Cum vero agitur de Simonia reali  
 casu dila- scienter contracta, et de Beneficiis, super qui-  
 tæ consecr- bus eadem contracta fuit, absteineat a dispen-  
 Episc. sationibus, seu convalidationibus Titulorum,

Et exce- etiam in foro conscientie tantum, etiam in ca-  
 plo casu sibus occultis; nisi forte prædicta Simonia con-  
 Simon. tracta fuerit ignoranter ignorantia facti, vel juris,  
 realis et Orator de illa certior factus, quam primum  
 scienter commode potuerit, dispensationem petierit.  
 contractæ Idemque intelligatur de Pensionibus, super qui-  
 bus Simonia realis scienter contracta, et com-  
 missa fuerit.

Condo- §. 23. Abstineat a condonatione pretii si-  
 nandi moniaci, quando in Ecclesiam læsam, vel pau-  
 quando- peres erogari debet; præter quam si delinquen-  
 que par- tium paupertas, et qualitas suadeant, aliquam  
 tem pretii ejus partem ipsis remitti, aut condonari posse;  
 Simon. residuo semper in Ecclesiam, vel alios paupe-  
 res erogando.

Condo- §. 24. A compositione pariter, et condona-  
 nandi, vel tionem fructuum Beneficialium, et Episcopalium  
 compo- Ecclesiarum, ac etiam distributionum quarum-  
 nendi cumque, quovis modo male perceptorum, in  
 quoad fru- casibus non occultis, absteineat. In occultis vero,  
 ctus male perc. in possit cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis,  
 occultis. et ulterioribus, componere, vel etiam condona-  
 re; injuncta eisdem Pœnitentibus erogatione  
 elemosynæ, ipsius Majoris Pœnitentiarum, vel  
 Confessarii ab ipso deputandi arbitrio limitandæ.  
 Cum reliquis autem, videlicet Italis, Hispanis,  
 Lusitanis, et adjacentium Insularum Personis,  
 discrete compositionem concedere, et ea me-  
 diante fructus condonare valeat; pecuniis ex-

inde redactis arbitrio Nostro, et Successorum nostrorum pro tempore erogandis. Pauperibus autem, quorum inopia compositionem non admittit, possit condonare, injuncta pro eorum viribus eleemosyna modo supradicto. Porro quæ hic ordinantur, sine præjudicio illorum, quibus distributiones accrescere, vel non decrescere debent, sint, et censeantur ordinata.

§. 25. Quoad male ablata, vel retenta, quando domini incerti sunt, et casus occulti, partem aliquam delinquentibus pauperibus, si, eorum qualitate, et necessitate pensatis, ita videbitur, remittere, seu condonare, vel remitti, seu condonari mandare possit; residuum vero pauperibus distribui, vel in pia opera erogari, et quidem, si fieri potest, in locis, ubi illa ablata, extorta, vel usurpata sunt, mandare debet.

§. 26. Accipientes munera a Regularibus, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, ultra valorem decem scutorum monetæ, contra præscriptum a Prædecessoribus Nostris Clemente VIII. et Urbano pariter VIII. in suis Constitutionibus, XIII. Kalendas Julii Anni MDXCIV. et XVI. Kalendas Novembris Anno MDCXL. respective editis, non absolvat, nisi facta restitutione; vel, si eam de præsentibus nequeant adimplere, cum obligatione eandem, quamprimum poterunt, faciendi. Qui vero infra prædictum valorem ejusmodi munera acceperint, eos, injuncta arbitrio ipsius Majoris Penitentiarii, seu Confessarii per eum eligendi, eleemosyna, quæ in beneficium Religionis, seu Conventus, cui de jure facienda esset restitutio, si caute fieri possit, erogetur, absolvere, seu absolvi mandare possit.

§. 27. Cum Puellis, quæ Virgines non sunt, et subsidia Dotalia petunt, seu jam obtinuerunt a Confraternitatibus, aut aliis Locis, vel Dispensatoribus piis, quibus injunctum est, ut illas Virgines tantum dent, seu distribuunt; in occultis, et in Foro conscientie tantum, quatenus illæ in posterum honeste vivant, fa-

ANNO  
1744.

IV.

Faculta-  
tes circa  
onera re-  
stituendi  
super ma-  
le ablati  
incertis.Et super  
muneri-  
bus acce-  
ptis a Re-  
gulari.Et super  
dote, cum  
non Vir-  
gine.

**P O N T.** cultatem habeat dispensandi. Necnon dispensare  
**A. IV.** possit, in occultis pariter, et in Foro con-

Et cum scientiæ tantum, cum Virginibus, quæ petunt,  
 Virgine vel obtinuerunt ingredi, vel jam ingressæ sunt  
 super in- in Conventus, seu Monasteria destinata pro Mu-  
 gressu in lieribus ad bonam frugem traductis, ad effe-  
 Monaster- ctum ea licite ingrediendi, seu in eis reman-  
 Convertit nendi, ac profitendi, et Officia quæcumque  
 suscipiendi, et exercendi.

**V.** §. 28. Juramenta quæcumque, in quibus ex-  
 Facultas ploratum sit nullum cujusquam agi præjudi-  
 relaxandi cium, facultatem habeat in Foro conscientie  
 juramen- dumtaxat relaxandi.  
 ta.

**Commu-** §. 29. Vota simplicia quæcumque quomodo-  
 tandi dis- libet emissa, tametsi privato juramento con-  
 pensando firmata, etiam Religionis, Castitatis, Visitatio-  
 Vota sim- nis Sepulchri Dominici, aut Sacrorum Liminum  
 pl. etiam Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli de Urbe,  
 reserv. aut Sepulchri S. Jacobi de Compostella, possit  
 idem Major Pœnitentiarius in alia pietatis opera  
 dispensando commutare; etiam ad effectum  
 contrahendi Matrimonium, cum agitur de voto  
 castitatis, aliisque ex se Matrimonium illicitum  
 reddentibus, item Votorum implementum dif-  
 ferre, et ab illorum transgressionibus absol-  
 vere, et respective dispensando commutari, dif-  
 ferri, et absolvi mandare; consideratis causis  
 talium commutationum, dilationum, aut ab-  
 solutionum, et adjectis clausulis, quas appo-  
 nere, iisque injunctis, quæ injungere hactenus  
 in hujusmodi casibus Pœnitentiaria laudabiliter  
 consuevit.

**Dispen-** §. 30. Super recitatione Divini Officii, seu  
 sandicom Horarum Canonicarum, propter aliquam im-  
 mutando possibilitatem, seu moralem difficultatem, dis-  
 Hor. Can. pensandi, cum commutatione in alias preces,  
 vel orationes, vel alia pia opera earumque seu  
 eorum injunctione, habeat facultatem.

**VI.** §. 31. Cum Regularibus autem super Irregu-  
 Faculta- laritate, tam ex defectu, quam ex quocumque  
 tes specia- delicto quandocumque perpetrato, quomodoli-  
 les; pro bet contracta, ut eadem Irregularitate, aut qua-

vis inhabilitate, aliisque defectibus quibuscumque non obstantibus, susceptis Ordinibus, et eorum Privilegiis uti, ac in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare, et Ordines non susceptos suscipere, ac in iisdem pariter ministrare, necnon quæcumque, quotcumque, et qualiacumque, suorum Ordinum, et Congregationum, alioquin canonice obtenta, Officia, Beneficia regularia, munia, præeminentias, dignitates, et prælaturas, etiam majores, et principales, retinere et exercere, necnon eadem, seu easdem, ad quæ, seu quas in futurum canonice, et juxta eorundem Ordinum, et Congregationum regularia Instituta, eligentur, vel aliter assumuntur, recipere, assequi, gerere, ac liberè, et licitè exercere valeant, dispensare, eosque in pristinum, et ad eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum, et ad vocem activam, et passivam restituere, reponere, et plenarie reintegrare, et poenas illis gratiose remittere, et condonare, (non tamen habilitare ad Generalatum, quando agitur de publico natalium defectu); nec non pro majori absolutionum, et dispensationum prædictarum firmitate, quibusvis Constitutionibus, Ordinationibus, Statutis, et Privilegiis quomodolibet obstantibus sufficienter derogare, præfatus Major Pœnitentiarius possit, et valeat.

§. 32. Volumus tamen, ut in hujusmodi casibus, qui occulti fuerint, in Foro conscientie, etiam in publicis vero casibus in utroque Foro, auditis tamen Superioribus, et matura circumspectione semper adhibita, cum iisdem Regularibus, ut præfertur, dispenset, vel dispensari mandet.

§. 33. Quoad Apostatas, vel fugitivos Regulares, ad Apostolicam Pœnitentiarum recurrentes, servetur laudabilis ejusdem praxis, ut scilicet Major Pœnitentiarius, audito prius, si in Urbe adsit, Ordinis Superiore, seu Procureatore Generali, injungat Apostatæ, seu fugitivo, intra tempus arbitrio ipsius Majoris Pœniten-

A n n o  
1744.  
Regular.  
super Ir-  
reg., in-  
habilit. etc.

Etiam  
in publi-  
cis.

Super  
Apostatis,  
vel fugiti-  
vis.

PONT. A. IV. tiarii taxandum, reditum ad proprium Ordinem: Interim vero, si expediat, a censuris eundem absolvere, vel absolvi mandare possit, cum reincidentia si intra dictum tempus minime redierit, (dilata tamen usque ad actualem reditum dispensatione super irregularitate, si forte eam insuper contraxisset): et alias præterea pœnas, sive de jure communi, sive ex Statutis Ordinum, propter Apostasiam, seu fugam inflictas, discrete moderari, commutare, vel etiam, juxta peculiare circumstantias, condonare possit. Si vero casus ejusmodi sit, ut, re præsertim in Signatura discussa, censeatur expedire, quod absque reditu ad proprium, transitus eidem ad alium Ordinem concedatur; possit Major Pœnitentiarius istud etiam concedere, adhibitis tamen iis cautionibus, quas ad refrenandam vagandi licentiam necessarias, seu opportunas judicaverit; necnon illa præ oculis habendo, quæ infra circa transitum disponentur. Nemini autem Regulari quocumque de causa permittere valeat, ut in habitu Sæculari, seu Clerici Sæcularis, in perpetuum extra Claustra vivere possit.

Super transitu ab uno ad alium Ordinem. §. 34. Quoad transitum vero de una ad aliam Religionem, non solum valeat illum concedere a laxiori ad arctiorem, juxta *Cap. Licet de Regular.* verum etiam ad æqualem, et ab arctiori ad laxiorem, ob justas tamen, et graves respective causas ab eodem Majori Pœnitentiario probandas; audito prius Superiore Ordinis, a quo, et cum consensu Superioris Ordinis, ad quem faciendus est transitus. Pro majori autem transitus firmitate, in his omnibus casibus possit idem Major Pœnitentiarius Statutis et privilegiis Apostolicis quomodolibet obstantibus opportune derogare.

Ordines excepti. §. 35. Verum abstinere ab hujusmodi transitu concedendo ad alias Religiones, seu Ordines, præterquam ad illas, seu illos, in quibus claustralis, et regularis observantia vigere dignoscatur; quod si de tali claustrali, et regulari ob-

ANNO  
1744.

servantia ullatenus dubitetur, exquirenda erit authentica Ordinarii attestatio. Abstineat pariter a transitu prædicto concedendo ad Ordines Hospitalares, et Militares, quamvis in istis claustralis, et regularis observantia vigeret, nisi forte ad Ordinem S. Joannis de Deo. Neque item eundem transitum concedat ad Ordinem Sancti Benedicti antiquioris Observantiæ, aut ad alias consimiles Congregationes, cujuscumque Ordinis fuerint.

§. 36. Concedere itidem possit transitum ab uno Monasterio ad aliud, Monialibus tantum ultra Montes existentibus, legitima concurrente causa, in Signatura discutienda et approbanda, committendo tamen facultatem hujusmodi transitus admittendi, et exequendi, arbitrio Ordinarii, cum clausulis opportunis pro casuum varietate.

Super  
simili  
transitu  
Monia-  
lium.

§. 37. Quo vero ad censuras, seu pœnas, in quas Moniales incurrere, et peccata reservata, quæ ab eisdem committi contigerit, etiam in casibus violatæ clausuræ, qui tamen casus occulti fuerint, vel ubi agatur de aliquo occulto defectu dispensando, possit idem Major Pœnitentiarius præfatis Monialibus Confessarium cum opportunis facultatibus concedere.

Super  
Cens. de-  
fectibus  
etc. ear-  
undem  
Monia-  
lium.

§. 38. In casibus vero publicis Clausuræ a Monialibus prædictis, vel ab aliis quibuscumque personis, ad malum finem violatæ, delinquentes non absolvat, nec absolvi mandet, nisi pro ipsis Episcopi, seu Ordinarii supplicaverint, et casus ad congregationem S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium Præpositam deducti non fuerint.

Quid su-  
per publ-  
violatione  
Clausuræ  
Monial.

§. 39. In Matrimoniis contrahendis possit idem Major Pœnitentiarius, in foro conscientie tantum, super impedimentis occultis, quæ Matrimonium non dirimunt, dispensare, vel dispensari mandare; itemque super omissione denunciationum, etiam ad effectum contrahendi secretò; in quo servantur, quando agitur de Matrimoniis Conscientie nuncupatis, Literæ a

VII.  
Faculta-  
tes in Ma-  
trimoniis  
contra-  
hendis su-  
per impe-  
dimentis  
oc cultis

**PONT.** tiarii taxandum, reatum ad proprium Ordinem :  
**A. IV.** Interim vero, si expediat, a censuris eundem  
 absolvere, vel absolvi mandare possit, cum rein-  
 cidencia si intra dictum tempus minime redierit,  
 (dilata tamen usque ad actualem reatum dis-  
 pensatione super irregularitate, si forte eam  
 insuper contraxisset) : et alias præterea poenas  
 sive de jure communi, sive ex Statutis Ord-  
 num, propter Apostasiam, seu fugam inflictas,  
 discrete moderari, commutare, vel etiam, juxta  
 peculiare circumstantias, condonare possit. Si  
 vero casus ejusmodi sit, ut, re præsertim in  
 Signatura discussa, censeatur expedire, quod  
 absque reatu ad proprium, transitus eidem ad  
 alium Ordinem concedatur; possit Major Pœ-  
 nitentiarius istud etiam concedere, adhibitis  
 tamen iis cautionibus, quas ad refrenandam  
 vagandi licentiam necessarias, seu opportunas  
 judicaverit; necnon illa præ oculis habendo,  
 quæ infra circa transitum disponentur. Nemini  
 autem Regulari quacumque de causa permittere  
 valeat, ut in habitu Sæculari, seu Clerici Sæ-  
 cularis, in perpetuum extra Claustra vivere  
 possit.

Super  
 transitu  
 ab uno ad  
 alium Or-  
 dinem.

§. 34. Quoad transitum vero de una ad aliam  
 Religionem, non solum valeat illum concedere  
 a laxiori ad arctiorem, juxta *Cap. Licet de*  
*Regular.* verum etiam ad æqualem, et ab ar-  
 ctiori ad laxiorem, ob justas tamen, et graves  
 respective causas ab eodem Majori Pœnitentiario  
 probandas; audito prius Superiore Ordinis, a  
 quo, et cum consensu Superioris Ordinis, ad  
 quem faciendus est transitus. Pro majori autem  
 transitus firmitate, in his omnibus casibus  
 sit idem M. Pœnitentiarius, qui in his  
 legiis Ar. Pœnitentiarius, et in his  
 portu. Pœnitentiarius, et in his

Ordines  
 excepti.





PONT. Nobis datæ ad omnes Patriarchas, Primates;  
A. IV. Archiepiscopos, et Episcopos sub die 17. Nov.

Non ta-  
men diri-  
men., co-  
gnat. car-  
nul. vel  
spirit.

anni 1741. per ea verba incipientes : *Satis vo-  
bis compertum.* At a dispensationibus conceden-  
dis super quocumque impedimento ex quovis  
gradu, sive consanguinitatis, sive affinitatis ex  
copula licita, seu ex cognatione spirituali pro-  
veniente, etiam in Foro conscientie tantum,  
tametsi impedimentum sit occultum, et pericu-  
lum scandalorum immineat, in iisdem Matri-  
monii contrahendis, absteineat.

De con-  
tract. in  
quibus dis-  
pensare  
valeat.

§. 40. In contractis vero Matrimoniiis, a dis-  
pensatione, seu Matrimonii revalidatione in gra-  
dibus primo et secundo, seu secundo tantum,  
consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita,  
etiam in occultis, pariter absteineat; præterquam  
si in secundo tantum gradu prædicto impedi-  
mentum saltem per decennium duraverit occul-  
tum, et Oratores simul publice contraxerint,  
et convixerint, et uti Conjuges legitimi repu-  
tati fuerint. In tertio autem, et quarto gradibus  
occultis, in contractis possit dispensare; atque  
etiam in iisdem tertio, et quarto gradibus pu-  
blicis, possit revalidare Matrimonia, ex causa  
subreptionis, et obreptionis occultæ Literarum  
Apostolicarum nulliter contracta; præterquam  
si falsitas consistat in narratione præcedentis  
copulæ, quæ antea revera non intercesserat.

Revalidat  
dispens.  
Datarie  
in casu  
reticentæ  
copulæ.

§. 41. Quod si aliqui Oratores obtinuerint a  
Nostra Dataria dispensationem super gradu pro-  
hibito in primo et secundo, vel in secundo tan-  
tum, ac etiam in tertio, vel quarto, cum reti-  
centia copulæ inter eos sequutæ, quam sine  
honoris detrimento detegere non valeant; et  
ratione hujusmodi reticentæ petant dispensa-  
tionem pro Matrimonio contrahendo, seu re-  
validationem Matrimonii contracti; possit idem  
Major Pœnitentiarius, si copula sit adhuc se-  
creta, hujusmodi dispensationem, seu respective  
revalidationem in Foro conscientie tantum con-  
cedere; facta, quando agitur de primo et se-  
cundo, vel secundo tantum gradu, compositione

quinquaginta ducatorum auri de Camera ad Datariam transmittendorum, ad effectum (ut inconcussi moris est) erogandi in eleemosynas; nisi prior gratia expedita fuisset in forma pauperum; quo casu etiam hæc gratia similiter absque ulla compositione expediatur.

§. 42. Si qui vero Oratores, obtenta dispensatione a Dataria super impedimento primi, et secundi, sive secundi dumtaxat gradus Consanguinitatis, seu Affinitatis, cum expressione quidem carnalis copulæ, sed tacita occulta, et malitiosa intentione in ipsa copula habita ad facilius obtinendam dispensationem, pro reva- lidatione hujusmodi dispensationis ad dictam Pœnitentiariam recurrant, possit idem Major Pœnitentiarius desuper absolute dispensare cum miserabilibus personis explicite affirmantibus se, uti tales, et sub illa expressa qualitate, et forma miserabilium, dispensationes a Dataria obtinuisse: Cum iis vero, qui non tamquam pauperes, sed uti ex honestis familiis, sive uti nobiles, sive uti illustres, ab eadem Dataria similiter dispensati fuerint, non dispenset, nisi soluta prius in Dataria, ad effectum pariter erogandi in eleemosynas, taxa definienda arbitrio ejusdem Majoris Pœnitentiarum, pensatis circumstantiis cujuscumque casus, et respectu habito ad præjudicium Componendæ, et ad vires supplicantium. Si tamen isti pauperes essent, ita ut vere et realiter integram summam taxatam, vel aliquam ejus partem solvere non possent, præfatus Major Pœnitentiarius opportune in hoc casu provideat, facto verbo, si peculiaris difficultas id postulet, cum Sanctissimo.

§. 43. Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, seu ex actu fornicario proveniente, quotiescumque adsit rationabilis causa, licet periculum revelationis, seu scandalorum non immineret, vel non adesset, in matrimoniis tam contractis, quam contrahendis, in Foro conscientie dispensare, et dispensari mandare possit, et valeat.

ANNO  
1744.

Et in casu  
reticite  
intentionis  
facilius  
impetrandi  
dispens.

Super affi-  
nit. ex co-  
pula illi-  
cita.

P O N T. §. 44. Super occulto impedimento criminis  
 A. IV. adulterii, si fuerit cum fide data dumtaxat,  
 Super im- neutro machinante, commissum, possit tam in  
 pedim. contrahendis, quam in contractis matrimoniis  
 criminis. dispensare. Si vero crimen hujusmodi fuisset,  
 utroque, vel altero machinante, patratum,  
 possit in occultis pariter dispensationem con-  
 cedere; raro tamen, et quando necessitas po-  
 stulaverit, ratione alicujus gravis imminens  
 periculi, quod prudentia Majoris Pœnitentiarii,  
 re præsertim discussa in Congregatione, vel  
 Signatura, arbitrandum erit.

Non ob- §. 45. Declaramus præterea, quod facultates  
 stante in præfatæ a Nobis Majori Pœnitentiario, et ejus-  
 prædictis dem Pœnitentiariæ Officio concessæ circa dis-  
 multipli- pensationes Matrimoniales, locum habeant,  
 citate etiamsi gradus, et impedimenta hujusmodi mul-  
 grad. et tiplicia sint, quacumque, et quantacumque mul-  
 impedim. tiplicitate; Volentes, in Literis hujusmodi dis-  
 pensationum matrimonialium, posse Prolem, ubi  
 Legiti- opus erit, sive suscipiendam, non tamen in  
 mare po- adulterio conceptam, in Foro conscientiæ tan-  
 test Pro- tum, legitimam decernere; necnon apponi clau-  
 lem. sulam: *Nullis etc.*, prout in hujusmodi ma-  
 teriis hactenus ipsa Pœnitentiaria servare con-  
 suevit.

Dispen- §. 46. Ulterius super casibus quibusvis occulti  
 sare po- impedimenti ad petendum licite debitum dis-  
 test ad pensare, aut dispensari mandare possit, et va-  
 petendum deb. leat.

### VIII.

Dat pro §. 47. Facultates Pœnitentiariis minoribus or-  
 libito fa- dinariis trium Basilicarum Urbis, aliisque ex-  
 cult. Mi- traordinariis, quorum deputatio pertinet ad  
 noribus prædictum Majorem Pœnitentiarium, possit  
 Pœnit. idem ad libitum concedere, et restringere. Fra-  
 Ubi Cap- tres vero Minores Cappuccinos in Confessarios  
 puccinos nullatenus deputet in illis Regionibus, in qui-  
 non depu- bus iidem Confessionibus audiendis operam dare  
 tat in Con- fessarios. non solent.

§. 48. Dubia omnia in materia peccatorum, seu Forum pœnitentiale alias quomodolibet concernentia, cum consilio Doctorum, et Theologorum suorum, valeat declarare.

ANNO  
1744.  
Declarat  
Dubia.

§. 49. Commissiones vero Majoris Pœnitentiarii non expirent, etiamsi committens, illis nondum præsentatis, et re integra, desinat quomodocumque Pœnitentiarius existere. Idemque intelligi volumus de illis commissionibus, quas Majori Pœnitentiario absente, vel ex aliqua justa causa impedito, alterius Pro-Pœnitentiarii ad tempus subrogati nomine expeditas, elapso hujusmodi subrogationis termino, præsentari contigerit.

Commis-  
sio Major.  
Pœnitenti-  
ar. durat  
etiam ces-  
sante Offi-  
cio.

§. 50. Omnibus denique Christifidelibus, qui ex veteri, et laudabili instituto Pœnitentiarium Majorem, munere suo statutis diebus Hebdomadæ Majoris in tribus Urbis Basilicis solemnî Ritu fungentem, pie reverenterque adierint, seseque pœnitentia virga tangendos submiserint, centum dies de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitæ pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxandi perpetuam facultatem eidem Majori Pœnitentiario confirmamus, et quatenus opus sit, de novo concedimus.

Concedit  
Indulg.  
in tactu  
virgæ etc.

§. 51. Sede Apostolica vacante, quoniam Animarum saluti, quæ omni tempore periclitatur, numquam non est subveniendum, unde merito Prædecessores Nostri Officium Pœnitentiariæ etiam post obitum Pontificis continuare jusserunt; Volumus, et decernimus, ut Major Pœnitentiarius (cujus facultas dicto tempore non expirat, sed tantummodo non habet exercitium extra Conclave), seu ejus Officiales, facere et expedire valeant quæcumque ad Forum conscientia pertinet. Ideo absolvere, seu absolvi mandare in dicto conscientia Foro valeant ab iis quoque censuris, a quibus aliàs vivente Pontifice adempta etiam Majori Pœnitentiario, et Pœnitentiariæ Officio absolvendi facultas reperitur: Hac tamen lege, (quemadmodum fel. record. Prædecessor Noster Clemens Papa XII. lata constitutione, quæ in-

IX.  
Sede A-  
post. vac.  
Pro foro  
conscien-  
tiæ, quo-  
ad absol-  
vendum.

PONT.  
A. IV.

cipit : *Apostolatus Officium*, ad consulendum simul animarum Fidelium salutem, et disciplinam Ecclesiasticam conservationem, provide cavet) ad nempe in hujusmodi censuris, ad tempus immutat, et cum reincidentia in easdem, et aliis aliis servandis, absolutio concedatur; sicut qui fuerint absoluti, ad novum Pontificem intra terminum pro Locorum distantia definiendum, recurrere pro eadem causa teneantur; neque liceat Pœnitentiario Majori, ejusque Officialibus, præfixum terminum post Pontificis electionem ampliare, vel prorogare.

Et quoad dispensandum.

§. 52. Præterea concedimus, ut, si quando aliquod gravius Animæ periculum imminet, cui celeriter occurrendum videatur, re in Signatura diligenter examinata, et Majori quoque Pœnitentiario, si in Conclavi degat, pro materiæ gravitate consulto, et approbante, dispensare, aut dispensari mandare pro eodem Foro conscientiam, valeant; super illis etiam, super quibus aliis vivente Pontifice inhibita sit Majori Pœnitentiario, et Pœnitentiariæ dispensandi facultas; Ita tamen, ut Oratores, sicuti superius dictum est, ad novum Pontificem post ejus electionem similiter debeant recurrere; aliisque appositis clausulis pro casus natura necessariis, et opportunis.

Pro Foro externo conquiescit.

§. 53. Pro Foro vero externo, eadem Sede Apostolica vacante, eorum Officium penitus conquiescat; ita ut a quibuscumque matrimonialibus, et aliis dispensationibus, et absolutionibus, ac declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus, omnino abstineant.

Præterquam quo ad Regulares.

Et quoad Moniales pro eligendo Confess.

§. 54. Attamen concedimus, ut dicta Sede vacante, pro Foro externo facere et expedire valeant, quæ ad Regularium, et præsertim Apostatarum, et fugitivorum remedium, in superioribus facultatibus concessa sunt. Necnon ut Monialibus Confessarios extra ordinem valeant deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro earum libitu, inter approbatos ab

ordinario, ad audiendas Monialium Confessiones eligendos.

ANNO  
1744.

§. 55. Et demum, ut illos, qui in aliquam censuram Sedi Apostolicæ reservatam, etiam ob violationem Ecclesiasticam Libertatem, vel Immunitatem publice incurrerint, vel incurrisse declaraverint, et vere ac sincere poenitentes, et a Pontificis, ad quem post electionem recurrere debebunt, mandatis obtemperare parati, beneficium absolutionis sibi ulterius non differri et deprecentur, absolvere, cum reincidentia, et eademmodum in superioribus dictum est, vel absolvi mandare possint.

Et cum ad omnes pro absol. ad reinc. a Censuris publicis.

§. 56. Deferentes præsentem Literas, etiam ex eo, quod Major Poenitentiarius, ac præfatus Poenitentiarius Regens, et Officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa, quantumvis legitima, et juridica, de ullo subreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notati impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus posse; sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et a Majori Poenitentiario, Regente, ceterisque Poenitentiariæ Officialibus prædictis, aliisque, ad quos spectat, et pro tempore obtinebit, inviolabiliter observari; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuiuslibet quavis auctoritate, et interpretandi facultate, ubique judicari, et definiri debere: spiritum quoque, et inane quidquid secus super omnibus, et singulis præmissis, vel circa ea, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

X.  
Clausula,  
et Decreta

que Offi  
pontificis cle

imus, ut, si  
periculum im  
videatur, re in  
a, et Majori  
noclavi delegat, pr  
tu, et approbante  
mandare pro eodem  
super illis etiam, a  
Pontifice inhibita sit  
Poenitentiarie dispens  
at Oratores, sicuti su  
eum Pontificem post  
at recurrere; aliis  
natura necessar

eadem Sede A  
penitus ec  
matrimonia  
, et absolutio  
non quibusvis al  
tim, vel separati  
omnino abstinere  
us, ut dicta Sec  
facere et expedi  
m, et praesertim Ape  
remedium, in supe  
necessa sunt. Necnon u  
os extra ordinem valeant  
aliqua rationabili causa pe  
bitu, inter approbatos ab

os, qui in aliquam  
reservatam, etiam  
Libertatem, vel Im-  
rerint, vel incurrisse  
e ac sincere poeniten-  
ad quem post electionem  
mandatis obtemperare pa-  
olutionis sibi ulterius non  
entur, absolvere, cum rein-  
odum in superioribus dictum  
andare possint.

Et (u ad  
omnes pro  
absol. ad  
reinc. a  
Censuris  
publicis.

tes præsentis Literas, etiam  
or Poenitentiarius, ac præfatæ  
gens, et Officiales prædicti, ac  
a præmissis quomodolibet in-  
a, seu habere prætendentes,  
is non consenserint, aut vocati,  
uerint, aliaque quavis de causa,  
tima, et juridica, de ullo sub-  
ceptionis, seu nullitatis vitio,  
er, vel alio quocumque de-  
redargui, retractari,  
revocari nullatenus  
validas, firmas,  
Poenitentiario,  
Officialibus  
spectat, et pro  
observari; sic-  
ordinarios, et De-  
fungentes, etiam  
Auditores, et S. R.  
ere Legatos, et Sedis  
ta eis, et eorum cui-  
eandi, et interpretandi  
uari, et definiri debere:  
inane quidquid secus super  
ulis præmissis, vel circa ea,  
avis auctoritate scienter, vel igno-  
rit attentari.

X.  
Clausula,  
et Decreta



PONT. cipit : *Apostolatus Officium*, ad consulendum  
 A. IV. simul animarum Fidelium saluti, et disciplinæ  
 Ecclesiasticæ conservationi, provide cavit) et  
 nempe in hujusmodi censuris, ad tempus, immo  
 taxat, et cum reincidentia in easdem, et aliis  
 aliàs servandis, absolutio concedatur; sicut qui  
 fuerint absoluti, ad novum Pontificem intra  
 terminum pro Locorum distantia definiendum,  
 recurrere pro eadem causa teneantur; neque  
 liceat Pœnitentiario Majori, ejusque Officialibus,  
 præfixum terminum post Pontificis electionem  
 ampliare, vel prorogare.

Et quoad dispensandum. §. 52. Præterea concedimus, ut, si quando aliquod gravius Animæ periculum immineat, cui celeriter occurrendum videatur, re in Signatura diligenter examinata, et Majori quoque Pœnitentiario, si in Conclavi degat, pro materiæ gravitate consulto, et approbante, dispensare, aut dispensari mandare pro eodem Foro conscientiæ, valeant; super illis etiam, super quibus aliàs vivente Pontifice inhibita sit Majori Pœnitentiario, et Pœnitentiariæ dispensandi facultas; Ita tamen, ut Oratores, sicuti superius dictum est, ad novum Pontificem post ejus electionem similiter debeant recurrere; aliisque appositis clausulis pro casus natura necessariis, et opportunis.

Pro Foro externo conquiescit. §. 53. Pro Foro vero externo, eadem Sede Apostolica vacante, eorum Officium penitus conquiescat; ita ut a quibuscumque matrimonialibus, et aliis dispensationibus, et absolutionibus, ac declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus, omnino abstineant.

Præterquam quo ad Regulares. Et quoad Moniales pro eligendo Confess. §. 54. Attamen concedimus, ut dicta Sede vacante, pro Foro externo facere et expedire valeant, quæ ad Regularium, et præsertim Apostatarum, et fugitivorum remedium, in superioribus facultatibus concessa sunt. Necnon ut Monialibus Confessarios extra ordinem valeant deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro earum libitu, inter approbatos ab

ordinario, ad audiendas Monialium Confessiones eligendos.

ANNO  
1744.

§. 55. Et demum, ut illos, qui in aliquam Sedi Apostolicæ reservatam, etiam ob viciniam Ecclesiasticam Libertatem, vel Immunitatem publice incurrerint, vel incurrisse declarati fuerint, et vere ac sincere pœnitentes, et novi Pontificis, ad quem post electionem recurrere debebunt, mandatis obtemperare parati, beneficium absolutionis sibi ulterius non differri enixe deprecantur, absolvere, cum reincidentia, quemadmodum in superioribus dictum est, vel absolvi mandare possint.

Et cum ad omnes pro absol. ad reinc. a Censuris publicis.

§. 56. Decernentes præsentem Literas, etiam ex eo, quod Major Pœnitentiarius, ac præfata Pœnitentiariæ Regens, et Officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa, quantumvis legitima, et juridica, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus posse; sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et a Majori Pœnitentiaro, Regente, cæterisque Pœnitentiariæ Officialibus prædictis, aliisque, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuiuslibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, ubique judicari, et definiri debere: irritum quoque, et inane quidquid secus super omnibus, et singulis præmissis, vel circa ea, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

X.  
Clausula,  
et Decreta



gentesimo quadragesimo quarto, Idibus Aprilis, ANNO  
Pontificatus Nostri Anno IV, 1744.

*D. Cardinalis Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 22. ejusdem Mensis, et Anni.*

DE PŒNITENTIARÆ

XCVI.

Apostolicæ Officialibus, eorumque muneribus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad futuram rei memoriam.*

**I**N Apostolicæ Pœnitentiariæ Officio, per quod Romanus Pontifex concessam sibi divinitus in B. Petro Apostolorum Principe supremam ligandi, atque solvendi potestatem, maximo Ecclesiæ universæ fructu, in promovenda Fidelium salute indesinenter exercet, rectissimam undequaque agendi rationem constabilire, eandemque, quantum in Domino possumus, perpetuis etiam futuris temporibus inviolabilem commendare cupientes; postquam per alias Nostras Apostolicas Literas, hac ipsa die datas, quarum initium est: *Pastor bonus*, facultates Nostri Majoris Pœnitentiarii, ejusdemque Officii Pœnitentiariæ constituimus, ampliavimus commodius

Procur-  
mum.

ПОСТ. §. 57. Non obstantibus præmissis, et aliis qui-  
 A. IV. buscumque Constitutionibus, et Ordinationibus  
 Deroga- Apostolicis, et dictæ Pœnitentiariæ, etiam ju-  
 tionem op- ramento, confirmatione Apostolica, vel qua-  
 portuamæ. vis alia firmitate roboratis statutis, et consue-  
 tudinibus quibuscumque, ac quibusvis vivæ vocis  
 oraculis, privilegiis, indultis, et Literis Apo-  
 stolicis ejusdem Pœnitentiariæ Officio, illiusque  
 Majori Pœnitentiaro. ac Officialibus, et Mini-  
 stris, et quibusvis aliis, sub quibuscumque te-  
 noribus, et formis, ac cum quibusvis etiam  
 derogatoriis derogatoriis, aliisque efficaciori-  
 bus, et insolitis, clausulis, et decretis in genere,  
 vel in specie, etiam Motu proprio, et aliàs quomo-  
 dolibet per Prædecessores Nostros Rom. Pontifices,  
 ac etiam per nos ipsos concessis, innovatis, confir-  
 matis, et approbatis. Quibus omnibus, et singulis,  
 etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis,  
 eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, in-  
 dividua, et expressa, ac de verbo ad verbum,  
 non autem per Clausulas generales idem im-  
 portantes, mentio, seu quævis alia expressio  
 habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad  
 hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si  
 de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et  
 forma in illis tradita observata, iisdem præsen-  
 tibus pro plene, et sufficienter expressis, et  
 insertis habentes, ad effectum præsentium, illis  
 aliàs in suo robore permansuris, harum serie  
 derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio. §. 58. Nulli ergo omnino hominum liceat pagi-  
 nam hanc nostrarum compilationis, concessio-  
 num, prohibitionum, decretorum, statuti, vo-  
 luntatis, declarationis, confirmationis, deroga-  
 tionis, aliorumque præmissorum infringere,  
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem  
 hoc attentare præsumperit, indignationem  
 Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli  
 Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die  
 13. Apr.  
 1744.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem,  
 Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-

gentesimo quadagesimo quarto, Idibus Aprilis, ANNO  
Pontificatus Nostri Anno IV, 1744.

*D. Cardinalis Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 22. ejusdem Mensis, et Anni.*

DE PŒNITENTIARÆ

XCVI.

Apostolicæ Officialibus, eorumque muneribus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad futuram rei memoriam.*

**I**N Apostolicæ Pœnitentiariæ Officio, per quod Proce-  
Romanus Pontifex concessam sibi divinitus in mium.  
B. Petro Apostolorum Principe supremam li-  
gandi, atque solvendi potestatem, maximo Ec-  
clesiæ universæ fructu, in promovenda Fidelium  
salute indesinenter exercet, rectissimam unde-  
quaque agendi rationem constabilire, eandem-  
que, quantum in Domino possumus, perpetuis  
etiam futuris temporibus inviolabilem commen-  
dare cupientes; postquam per alias Nostras Apo-  
stolicas Literas, hac ipsa die datas, quarum  
initium est: *Pastor bonus*, facultates Nostri  
Majoris Pœnitentiarii, ejusdemque Officii Pœni-  
tentiariæ constituimus, ampliavimus commodius-

PONT. que digessimus; Nostras quoque partes esse judicavimus ad ea similiter recognoscenda, quæ Ministros Nostros in eodem Pœnitentiariæ Officio laborantes respiciunt, ad eorum videlicet numerum, qualitates, electionem, munera, onera, emolumenta, perfectius stabilisque ordinanda, mentis Nostræ aciem eo utilius convertere, quo majus intelligimus inesse momentum in optimo delectu, atque ordine Ministrorum, ut rectus ille, atque proficuis concessarum facultatum usus asseratur, ad quem potissimum studia nostra, cogitationesque feruntur.

Confir- §. 1. Quamquam enim recolendæ memoriæ  
matur Prædecessor noster S. Pius Papa V. in ipsa ere-  
Constitu- ctione hodiernæ Pœnitentiariæ, quam, vetere  
tio S. Pii suppressa extinctaque, novam ipse constituit,  
V. inci- multa et sane præcipua de futuris ejusdem Mi-  
piens: In nistris, seu Officialibus, sapienter decreverit  
omnibus. per suam Constitutionem, quæ incipit: *In omnibus*, datam XV. Kalendas Junias Anno MDLXIX. quam proinde Nos quoque firmam esse volumus, atque decernimus, præterquam in iis, in quibus eandem præsentibus nostris Literis constiterit adversari; Nonnulla tamen lapsu duorum ferme Sæculorum circa illa immutari debuerunt, variis de causis per alios Romanos Pontifices pariter Prædecessores nostros cognitis et approbatis: Quarum approbationum ne vel memoriam excidere vel fidem vacillare contingat, neve, si ignorentur, eveniat, ut hujusmodi immutationes in exemplum trahantur aliarum forsitan privato arbitrio deinceps induendarum; idcirco necessarium et opportunum duximus omnia et singula jam prius a nobis perpensa, atque recognita, et sicubi opus fuit, correctæ, seu in melius commutata, Literis explicare, tradere, atque Apostolica auctoritate sancita, ac roborata, in omnium notitiam, inviolabiliter in posterum servandâ, deducere. Motu itaque proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine infrascriptas ordinationes

Causæ  
præsentis  
Constitu-  
tionis.

circa Ministros, seu Officiales Apostolicæ Nostræ Pœnitentiariæ, necnon circa ejusdem œconomikum statum, et regimen constituimus, et in futurum observari decernimus, et mandamus.

A N N O  
1744.

§. 2. Numerum quidem, et genera hujusmodi Officialium eodem fere loco retinere volumus, ac primitus fuere a memorato S. Pio constituta; uno dumtaxat et altero, non ad novum genus Officii, sed ad Officialium numerum adjuncto. Itaque hi, et non alii, Officium Pœnitentiariæ constituent: videlicet Major Pœnitentarius, Regens, Theologus, Datarius, Canonista, Corrector, Sigillator, Procuratores, seu Secretarii tres, et Scriptores ordinarii itidem tres; uno nimirum Procuratore, et Scriptore uno, jam usque a primordiis recentioris Pœnitentiariæ, propter adauctam in dies negotiorum, et supplicantium multitudinem, ultra priorem numerum in prædicta Beati Pii Constitutione præfinitum, inductis.

Numerus, et genera Officialium Officium Pœnitent. constituentium.

§. 3. Major Pœnitentarius unus sit ex S. R. E. Cardinalibus, Presbyter, idemque Magister in Theologia, seu Decretorum Doctor; atque a solo Romano Pontifice eligetur per literas, ut hactenus moris fuit, in forma Brevis. Suum autem munus per se ipsum exercere debet, Sed si ex causa legitima, a Romano Pontifice admissa, absens, seu impeditus fuerit; ipsemet unum alium e S. R. E. Cardinalibus, prædictis qualitatibus insignitum, sibi Pro-Pœnitentiarium subrogabit; qui interim hoc munus pariter per seipsum prosequatur, Literasque, non Pœnitentiarium subrogantis, sed suo proprio nomine jubeat expediti.

Cardinalis Majoris Pœnitentiarium a solo Pontifice eligendi, qualitates Eidem impedito, vel absenti, facultas tribuitur sibi subrogandi Pro-Pœnitentiarium.

§. 4. Quod si contigerit, ut Major Pœnitentarius tempore vacantis Pontificiæ Sedis e vita discesserit; tunc a majore numero Cardinalium in Conclavi degentium, vel ante conclavis ingressum in Congregatione generali convenientium, eligendus erit per secreta suffragia alius Cardinalis Pro-Pœnitentarius ad ejusdem Sedis vacantis tempus; prout evenisse meminimus, obitu Ma-

Ratio eligendi Card. Pro-Pœnitentiarium eveniente obitu Ma-



PONT. Sede vacante per obitum fel. mem. Bened. Papa  
 A. IV. XIII. in personam Ven. Fratris Nostri Vincentii  
 joris Pœ- Episcopi Prænestini. tunc Tituli S. Honuphrii S.R.  
 nitentia- E. Presbyteri Cardinalis Petra nuncupati, cum illu-  
 stri Sede stri totius Collegii S. R. E. Cardinalium de illius  
 Apost. V. integritate, ac doctrina testimonio, quod deinde  
 cante. judicio suo comprobavit fel. pariter record. Cle-  
 mens Papa XII. Prædecessor Noster; eandemque  
 electionis formam pro simili eventu Pontificæ  
 Sedis vacantis distinctius postea constituit, atque  
 in futurum servari mandavit in sua Constitu-  
 tione, quæ incipit: *Apostolatus Officium*, data  
 IV. nonas Octobris Anno MDCCXXXII. in qua  
 plures ordinationes circa res eadem Sede vacante  
 agendas complexus est, cuique subscriptio S.  
 R. E. Cardinalium, ac de eadem servanda ju-  
 ramentum accessit.

Præcipua §. 5. Præcipuum vero Majoris Pœnitentiarii  
 munera a munus in recto, ac prudenti exercitio facultatum  
 Majori Pœ sibi concessarum, atque aliis supradictis Literis  
 nitentia- nostris comprehensarum, positum est. Sed est  
 rio obeun- quoque ejus muneris, quatuor diebus Majoris  
 da. Hebdomadæ, Dominica quidem Palmarum in  
 Basilica S. Joan. in Laterano, Feria vero quartâ  
 in Basilica S. Mariæ Majoris, et quinta, et sexta  
 Feriis in Basilica S. Petri Vaticana, Fidelium  
 Confessiones in Sede ad id constituta excipere,  
 necnon capita pie sese submittentium Virga Pœ-  
 nitentiali tangere, Indulgentias eisdem juxta  
 facultatem in prædictis aliis Nostris Literis con-  
 tentam impertiendo; præsentibus interim, et  
 per sua sedilia dispositis Pœnitentiariæ Officia-  
 libus. Præterea tribus anni diebus, quibus maxi-  
 me ad pœnitentiam Fideles excitantur, videlicet  
 Feria quarta Cinerum (qua die ipse cineres  
 capiti Summi Pontificis, Cardinalium, cæterorum-  
 que assistentium inspergit) et mane Feriæ sextæ  
 in Parasceve, et diei Commemorationis Fidelium  
 Defunctorum, solempni ritu rem Divinam in  
 Pontificia Capella peragere. Ad hæc Romano  
 Pontifici in supremo vitæ agone constituto, ad

spiritualem eidem in tali articulo ferendam ANNO  
opem, assistere. 1744.

§. 6. Ad eundem pertinet minores Pœnitentiarios Ordinarios a se ipso, et a Congregatione, Pœnitentiarios in tribus Basilicis Urbis Basilicis Urbis, in Ecclesia Lauretana, ac pro Anno Sancti temporis in Basilica S. Pauli, aliisque Urbis Ecclesiis deputat.

Minores Pœnitentiarios in tribus Basilicis Urbis, in Ecclesia Lauretana, ac pro Anno Sancti temporis in Basilica S. Pauli, aliisque Urbis Ecclesiis deputat.

Idemque intelligi volumus quoad Minores Pœnitentiarios Lauretanos, quorum examen valeat idem in absentia etiam Episcopis in Partibus sibi benevisis committere. Quin etiam poterit certum numerum extraordinariorum Pœnitentiariorum pro Basilica S. Petri eligere, atque in ea constituere, ut consuetis anni cujusque diebus, quibus major esse solet Pœnitentium concursus, eorum audiendis Confessionibus præsto sint. Atque insuper pro recurrentis Anni Sancti tempore suos quoque pro Basilica Sancti Pauli extra muros Pœnitentiarios designare; aliosque etiam, eodem anno durante, similibus facultatibus munitos, sive in nominatis Basilicis, sive in cæteris tam Sæcularium, quam Regularium Urbis Ecclesiis, prout magis expedire visum fuerit, pro magna Fidelium tunc confluentium copia, extra ordinem multiplicare. Demum per idem tempus Virum providum ac peritum deputare possit, qui frequens adeat supradictos Pœnitentiarios in quatuor majoribus Basilicis laborantes, ut libellos supplices pro peculiaribus Pœnitentium necessitatibus forte offerendos, ab eis recipiat, eorumque celerem apud Pœnitentiarium expeditionem sedulo curet, et ad Pœnitentiarios prædictos quamprimum referat, aliaque gerat, quæ Major ipse Pœnitentiarius pro recto rerum ordine gerenda mandaverit.

§. 7 Ad ejusdem Majoris Pœnitentiarii munus Idem §. 1.  
pariter spectabit personas seu Sæculares, seu Viros

**PONT.** Regulares, quibus id expedire iudicaverit, ad  
**A. IV.** peragenda exercitia Spiritualia in Domo Missio-  
 quotannis nis, prope Curiam Innocentianam sita, desti-  
 ad pera- nare; pro jure scilicet, quod idem Major Pœ-  
 genda Ex- nitentiarius habet, nominandi quolibet anno  
 exercitia Spi- quadraginta quatuor Viros in dicta Domo per  
 ritualia in congruum ejusmodi Exercitionum tempus gratis  
 domo Mis- sustentandos; quem ad finem eidem Domui as-  
 sionis de- signata reperiuntur annua scuta centum monetæ  
 stinare potest. Romanæ, partim ex bonis propriis per memo-  
 ratum Venerabilem Fratrem Nostrum Vincen-  
 tium Episcopum Prænestinum Sanctæ Romanæ  
 Ecclesiæ Cardinalem Petra nuncupatum hodiernum  
 Majorem Pœnitentiariam, laudabili piæ libe-  
 ralitatis exemplo, in adeo proficuum opus at-  
 tributis; partim ex superfluis Pœnitentiariæ pro-  
 ventibus, usque ad primam vacationem Officii  
 Sigillatoris; ac post hujusmodi vacationem, ex  
 emolumentis futuri pro tempore Sigillatoris in  
 perpetuum persolvenda; prout statutum fuit per  
 Literas fel. rec. Clementis Papæ XII. Prædeces-  
 soris Nostri Motu proprio exaratas sub die XIV.  
 Febr. Anni MDCCXXXII. quas quidem Literas  
 cum omnibus ordinationibus, conditionibus,  
 et clausulis in eisdem apposis, approbamus,  
 et confirmamus, ac perpetuis futuris temporibus  
 observari jubemus.

Reliqua autem Majoris Pœnitentiariæ munera,  
 atque onera iisdem adnexa cum ex alteris Li-  
 teris Nostris, in quibus ejusdem, et Pœnitentia-  
 riæ Nostræ facultates complexi sumus, tum, ex  
 iis, quæ in præsentibus subjicientur, dignosci  
 poterunt.

**Assigna-** §. 8. Emolumenta vero ejusdem, quæ varia  
**tio 100.** pro variis fuere temporibus, cum demum per  
**scutorum** fel. mem. Innocentium Papam XII. atque iterum  
**auri quo-** per similis record. Clementem Papam XI. Præ-  
**libet Men-** decessores Nostros, constituta sint scuta auri  
**se Majori** centum pro quolibet mense; Nos etiam eorum  
**Pœniten-** assignationem ratam esse volumus, et quate-  
**tariocon-** nus opus sit, eadem de novo concedimus, et  
**firmatur.** attribuimus.

§. 9. Sed præterea per supra memoratum Clementem Papam XII. assignata fuerunt eidem Majori Pœnitentiario e superfluis Pœnitentiariæ emolumentis annua scuta monetæ ducenta, eroganda in Pauperes ad eandem Pœnitentiariam, seu Majorem Pœnitentiarium, pro negotiis ad Pœnitentiariam spectantibus recurrentes; cum declaratione, quod hujusmodi eleemosynæ inter impensas, et onera Pœnitentiariæ connumerentur; reservata insuper Majori Pœnitentiario facultate adeundi Summum Pontificem in casibus particularibus, in quibus major summa pro hujusmodi eleemosynis requireretur. Quam assignationem, declarationem, ac reservationem, una cum derogatione applicationis prædictorum superfluum per Innocentium Papam XII. factæ Hospitio Apostolico Pauperum S. Michaelis de Urbe. Motu proprio prædicti Clementis Papæ XII. die XII Maji Anni MDCCXXXII. roboratas, Nos itidem approbamus, et confirmamus, et quatenus opus sit, præsentium tenore denuo concedimus, et constituimus.

§. 10. Officialium autem post Majorem Pœnitentiarium superius enumeratorum hæc potissimum qualitates erunt. Regens, Datarius, Theologus, et Decretorum Doctor eligentur Viri eximia doctrina præstantes, casuumque conscientiæ periti. Corrector sit in Decretis, stylo, cæterisque Pœnitentiariæ rebus diligenter versatus, et instructus. Sigillator probatæ fidei, et uti id munus postulat, omnium Officii expeditionum peritus. Procuratores quoque, et scriptores, vita, moribusque integris ornati, et ad suum quisque officium exercendum idonei. Ad hæc omnes prædicti Officii Pœnitentiariæ Ministri etiam Procuratores, et Scriptores, sint Presbyteri, vel certe in aliquo ex Sacris Ordinibus constituti.

§. 11. In electione prædictorum Officialium hæc ratio, et methodus servanda erit. Regens, Theologus, Datarius, Decretorum Doctor, Corrector, et Sigillator, Majoris Pœnitentiarum cura, et rece-

ANNO  
1744.  
Alia assignatio  
200. scutorum monetæ e superfluis Pœnitentiariæ emolumentis, in Pauperes pro negotiis Pœnitentiariæ recurrentes eroganda, eidem assignatur.

Qualitates in aliis Officialibus requisitæ.

Methodus servanda in electione, et rece-

**PONT.** et sollicitudine delecti, ac Romano Pontifici ab  
**A. IV.** eodem præsentati, ubi Pontificiam confirmatio-  
 ptione nem obtinere meruerint, Literis Patentibus ip-  
 prædicto- rius Majoris Pœnitentiarii, electionis, et con-  
 rum Offi- firmationis hujusmodi testibus, cum subscri-  
 cialium. ptione alicujus Secretarii expeditis, ad suum  
 quisque officium admittantur. Ad Procuratorum  
 vero, et Scriptorum officia ab eodem Majori  
 Pœnitentiaro non alii eligantur, et recipiantur,  
 quam qui prius, indicto publice Concursu, et  
 mora sex dierum interposita, a Regente, et  
 Correctore super vita, moribus, ætate, scien-  
 tia, cæterisque requisitis qualitatibus diligenter  
 examinati, et comprobati fuerint; alioquin  
 omnes prædictorum Officiorum concessionem,  
 etiamsi a Romano Pontifice ex aliqua causa ali-  
 ter factæ fuerint, pro irritis habeantur. Qui  
 autem rite juxta præscriptam formam electi fue-  
 rint, suis pariter patentibus Literis a Majori  
 Pœnitentiaro muniantur, atque ad exercenda  
 propria munera, singulis inferius designanda,  
 admittantur.

**Munus**  
**Regentis**  
**designa-**  
**tur.**

§. 12. Regentis porro munus, quod ex invete-  
 rata consuetudine uni ex Pontificiis Capellanis  
 Causarum Palatii Apostolici Auditoribus com-  
 mitti solet, in eo situm est, ut negotia uni-  
 versa, ea, qua decet puritate et diligentia,  
 dirigi studeat et expediri; proindeque petitiones,  
 casusque omnes ad Pœnitentiariæ Officium de-  
 ductos in primis diligenter examinet; quæque  
 perspicua sint, et secundum communem in eo-  
 dem Officio cursum, absque difficultate expediri  
 consueverunt, eadem expediri jubeat; cum  
 nullius omnino negotii, quantumvis ordinarii,  
 vel clari, expeditionem, sine prævia ipsius  
 Regentis recognitione, et approbatione Procu-  
 ratoribus liceat incipere. Quæ vero dubia, vel  
 obscura, vel aliqua difficultate involuta con-  
 spexerit, ea Regens ipse ad Majorem Pœniten-  
 tiarium referat, ut diligentius examinentur, ac  
 demum in ejus Signatura proposita decendantur.  
 Ut vero primi generis, quæ diximus, explicatiora

negotia quam celerrime conficiantur, idem Regens singulis Hebdomadis Procuratoribus apud se convenire jussis, ac precibus recurrentium consideratis, suoque ad singulas conveniente rescripto subnotato, ab iisdem Procuratoribus absque longiori mora expediri mandet.

ANNO  
1744.

§. 13. Corrector, ut expeditiones apto et convenienti stylo conscriptæ, sanæ, et integræ emitantur, earum schedulas, sive Minutas, seu Supplicationes a Procuratoribus confectas diligenter recognoscat, examinet, et corrigat, etiam, quoad fieri poterit, antequam Literæ partibus tradendæ scribantur, quo nimirum Literæ ipsæ integræ et mundæ, ac lituris, rasurisque prorsus carentes expediantur.

Munus  
Correctoris.

§. 14. Datarius in calce supplicationum Datam loci, diei, mensis, et anni, tam Æræ Christianæ, quam Pontificatus, adscribat; vel Romano Pontifice demortuo, notam Sedis vacantis apponat.

Munus  
Datarii.

§. 15. Theologus Consultor, quod quidem munus uni ex Presbyteris Societatis Jesu diuturna nec interrupta successione commendari consuevit, super petitionibus et casibus magis arduis, et implexis, qui ad ipsum a Majori Pœnitentiario, vel Regente, maturius considerandi et examinandi remittentur, adhibito diligenti studio, judicium suum, etiam in scriptis, si hoc ab ipso requiratur, aperiet.

Munus  
Theologi  
Consultoris.

§. 16. Canonista item Consultor, seu Decretorum Doctor, similiter a Majori Pœnitentiario, vel Regente requisitus, suum pariter consilium super casibus ad se remissis, post accuratum examen, etiam scripto, ubi id ab eo postuletur, proferre debet.

Munus  
Consultoris  
Canonistæ.

§. 17. Sigillator Literas eatenus recognoscat, ut manus requisitæ illis appositæ sint, et earum Datæ cum libello supplicationis concordent; deinde ipsas sigillo Pœnitentiariæ obsignet, ac demum obsignatas, et in totum gra-

Munus  
et Opera  
Sigillato-  
ris.

PONT. A. IV. tis expeditas, Procuratoribus remittat. Insuper memoratus Sanctus Pius Papa V. in sua Constitutione, quæ incipit, *In earum rerum commutatione*, data xiv. Kalendas Junias Anno MDLXIX. in qua vetera Collegia Scriptorum et Procuratorum Literarum Pœnitentiariæ a se ipso suppressa ad Cancellariam Apostolicam sub nova denominatione Scriptorum, et Procuratorum Literarum Apostolicarum Minoris Gratia, traduxit, ad eundem Sigillatorem pertinere voluit peculiarem curam omnium expeditionum, quæ per duo prædicta Collegia fierent, atque preventuum Pœnitentiariæ ex hujusmodi expeditionibus percipiendorum exactionem, et administrationem; compilationem quoque, et asseruationem Regestorum, tam omnium Supplicationum ad materias Minoris Gratia spectantium, quam Literarum Apostolicarum super eis conficiendarum; quemadmodum etiam in altera supracitata Constitutione super nova erectione Officii Pœnitentiariæ edita, eidem Sigillatori aliorum omnium Documentorum et Scripturarum ad ipsam Pœnitentiariam pertinentium custodiam demandavit, ejusdemque fidei et periculo commisit. Quæ licet ex magna parte non jam per se ipsum, sed per Pro-Sigillatorem exercere, immutata etiam aliquatenus agendi methodo, jam pridem ei concessum fuerit; ipsius tamen Sigillatoris erit invigilare, et dare operam, ut omnia quæque per dictum Pro-Sigillatorem exercenda, quæ cujusmodi sint, inferius statuemus, recte ac fideliter ab eodem administrantur.

Munus  
Procura-  
torum.

§. 18. Procuratores, seu Secretarii, inter quos materiae justa partitione dividendæ erunt, commissa sibi quisque negotia sedulo diligenterque prosequantur. Libellos supplices, literasque a recurrentibus missas integre percurrant, attenteque perpendant, earumque compendia, cum ita res feret, fideliter conficiant. Cuncta vero ad Majorem Pœnitentiarium, vel Regentem referant, nihilque penitus responsi scribere aggre-  
diantur,

ANNO  
1744.

grediantur, absque alterutrius mandato. Quo recepto, antequam ad expeditionem Literarum partibus tradendarum quoquo modo procedant, Supplicationes seu Minutas super materiis, ubi illis opus erit, per extensum exarare debeant, a Correctore recognoscendas. In expeditionibus autem quibuslibet extendendis, exacta uniformitas sensuum, et clausularum, quoad fieri poterit, a singulis observetur. Quamobrem summo pere conducet formulas habere præ manibus suo quamque generi petitionum accommodatas, et a Majori Pœnitentiario, cum consilio sex majorum Officialium superius memoratorum, prius comprobatas; a quibus, nisi ex gravi causa per Majorem Pœnitentiarium, vel Regentem admissa, nullatenus recedere supradictis Procuratoribus liceat.

§. 19. Scriptores demum, æqua scribendarum rerum divisione inter eos facta, caractere puro, claro, et minime deformi, et in iis, in quibus id moris est, Antiquo, sive, ut ajunt, Bullatico, eodem tamen quam maxime intelligibili, demandatas sibi Litteras accurate, integreque describant, liturasque quaslibet aut rasuras perdiligenter caveant. Iidem in libros seu regesta referant, quæ ipsis dabuntur eò referenda; videlicet Oracula, si qua emanant, Romanorum Pontificum; Decreta, et Instructiones Majoris Pœnitentiarii, et Signaturæ, regimen secretæ Pœnitentiariæ concernentia; resolutiones aliquot exemplares casus alicujus rarioris, et implexioris; Supplicationes super dispensationibus, præsertim matrimonialibus, a communi cursu recedentibus, seu pro foro etiam externo de speciali Romani Pontificis mandato concessis; et si quid aliud extraordinarium et singulare, memoriaque dignum, ita conservandum videbitur.

§. 20. Omnes vero Officiales supradicti Officia sua per se ipsos maxima diligentia, et fidelitate exercent. Soli autem præsentibus, et actu exercentes de-

Munus  
Scripto-  
rum.Officia-  
les prædi-  
cti Officia  
sua per se  
ipsos ex-  
ercere de-  
bent.

Ibm. II.

L



**PONT.** forte aliquis eorum ex justa causa absens, seu  
**A. IV.** legitime impeditus existat. Quod si aliquis ex  
 Ratio  
 supplendi  
 vices Offi-  
 cialis ab-  
 sentis, vel  
 legitime  
 impediti.

majoribus Officialibus hujusmodi impedimento detentus, vel absens fuerit, alter Officialis propinquior, juxta Sessionis in Signatura ordinem, suppleat impediti, seu absentis vices, ita exempli gratia subscribendo: *Pro D. Regente N. Datararius*: Si autem aliquis ex Procuratoribus, aut Scriptoribus, legitime, ut supra, impeditus, vel absens fuerit, possit Major Pœnitentiarius, durante legitima absentiae, vel impedimenti causa, alium aliquem in ejus locum assumere; seu subrogare, præstato solito juramento, et cum iisdem obligationibus, quibus alii Procuratores, et Scriptores titulati obstringuntur.

**De Si-  
gnatura  
Pœniten-  
tiae, in  
teressen-  
tia Offi-  
cialium,  
methodo-  
que in ea  
servanda.**

§. 21. In Signatura Pœnitentiariae, quæ alternis fere Hebdomadis, die per Majorem Pœnitentiarium designanda, haberi solet, interesse debent, ipso Majori Pœnitentiarario præsentente, omnes prædicti Officiales, Scriptoribus exceptis. In ea vero, singulis Procuratoribus demandatas sibi petitiones referentibus, casibusque præsertim dubiis reliquorum sex Officialium consultatione discussis, et examinatis, et cum maturo omnium judicio decisis, congruum Rescriptum a Regente propria manu breviter unicuique petitioni subjicietur, latius deinde a Procuratoribus explanandum.

**Expedi-  
tiones  
omnes se-  
creto, et  
gratis  
fiant.**

§. 22. Secreto potissimum, et gratis, quæ laus est maxime propria hujus Officii, negotia quæcumque in eo expedienda esse, omnes et singuli prædicti Officiales intelligant. Itaque super rigorosa utriusque capitis observantia sancte jurabunt, juxta præscriptam formulam, quæ est: *Ego N. Regens ab hac hora in antea ero fidelis, et obediens B. Petro, et Domino Nostro Papæ, ejusque Successoribus canonice intrantibus: Officium meum fideliter exercebo, et gratis; ejusque ratione nihil ab aliquibus, etiam sponte oblatum, vel donatum, accipiam, præter quam salarium mihi constitutum: Secreta Sacræ Pœnitentiariæ, et occultos casus, ac personas, de*

**Forma  
Juramen-  
ti ab uno-  
quoque  
Officia-  
lium præ-  
standi, et  
singulis  
annis ite-  
randi.**

quibus in ea tractabitur, nunquam cuiquam extra Officium revelabo, et ita juro ad Sacrosanctam Dei Evangelia. Quod juramentum unusquisque, cum primum ad suum munus exercendum admittetur, in manibus Majoris Pœnitentarii præstare debet; atque insuper omnes, singulis annis, in prima cujusque anni Signatura iterabunt. Qui autem juratum secretum violaverint, non levius punientur, quam Presbyteri Confessiones peccatorum prodentes. Qui vero, contra alteram juramenti partem, aliquid vel minimum a partibus, aut aliis, sive celerioris expeditionis, sive extraordinarii laboris in procurando, aut scribendo, aut recognoscendo, aut examinando, sive alio quocumque titulo, aut colore, acceperint, officio suo privati ipso facto censeantur, et excommunicationis sententia innotati, cujus nequeant absolutionem ab alio, quam a Romano Pontifice, extra mortis articulum, obtinere. At si hujusmodi crimen admisisse convicti fuerint, præter censuras et pœnas contra talia admittentes superius, aut aliàs quomodocumque propositas, non solum officiorum suorum privationem incurrant, sed ad futura etiam inhabiles, et infames reputentur, prout Nos illos ipso facto privatos, inhabiles, et infames harum etiam tenore declaramus.

§. 23. Caveant præterea, ne Officiorum suorum exercitio cum fraude, aut dolo, aut ullius generis captione se gerant, neve ipsi Partibus quicquam dolose, et fraudulenter suggerant, quo facilius optata impetrare possint. Sed petitiones dumtaxat justas, rationabiles, et honestas proponant. Quod si dolum, aut fraudem fecisse convicti fuerint, eodem modo, ac de accipientibus munera superius constituimus, ultra pœnas alias talibus indictas, privationem Officiorum, inhabilitatem, et infamiam pariter incurrant.

§. 24. Officia omnia memorata perpetua sint, durante obtinentium vita; neque, secluso casu legitimæ privationis, cujus occasionem, et cau-

ANNO  
1744.

Pœnæ,  
quibus  
subjiciun-  
tur Offi-  
ciales ju-  
ramento  
contrave-  
nientes.

Indican-  
tur Pœnæ  
Officiali-  
bus dolo-  
sis.

De per-  
petuitate  
Officio-

PONT. - §. 29. Ad œconomicum nunc Pœnitentiariæ  
 A. IV. statum curam Nostram intendentes, in primis,  
 Perceptio quod sæpeditus Sanctus Pius Papa V. decrevit  
 emolu- in supracitata Constitutione, quæ incipit, *In*  
 m̄ntorum *earum rerum commutatione*, ut scilicet emolu-  
 Pœnitentiariæ ex- menta ejusdem Officii Pœnitentiariæ, inter Ma-  
 expedi- jorem Pœnitentiarium, ejusque Officiales, juxta  
 tion. Col- præscriptam formam distribuenda, ex expedi-  
 leg. Min. tionibus Collegiorum Minoris Gratiae percipe-  
 Gratiae a rentur : id ipsum cum limitatione inferius dan-  
 S. Pio V. da, adprobamus, et confirmamus : supramemo-  
 statuta ratum Pœnitentiariæ Sigillatorem ab onere ad-  
 confirma- ministrandi hujusmodi emolumenta, quod ipsi  
 tur. potissimum in eadem Constitutione impositum

Sigillator ab admini-  
 stratio- ne dicitur,  
 emolu- mentor.  
 non absol-  
 vitur; po-  
 test ta-  
 men eam  
 per Pro-  
 Sigillato-  
 rem exer-  
 cere.

fuit, minime liberantes; non obstante quacum-  
 que in contrarium consuetudine antehac intro-  
 ducta, et per quantumvis longum temporis spa-  
 tium servata, vel etiam Prædecessorum Nostro-  
 rum auctoritate, aut expressa, seu etiam scripta  
 dispositione comprobata. Cui Sigillatori nihilo-  
 minus permittimus, ut, sicuti deinceps in mo-  
 rem inductum fuit, hujusmodi munus possit per  
 alium, idest Pro-Sigillatorem, modo tamen, et  
 forma inferius exprimentis, exercere.

§. 30. Pro-Sigillator igitur a Majori Pœniten-  
 tiario eligetur, Vir celebs, et prima saltem Ton-  
 sura insignitus, ætate matura, morum probi-  
 tate scientiaque ad suum obeundum munus ne-  
 cessaria præditus, quique bona in Urbe habeat,  
 vel idoneam cautionem, seu fidejussionem ex-  
 hibeat, ut si quod ejus culpa damnus Pœni-  
 tentiariæ obvenerit, haud desit unde resarciri  
 queat. Duplex porro erit hujusmodi Pro-Sigil-  
 latoris munus, alterum nempe Exactoris, et  
 administratoris Proventuum Pœnitentiariæ; et  
 alterum Registratoris non unius generis rerum,  
 quæ infra exprimentur : Eaque munera, sub  
 Sigillatoris directione, et cum ea, qua par est,  
 fide et diligentia exercebit, sequenti ratione.

Ejusdem  
 ouera.

§. 31. In omnibus expeditionibus, quæ per  
 prædicta Collegia Scriptorum, et Procuratorum  
 Minoris Gratiae fiunt, tam Supplicationes a Pro-

curatoribus confectas, quam Bullas desuper exaratas capiet, illas quidem in Cancellaria, has vero in Bullaria post subjectum Plumbum. Deinde, cum utrasque Domi suæ inter sese accurate contulerit, Supplicationes apud se retinebit, Archivio inde inferendas; omnes vero Bullas in particulari libro a *Taxis* nuncupato, sub sui quamque Procuratoris nomine adnotari, tum easdem in Regesto quamcitissime, ne expeditiones retardentur, describi, atque ita registratas ad exemplum de more conferri curabit; et proprio nomine singulis Bullis subscripto, eas tradet supradictorum Collegiorum Depositario, cui ab Expeditioribus emolumenta legitime taxata persolventur. Post hæc idem Pro-Sigillator, cujusque mensis dimidio, rationes, seu computa habebit cum unoquoque Minoris Gratia Procuratore, super Bullis ejusdem Procuratoris cura in proximo superiori Mense expeditis; ad hoc, ut quilibet Procurator prædicto Depositario suum dirigat mandatum solvendi portionem ad Pœnitentiarium spectantem, juxta Taxas a Prædecessoribus Nostris adprobatas.

§. 42. Depositarius autem hujusmodi solutionem in hunc modum explebit: Diriget nempe Ratio exigendi, deponendi, et solvendi pœnitentiariæ. mandatum, seu Ordinem ad Provisores Montis Pietatis (in quo quidem Monte tota summa Pœnitentiariæ debita deponenda erit,) ut ii eandem summam Pro-Sigillatori solvant, ad effectum, in ipso semper Ordinis contextu exprimendum, ut hic eam ipsam ibidem relinquat ad creditum Pœnitentiariæ, et ad dispositionem Majoris Pœnitentarii. Quem quidem Ordinem Pro-Sigillator re ipsa transferet ad dictum creditum, et dispositionem, alioquin de damno tenebitur. Postea Major Pœnitentarius sua mandata, seu Ordines conficiet de summis ex prædicto Deposito solvendis, tam pro honorario Officialium, seu Ministrorum, quam pro aliis quibuscumque ejusdem Pœnitentiariæ oneribus, et expensis. Hunc enim modum exigendi, deponendi, et solvendi præscriptum a fel. rec.

A N N O

1744.

PONT. Clemente Papa XII. Prædecessore Nostro per  
 A. IV. suum Chirographum editum die 11. Februarii  
 anni MDCCXXXVI., Nos quoque adprobamus,  
 et confirmamus, atque in posterum inconcusse  
 servari volumus, et mandamus.

Applica-  
 tio super-  
 fluorum  
 pœnitenti-  
 ariæ ab  
 Innocen-  
 tio XII.  
 facta Ho-  
 spitio Pau-  
 perum In-  
 validorum  
 inuova-  
 tur.

§. 33. Neque hic omittendum ducimus, quod,  
 deductis à prædicta summa ex expeditionibus  
 Collegiorum Minoris Gratiae redigenda, atque  
 in Monte Pietatis deponenda, emolumentis, at-  
 que honorariis prædicto Nostro pro tempore  
 Majori Pœnitentiaro, atque Officialibus, cæte-  
 risque Ministris Pœnitentiariæ persolvendis,  
 aliisque expensis, et oneribus in eadem Pœni-  
 tentiaria occurrentibus, et prudenti Majoris Pœ-  
 nitentiaro arbitrio determinandis, quidquid re-  
 liquum ex dicta summa erit, id totum et in-  
 tegrum cedere omnino debet Hospitio Pauperum  
 Invalidorum S. Michaelis de Urbe, juxta appli-  
 cationem eidem Hospitio factam per fel. rec.  
 Innocentium Papam XII. data Constitutione sub  
 die 111. Kalendas Junii Anni MDCXCIII. quam  
 applicationem ab aliis Prædecessoribus Nostris  
 confirmatam, Nos quoque firmam, et ratam  
 esse volumus, et mandamus et quatenus opus  
 sit, iterum auctoritate Nostra statuimus, et  
 innovamus.

Pro-Si-  
 gillator e  
 qualibet  
 Bulla Min  
 Gra. ob 8.  
 Sigillatori  
 exigit, ex  
 quibus in  
 ventu sc. 22. si-  
 bi, et duo-  
 bus Regi-  
 stratorib.  
 Ord. de-  
 trahat.

§. 34. Ad reliqua vero supradicti Pro-Sigilla-  
 toris Officia redeunt, statuimus, ut ultra præ-  
 dictam summam ipsi Pœnitentiariæ Officia assi-  
 gnatam et debitam, ex iisdem expeditionibus  
 Minoris Gratiae exigat, nomine peculiari Sigil-  
 latoris, et pro ipso Sigillatore, obolos octo e  
 qualibet Bulla. Ex quo Sigillatoris speciali pro-  
 ventu detrahet quolibet mense scuta monetæ  
 vigintiduo, pro mercede persolvenda Registra-  
 toribus, seu Revisoribus, sub ipso Pro-Sigilla-  
 tore laborantibus, qui esse quatuor solent,  
 Ordinarii duo, totidemque adjuncti: Et primis  
 quidem duobus, à Majori Pœnitentiaro depu-  
 tatis, solventur in singulos menses scuta duo-  
 decim; reliqua decem relinquuntur ipsimet Pro-  
 Sigillatori, quâ Registrator etiam est, ut supe-

nus inuimus, ad hoc, ut pro suo libito de duobus aliis adjunctis provideat.

§. 35. Præter Regesta vero supradicta ; seu Libros ad expeditiones Minoris Gratiaë pertinentes, idem Pro-Sigillator Regestum, seu Regesta alia servabit, in quæ referentur Suprema Romanorum Pontificum, aliaque Majoris Pœnitentiarîi, et Signaturæ Decreta, necnon omnia quæcumque Instrumenta, vel Documenta, statum OEconomicum Pœnitentiarîæ concernentia. Literæ item Patentes Majoris Pœnitentiarîi de Officialium, aliorumque Ministrorum electione; denique alia quælibet ad publicum Pœnitentiarîæ regimen, et statum spectantia; veluti Bullæ Institutionis, Reformationis, Facultatum, Officialium, aliorumque hujusmodi, Brevia item electionis Majoris Pœnitentiarîi, Chirographa, atque alia his similia. Quorum omnium sua sub cura, et cum periculo suo conservandorum, ne quid lapsu temporis pereat, neglectumve jaceat, authenticum Inventarium, ac Regestum conficere teneantur; cui quidquid postea additum, statutum, concessum, seu vetitum erit, id totum quæcumque quamprimum adscribatur: et sic deinceps hæc omnia in futurorum Pro-Sigillatorum fidem, cum eisdem conditionibus et periculis, deponantur.

§. 36. Jam vero emolumenta Pro-Sigillatoris erunt, primo annua scuta monetaë quadraginta, eidem solvenda a Pœnitentiarîa, intuitu Domus conducendæ pro servandis Regestis, seu Libris supradictis. Item consueta olei pro alendis luminibus in singulos menses mensuræ. Tum supradicta menstrua pensio, eidem, tamquam Registratori, a Sigillatore de propriis proventibus persolvenda. Demum varia quædam ipsi obvientiæ e Minoris Gratiaë expeditionibus, sive illarum occasione, quæ in summam certam redigi nequeunt; in quibus tamen percipiendis non ei licebit excedere mensuram per legitimas taxas, et per probatum Curiaë stylum pro singulis actibus, seu corrigendi, seu sumpta, ut

ANNO  
1744.

Regesta  
a Pro-Sigillatore  
conficienda,  
et servanda.

Emolumenta  
tam certa,  
quam incerta Pro-Sigillatoris.

PONT. vocant, tradendi, seu aliis, siqui sunt, præscriptam, et definitam. Prædictis autem emolumentis futuri quilibet Pro-Sigillatores contenti esse debebunt, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Cura, et administratio Archivi. §. 37. Archivum porro Pœnitentiariæ, quod Prædecessorum nostrorum providentia in Apostolicis nostris Ædibus Vaticanis collocatum reperitur, cujusque præcipuam curam, inhærentes sæpemenoratis dispositionibus S. Pii Papæ V. inter munera Sigillatoris superius enumeravimus, ita ipsius Sigillatoris studio, et vigilantia administrabitur, ut ea quidem, quæ vel ad expeditiones Minoris Gratia, vel ad publicum Pœnitentiariæ statum, et regimen pertinent, quæque a Pro-Sigillatore, ut supra, asservari, seu respective describi, et registari debere decrevimus, possit eidem Pro-Sigillatori in Archivo prædicto disponenda, et conservanda committere. Hic autem demandatum sibi munus, ea qua par est, diligentia et fide implere teneatur.

De Secretiori Archivi. §. 38. Quæ vero negotia per Pœnitentiariam ipsam, juxta facultates suas ordinarias, vel etiam virtute specialium Oraculorum Romani Pontificis, in particularibus quibusdam casibus concessorum, per ejusdem Pœnitentiariæ Procuratores, seu Secretarios expediri solent; eorum omnium quæcumque conservari monumenta oportebit, veluti Supplicationes, et alia quæ in superius dictis circa Scriptorum munera attingimus, ea omnia in altera parte ejusdem Archivi, sed in Armario, seu Armariis clausis, et obseratis seposita, conserventur et custodiantur, sub cura solius Sigillatoris. Qui tamen in hoc uti poterit opera, et auxilio Procuratorum Pœnitentiariæ, quorum etiam alicui dictorum Armariorum clavem dare poterit retinendam. Sedulo autem curare debebit, ut, eorum omnium, quæ in hac secretiori Archivi parte custodiantur, suum quoque Inventarium, ac Regestum conficiatur; cui similiter, quæ supervenerint, adscribantur.

§. 39. Sed illud inviolate servari statuimus, ac præcipimus, ut si quando contigerit, etiam ad partium, vel aliorum quorumvis instantiam, aliquid in prædicta Archivi secreta parte, vel ad sumpta, seu duplicata conficienda, vel alia quavis de causa requiri, et inveniri oportere, tunc istum omnem laborem Sigillator, seu Procurator, gratis omnino impendere debeant; nihilque aut ratione itineris, vel laboris quantumvis extraordinarii, in quærendo, describendo, aut alio quocumque titulo, possint a partibus, vel aliis accipere; etiamsi agatur de materiis ad forum externum mixtim, vel separatim pertinentibus; Sacrosanctum enim hoc esse volumus, et inviolabile, ut nihil penitus, quod, per Officiales Pœnitentiariæ Nostræ Apostolicæ faciendum est, aliter quam gratis fiat.

§. 40. Ac ne quid desiderari possit, quod ad Archivi ejusdem perfectionem, utiliumque scriptorum conservationem conducat, opportune commendamus, atque monemus, ut quotiescumque evenerit cujuscumque Officialis Pœnitentiariæ, vel obitus, vel officii dimissio, tunc Sigillatori prædicto cura sit, vel per se, vel per aliquem ex Procuratoribus, seu Secretariis, Libros, et scripta recuperare, si qua ille penes se habuerit, vel Pœnitentiariæ propria, vel de rebus ejus secretis agentia; ac parum utilibus igni traditis, cætera vel Archivo committere, si eo loco digna sint, vel Successori, alterive Officiali utenda concedere.

§. 41. Et quia publicæ rei vehementer interest hujusmodi Archivorum bonus status et conservatio, ideo volumus, ut quotannis vel Major Pœnitentiarius ipse per se, vel Sigillator, prædictum Archivum visitet, et sedulo recognoscat tam partem obseratis Armariis compositam, adhibito etiam quoad hanc partem inspiciendam, uno saltem e Pœnitentiariæ Procuratoribus; quam partem alteram Pro-Sigillatori commissam; visitando insuper Scripturas, Libros, Regesta, aliaque necdum Archivum illata, sed adhuc penes eundem Pro-Sigil-

ANNO  
1744.  
Sigilla-  
tor, et  
Procura-  
tores pro  
perquisi-  
tionibus  
in Secre-  
tiori Ar-  
chivo  
omnem  
laborem  
gratis im-  
pendant.

Cedente,  
vel dece-  
dente quo  
piam Offi-  
ciali, Li-  
brorum,  
et Scripto-  
rum Pœ-  
nitentia-  
riæ recu-  
peratio Si-  
gillatoris  
curâ com-  
mittitur.

De visi-  
tatione  
Archivi.



POH T. latorem retenta ; cujus visitationis relatio post-  
 A. IV. ea Majori Pœnitentiario , si ipse per se non  
 visitaverit , fieri quamprimum debeat.

Pontificis  
 adhorta-  
 tio.

§. 42. Depulsa igitur e Pœnitentiariæ Nostræ saluberrimo Officio confusione qualibet , aut minus ordinata permixtione functionum , ipsiusque Officii nitore , ac puritate adversus cujusque labis periculum diligentius circummunitis , omnes , et singulos in eadem Pœnitentia laborantes hortamur in Domino , et enixe monemus , ut pro se quisque piam castamque mentem ad impositum sibi munus obeundum pro Dei æterni gloria , et Christifidelium salute acriter intendant , et pro virili parte contentur , ut cuncta prospera , et hoc tanto Officio digna succedant , Sedesque Apostolica pro bene gestis condigne laudis præconio in singulis Christiani Orbis partibus plenius celebretur.

Clausulæ,  
 et decreta  
 præserva-  
 tiya.

§. 43. Decernentes præsentés Literas , etiam ex eo quod Major Pœnitentiarius , ac præfatæ Pœnitentiariæ Regens , aliique Officiales , et Ministri prædicti , ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes , seu habere prætendentes , eisdem præmissis non consenserint , aut vocati , seu auditi non fuerint , aliaque quavis de causa quantumvis legitima , et juridica , de ullo subreptionis , vel obreptionis , seu nullitatis vitio , aut intentionis Nostræ , vel alio quocumque defectu notari , impugnari , redargui , retractari , in jus , vel controversiam revocari , nullatenus posse ; sed semper , et perpetuo validas , firmas , et efficaces existere , et a Majori Pœnitentiario , Rege , cæterisque Pœnitentiariæ Officialibus , et Ministris prædictis , aliisque , ad quos spectat , et pro tempore spectabit , inviolabiliter observari ; sicque per quoscumque Judices Ordinarios , et Delegatos , quavis auctoritate fungentes , etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores , et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos , sublata eis , et eorum cuilibet quavis aliter judicandi , et interpretandi facultate , ubique judicari , et definiri

debere; irritum quoque, et inane, quidquid secus super omnibus, et singulis præmissis, vel circa ea, a quodquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

ANNO  
1744.

§. 44. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula *de jure quæsito non tollendo*, necnon duabus præmissis S. Pii Papæ V. Prædecessoris Nostri, et aliis quibuscumque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et dictæ Pœnitentiariæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinis quibuscumque, ac quibusvis vivæ vocis oraculis, privilegiis, indultis, et Literis Apostolicis ejusdem Pœnitentiariæ Officio, illiusque Majori Pœnitentiaro, ac Officialibus, et Ministris, et quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, et decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, et aliàs quomodolibet per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac etiam per Nos ipsos concessis, innovatis, confirmatis, et approbatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, iisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, ad effectum præsentium, illis aliàs in suo robore permansuris, harum serie derogamus.

Derogationes.

§. 45. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum ordinationum, concessionum, assignationum, taxationum, prohibitionum, mandatorum, decretorum, statuti, voluntatis approbationum, confirmationum,

Sanctio  
pœnalis.

PONT. derogationum, aliorumque præmissorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno  
13. Apr. Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo  
1744. quadragesimo quarto, Idibus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno IV.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarus.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 27. ejusdem Mensis, et Anni.*



ANNO  
1744.

## CONTRA

XCVII.

Non promotos ad Sacrum Presbyteratus Ordinem, Missam celebrantes; aut Sacramentales Confessiones excipientes.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**S**ACERDOS in æternum Christus Dominus, dum ipsa nocte, in qua tradebatur, Apostolis a se ipso delectis consecrandi Corporis sui, ejusdemque offerendi, et ministrandi potestatem concessit: mox eisdem post resurrectionem suam, insufflato Spiritu Sancto, amplissimam peccata remittendi, ac retinendi contulit facultatem; hoc simul exemplo præceptoque suo constituit, et sanxit, ut ea deinceps in universam Ecclesiam potestas atque facultas per legitimam tantummodo Sacerdotum ordinationem transfundi, et propagari deberet; unde, evacuato veteri Levitarum ministerio, et Sacerdotio filiorum Aaron, qui exemplari, et umbræ deserviebant Cœlestium, omnibus quidem adoptionis suæ filiis ad novum Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech aditus pateret; sed non alii re ipsa ad sublimem fungendum honorem assumerentur, quam qui a Deo vocati, atque ab Apostolis, seu ab eorum Successoribus, rite instituti atque ordinati fuissent. Quod si, juxta Legem Moysi, accedentes ad Sanctuarium illud manufactum, aut Thuribulum aureum, ab hominibus effictum, manu arripientes, præter eos, qui ex designata Tribu, et familia originem

Exordium a Dignitate Sacerdotii novæ Legis.

Quod per solam Ordinationem confertur.

PONT.  
A. IV.

libet depositione singulares, dum, exempli gratia, unus ex ipsis Reum viderit Sacris se Sacerdotalibus Vestibus induentem, alter eundem ad Altare progredientem, alius vero unam, alius aliam Missæ partem recitantem audierit; aut etiam quod ab eodem Fisco non satis exclusa fuerit promotio Rei ad Ordinem Presbyteratus, juxta prætensum onus, quod ipsi Fisco incumbere contendunt: Ad elevandam vero delicti gravitatem, illud aliquando audivimus allegari, quod Reus integram Missam non celebraverit, sed antequam illam expleret, ab Altari discesserit; vel quod, si unam Missam integre celebrasse convictus fuerit, id, juxta assertum sensum prædictarum Constitutionum, nequaquam sufficiat ad incurrendas pœnas in eisdem propositas; vel denique, etiamsi plures hujusmodi sacrilegas Missas celebraverit, minime probari pœssit formam Consecrationis ab eo prolatam fuisse.

Ad tollenda frivola effugia statut, I. Quod de positiones Testium singulares, si non ad pœnam, sint sufficientes ad torturam.

§. 4. Idcirco Nos, frivola hujusmodi Reorum effugia de medio tollere volentes, re matura a Nobis ipsis, et accurate perpensa, atque etiam audito consilio Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum a Sancta Sede specialiter deputatorum, Motu proprio, et de Apostolicæ potestatis plenitudine, statuimus primo, et declaramus; quod licet delictum celebrationis Missæ non satis plene probatum dici possit, ad effectum deveniendi ad realem delinquentis traditionem brachio Sæculari, quando Testes inducti in suis quisque depositionibus singulares dignoscuntur; nihilominus indicia per hujusmodi depositiones acquisita satis relevantia judicari debeant, ut Reus tormentis subjiciatur, ad eliciendam veritatem.

II. Fisci intentio. nem probari ex relatione Ordinarii.

§. 5. Ad dignoscendum autem, utrum Reus in Ordine Presbyteratus revera constitutus fuerit, necne; laudabilem quidem commendamus praxim Tribunalis Sac. Inquisitionis, qua con-

suevit in hujusmodi casibus exquirere per literas ab Episcopo illius loci, unde Reus originem ducit, vel in quo domicilium habet, an ipse eundem Reum promoverit, sive ad alium Episcopum Literas Dimissoriales pro ejusdem ordinatione direxerit, ut hic deinde requiratur, an ad earum executionem devenerit. Verum ubi, hoc peracto, ex hujusmodi extrajudicialibus Episcoporum Literis constet, minime Reum fuisse promotum; id satis superque esse volumus, ut Fisci intentio probata dicatur; Declarantes, non aliter Fisco incumbere onus probandi non promotionem Rei ad Ordinem Presbyteratus, sed ad ipsum potius Reum pertinere, quatenus contrarium prætendat, suam promotionem ad prædictum Ordinem concludenter ostendere.

ANNO  
1744.

Et onus  
probandi  
contra  
Reum, Reo  
incumbe-  
re.

§. 6. Sub dispositione vero præsentis Nostræ, necnon præmissarum omnium Constitutionum comprehendendi decernimus omnes et singulos, qui, absque Sacerdotali gradu, et ordine, non modo unam Missam celebrare ausi sint, sed etiam unius Missæ partem celebrasse judicialiter fateantur, seu legitime convicti fuerint, dummodo elevationem Hostiæ, vel Calicis, seu utriusque, in Altari peregerint, quamvis de prolatione formæ consecrationis non constet: cum ex hujusmodi verborum prolatione tremendi quidem Sacrificii contemptus, et delinquentis audacia; et crimen augeatur; sed ex eorum reticentia nequaquam imminuatur peccatum idololatriæ, quod per actus adorationis a Celebrante non promotus erga puram Panis, et Vini substantiam exhibitos, admittitur, et in quod Populus etiam fidelis, materialiter saltem, inducitur. Quod si, non peracta Elevatione, Reum ab Altari discessisse probetur, tunc solum concedimus, ut contra ipsum ad mitiorem poenam deveniatur, arbitrio, et prudentia Judicis Ecclesiastici præfinitionem.

III. Ampliat poenas Constitutionum Apostolicarum contra Celebrantes unius tantum Missæ partem dummodo Elevationem peregerint.

§. 7. Omnes denique exceptiones supra expressas, quæ ab hujusmodi Reis, eorumque

Præmissas exce-

**PONT.** Defensoribus, in ipsorum excusationem prætendi  
**A. IV.** solent, seu singulatim, seu conjunctim consi-  
 ptiones derentur, nullatenus attendi, seu eisdem Reis  
 tam seor- suffragari debere statuimus, quominus ad rea-  
 sim quam lem eorum traditionem brachio Sæculari; vel,  
 conjun- si de Clericis in aliquo Ecclesiastico Ordine  
 ctim sum- constitutis agatur, ad eorum degradationem,  
 ptas non et traditionem pariter brachio Sæculari, etiam  
 suffragari pro prima vice, procedatur, ad hoc ut con-  
 decernit. dignis tantæ impietatis pœnis a jure, seu aliàs  
 statutis, et comminatis, cum effectu puniantur,  
 et afficiantur.

**Quidquid** §. 8. Easdem declarationes, et ordinationes  
**contra** a Nobis contra Celebrantes non promotos  
**non pro-** hucusque statutas, ad eos etiam extendimus,  
**motos Ce-** et pertinere decernimus, qui cum Sacerdotes  
**lebrantes** non sint, Confessiones Sacramentales audire,  
**statutum** et absolutionem pœnitentibus impertiri præsumant;  
**fuit, con-** et absolutionem pœnitentibus impertiri præsumant;  
**tra non** quos pariter eisdem pœnis traditionis  
**promotos** brachio Sæculari, seu respective degradationis,  
**Confes-** et traditionis pariter brachio Sæculari, etiam  
**siones au-** pro prima vice, subjici debere præcipimus;  
**diendes** non obstantibus præmissis exceptionibus, si  
**statuimus** quas ab hujusmodi Reis ad proprium casum  
 aptabiles, in sui defensionem seu excusationem

**Excipitur** adduci contingat: Sed unam dumtaxat excep-  
**casus non** tionem, ad effectum mitigandæ pœnæ, attendi  
**prolatæ** debere mandamus; ubi nimirum concludenter  
**absolutio-** probetur, Absolutionem a Reo minime prolata  
**nis, for-** tam fuisse: tunc enim concedimus, ut Judex  
**mæ.** Ecclesiasticus mitiorem pœnam, pro suo arbitrio  
 et prudentia, delinquenti valeat irrogare.

**Clausulæ** §. 9. Decernentes præsentis nostras Literas,  
**præserva-** et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo,  
**tivæ.** quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo,  
 jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus,  
 ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, sive aliàs specifica, et individua mentione, et  
 expressione digni, illis non consenserint, nec  
 ad ea vocati, et auditi, neque causæ propter  
 quas eædem præsentis emanaverint, adductæ,

verificatæ , vel sufficienter , aut ullo modo justificatæ fuerint , aut ex alia qualibet , etiam quantumvis juridica , et privilegiata causa , colore , prætextu , et capite , etiam in corpore juris clauso , nullo unquam tempore de subreptionis , vel obreptionis , aut nullitatis vitio , seu intentionis Nostræ , aut interesse habentium consensus , aliove quolibet , etiam quantumvis magno , ac formali , et substantiali defectu notari , impugnari , infringi , retractari , in controversiam vocari , aut ad terminos juris reduci , seu adversus illas aperiitionis oris , restitutionis in integrum , aliudve quodcumque juris , facti vel gratiæ remedium intentari , vel impetrari , aut etiam Motu pari , et de Apostolicæ potestatis plenitudine simili concessio , vel emanato , quempiam in iudicio , vel extra illud uti , seu se juvare ullo modo posse ; sed ipsas præsentis semper firmas , validas , et efficaces existere , et fore , suosque plenarios , et integros effectus sortiri , et obtinere , ac ab illis , ad quos spectat , et pro tempore , quandocumque spectabit , indelebiter , et inconcusse observari .

§. 10. Sicque , et non aliter in præmissis censi , atque ita per quoscumque Judices Ordinarios , et Delegatos , etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores , ac contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores , et alios ejusdem S. R. E. Cardinales , etiam de Latere Legatos , et Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios , aliosve quoslibet quacumque præeminentia , ac potestate fungentes , et functores , sublata eis , et eorum cuilibet aliter judicandi , et interpretandi facultate , judicari , et definiri debere ; ac irritum et inane , si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari .

§. 11. Non obstantibus , quatenus opus sit , Nostra , et Cancellariæ Apostolicæ Regula *de jure quæesito non tollendo* , aliisque Apostolicis , ac in Universalibus , Provincialibus , et Synodalibus Conciliis editis , generalibus , vel spe-

ANNO  
1744.

Aliter  
judicari  
prohibe-  
tur.

Contra-  
riis ple-  
nissime  
derogatur



PONT.  
A. IV.

cialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, exemptionibus, et indultis etiam in corpore juris clausis, aut Literis Apostolicis quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, Institutis, etiam Societatis Jesu, et Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque quibuslibet specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, et de Apostolicæ potestatis plenitudine, consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exactissime servatis et specificatis respective habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publica-  
tioni Con-  
stitutio-  
nis in Ur-  
be tribui-  
tur vis  
persona-  
lis inti-  
mationis  
omnibus  
factæ.

§. 12. Volumus insuper, et eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eadem præsentibus, et in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætere valedat, ipsas præsentibus, seu earum transumpta, ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, et Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis Innocentianæ in Monte Citorio, et in Acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut

moris est, publicari, et affigi : sicque publicatas, et affixas, omnes et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, et notificatæ fuissent.

ANNO  
1744.

§. 13. Utque earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis  
fidem præ  
stari sanc-  
tatur.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Confirmationis, Approbationis, Innovationis, Voluntatis, Mandati, Statuti, Decreti, Declarationis, Ampliationis, et Extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Sanctio  
Pœnalis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimoquarto, duodecimo Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Quarto,

Dat. die  
20. Apr.  
1744.

*D. Cardinalis Passioneus.*

*J. Datarus.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicat. die 7. Maji ejusdem anni.*

РОИТ.  
А. IV.

XCVIII.

## CONFIRMATIO UNIONIS

Omniū Monasteriorū Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum, tam Lithuaniae, quam Russiae, seu Poloniae, in unicam Congregationem duabus Provinciis compositam. Accedunt plura Decreta ad ipsius Ordinis regimen pertinentia.

*Venerabili Fratri, Athanasio Szeptychi Archiepiscopo Metropolitano totius Russiae; necnon Dilectis Filiis, Proto-Archimandrite, Archimandritis, Abbatibus, et Monachis Ordinis Sancti Basilii Magni Ruthenorum.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, et Dilecti Filii salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

**I**nter plures iucunditatis fructus a Nobis abuncura in de perceptos, dum illustrium aliquot Prædecessorum Nostrorum morem resumpsimus, qui Congregationem S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum coram se ipsis identidem convocare consueverunt, non mediocri profecto gaudium animo cepimus, dum negotia Nationis Ruthenæ, atque Ordinis Monachorum S. Basilii ejusdem Nationis, una cum Ven. Fratribus Nostris prædictam Congregationem constituentibus, tractavimus, atque discussimus.

§. 1. Et quidem præclara Nationis Ruthenæ merita Nobis comperta sunt ex sacris historiis, laudes a in quibus relatum invenimus, usque de Anno temporis. MCXLVI. Prælatos Ruthenos Concilium Nationale Kioviæ habuisse, quo se opponerent schismati

mati per Michaellem Cerularium Patriarcham Constantinopolitanum excitato; deinde aliquos ejusdem Nationis Metropolitæ Apostolicæ Sedi obedientiam præstitisse; quam pariter universa Gens per suos Legatos Innocentio Papæ IV. in Concilio generali Lugdunensi I. professæ fuit: illustrem porro Isidorum S. R. E. Cardinalem Ruthenum in Concilio Florentino plurimum adlaborasse pro sancta unione inter Occidentalem, et Orientalem Ecclesiam stabilienda: Deique Michaellem III. Kioviensem Metropolitam, consentientibus reliquis Episcopis Ruthenis, in Civitate Bræstiæ Concilium coegisse, in quo publica iterum Nationis Ruthenæ cum Sede Apostolica unio decreta fuit, ad eamque perficiendam duo Episcopi missi fuerunt ad fel. rec. Clementem Papam VIII. Prædecessorem Nostrum, cui datum fuit prædictam Nationem ad Ecclesiæ Romanæ communionem recipere, ejusque Unionem per literas Apostolicas confirmare.

§. 2. Eximiis hisce totius Nationis promeritis jungenda sunt ea, quæ peculiaria sunt Ordinis Monachorum S. Basilii, quorum spectabilis cœtus est apud ipsam Ruthenorum Nationem, quemque potissimum concernunt ea, quæ in Congregationibus coram Nobis habitis agitata, et constituta fuerunt. Hypatius nimirum Metropolita, unus ex Legatis ad Clementem Papam VIII. missis, cum intelligeret, nullum aptius fore medium ad Sanctam Unionem fovendam et propagandam, quam si Monachos Basilianos, quorum unicus apud Ruthenos est Monasticus Ordo, sibi conjungeret; insigne ipsorum Monasterium acquisivit sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis Viænæ constitutum, atque in eo collectos Juvenes Monachos erudiri curavit. Hujus vero Successor Joseph Velaminus, pluribus ejusdem Ordinis Monasteriis, quæ antea segregata debebant, ad Unionem redactis, unam ex eis Monachorum Congregationem efformavit, quam de nomine supradicti Monasterii *Congregationem SS. Trinitatis Unitorum*, nuncupavit:

ANNO  
1744.  
mentis  
VIII. in  
unione  
Catholica  
perseve-  
rantis.

Elogium  
Ordinis  
Monachorum  
S. Basilii  
Magni  
Rutheni.

Quorum  
Congregatio  
SS. Trinitatis  
extat a  
temporibus  
Urb. VIII.

**P O R T.** cumque bene nosset hujusmodi Unionem, seu  
**A. IV.** Congregationem, minime Canonicam esse, aut  
 haberi posse, absque auctoritate et beneplacito Sedis Apostolicæ, ad hanc ipsam debitum habuit recursum, atque opportunam ab ea obtinuit approbationem de Anno 1624 sub Pontificatu fel. record. Urbani Papæ VIII. cum præcedenti Anno 1623. magnus ille Archiepiscopus Polocen. Josaphat Monachus S. Basilii, quem idem Urbanus Anno 1646. Beatorum numero adscripsit, gloriosum pertulisset martyrium, sibi a schismaticis in odium Catholicæ Fidei, et Unitatis illatum.

**Reliqua** § 3. Monasteriorum Unione, ut præfertur,  
**Monaste-** in unicum Congregationem sic constituta, et  
**ria in Con-** cohærenter ad obtentam Apostolicam Confir-  
**gregatio-** mationem, prædicta omnia Monasteria sub unius  
**nem u-** Proto-Archimandritæ directione, et regimine  
**nienda** unita fuerunt. Sed quamvis ad eam Congrega-  
**decerni-** tionem firmiter stabiliendam, et ampliandam,  
**tur in Con-** opportuna deinceps concessa quoque fuerit fa-  
**eilio Za-** cultas uniendi ipsi alia Monasteria, quæ se ad  
**mosciæ.** eandem adjungere optassent; nonnulla tamen  
 ejusdem Ordinis Monasteria in Diocæsi-  
 bus Uladimiriensi, Luceoriensi, Chelinensi, Leopoliensi,  
 et Premisliensi adhuc reliqua erant, quæ et  
 omnino separata ab ea Congregatione, et sin-  
 gula seorsim sine ulla unione vivebant. Quamobrem Anno 1720. de mandato recol. memor. Clementis Papæ XI. coacta in Civitate Zamosciæ Synodo Nationali Ruthena, præside in eo bo. mem. Hieronymo Archiepiscopo Edessæ, tunc in Regno Poloniæ Sedis Apostolicæ Nuntio, deinde S. R. E. Cardinali, Grimaldo nuncupato, in eadem decretum fuit, prædicta quoque Monasteria in unam Congregationem uniri debere; eaque de re habendum esse post certum tempus Capitulum Generale sub præsentia Metropolitanæ, et cum assistentia Proto-Archimandritæ Congregationis Sanctissimæ Trinitatis, in quo omnia ordinarentur, et Constituerentur, quæ ad deliberatam Unionem pertinerent; cum satis

compertum haberetur, Ecclesiasticæ Disciplinæ summopere profuturum, si omnia Monasteria, quæ Superioribus Generalibus non subsunt, neque Visitatores ordinarios habent, in unum Corpus, seu in unam Congregationem redigerentur.

§. 4. Ad normam hujus Conciliaris Resolutionis, quam ab Innocentio Papa XIII. confirmatam fuisse dici potest, dum is, prævio consilio tum Congregationis S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, cui Nos tunc a secretis operam dabamus, tum alterius, Propagandæ Fidei negotiis præpositæ, Synodum Zamoscianam approbavit, id quod deinde Benedictus Papa XIII. per suas Literas speciales in forma Brevis pariter fecit; coactum fuit Anno 1739. in Civitate Leopoli Capitulum Generale, præsidente Archiepiscopo Metropolitano, et adstante prædicto Congregationis Sanctissimæ Trinitatis Proto-Archimandrita: ac Monasteriorum Unio peracta fuit; et totus Ordo S. Basilii Ruthenorum distinctus remansit in binas Congregationes, cum præter veterem Congregationem Provinciæ Lithuanæ, Sanctissimæ Trinitatis nuncupatam, nova hæc efformata fuerit Provinciæ Russiæ, seu Poloniæ, sub invocatione Patrocini Beatissimæ Virginis.

§. 5. Delata ad Nos rerum gestarum serie, atque habita coram Nobis Congregatione Ven. Fratrum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum sub die 1. Maji Anni 1742., facile coniecimus, non levis momenti dissensiones inter veterem, et novam Congregationem oriri posse, nisi opportunis remediis eisdem occurreretur; cum ea jam quæstio excitata esset, utrum scilicet nova Congregatio Polonica proprio et distincto Proto-Archimandritæ subesse deberet, an vero alteri Congregationi Lithuanicæ unienda, et illius Proto-Archimandritæ, tamquam Superiori Generali totius Ordinis Basiliani, subjicienda esset. Proindeque, ad tollendam omnem controversiam,

A N N O  
1744.

Id quod peractum fuit in Capitulo Gen. habito Leopoli anno 1739.

Ex duabus Congregationibus unicam constari statuitur, sub opportunis legibus:

**P O N T.** resolutum fuit, quod ex omnibus utriusque  
**A. IV.** Provinciæ Monasteriis unica efformaretur Congregatio, et cogeretur Capitulum Generale pro electione novi totius Ordinis Proto-Archimandritæ: Huic vero Capitulo præsideret Metropolitanus Russiæ, eidemque interesset Nuntius Apostolicus, vel per se, vel si ipse non posset, per alium ab ipso substituendum; aliaque plura constituta fuerunt, quæ legi possunt in Decretis sub prædicta die emanatis. Atque inter cætera, supradicto Apostolicæ Sedis in Regno Poloniæ Nuntio commendatum fuit, ut inter duas præfatas Provincias Alternativam pro electione Proto-Archimandritæ constitui curaret, cujus Alternativæ initium a Provincia Lithuanica desumeretur.

**Quod etiam perficitur in Capit. Gen. Dubni. habito anno 1743.** §. 6. Cumque prædictus Nuntius convocationem Capituli Generalis indixerit in Civitate Dubnensi, de mense Majo Anni 1743., Metropolitanus Russiæ in eo præsidebat, atque interveniente Episcopo Zenopolitano ab ipso Nuntio subdelegato, in eodem Capitulo, favente Deo, constabilita fuit unica Congregatio, ex duabus præfatis Provinciis composita; sub regimine unius Proto-Archimandritæ; supradicta etiam Alternativa proposita et stabilita fuit, et secundum eam electus fuit Proto-Archimandrita, atque is ex Lithuanicæ Provincia; electi pariter fuerunt Officiales inferiores, Consultores nimirum, et Secretarii, æquali numero tam ex una, quam ex alia Provincia; aliæque plures Constitutiones et Resolutiones emanarunt pro felici regimine hujus novæ Congregationis ex duabus Provinciis compositæ.

**Confirmatio Apostolica hujusmodi Unionis, electionis Proto-Archim.** §. 7. Cum autem pro supradictorum omnium firmitate, Nostrum, ut par erat, Apostolicum beneplacitum reservatum fuerit; Nos vero cum consilio Ven. Fratrum Nostrorum negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Nobis procedendum esse censuerimus; convocatis eisdem coram Nobis die trigesimo mensis Martii currentis Anni 1744., omnibusque in eadem Congrega-

tione perpensis, quæ ad prædictum Capitulum Generale Dubni habitum, ad Unionem duarum Congregationum, ad constitutam inter eas Alternativam, atque Electionem Proto-Archimandritæ totius Ordinis ibi peractam pertinerent, libenti prorsus animo adducti sumus, ut approbaremus, quemadmodum per præsentibus nostras Apostolicas Literas approbamus et confirmamus, tam Capitulum Generale, quam Unionem, Alternativam, atque Electionem Proto-Archimandritæ, aliorumque Officialium, in eodem Capitulo decretas, et respective peractas; quæ omnia ad utilitatem ipsius Ordinis S. Basilii, quem paternæ charitatis affectu prosequimur, salubriter expedire judicavimus, atque adeo judicamus.

§. 8. Ab approbatione Capituli Generalis, necnon Unionis, Electionis, Alternativæ, aliorumque præmissorum, gradum facimus ad nonnullas Resolutiones, quas in prædicto Capitulo propositas utraque Provincia unanimiter iudicio Nostro remisit.

§. 9. Prima occurrit ea, quæ pertinet ad Titulum Congregationis ex duabus Provinciis compositæ, cum Provincia Lithuanicæ pro conservatione Tituli *SS. Trinitatis Unitorum*, Provincia vero Polonicæ pro nova denominatione *Divinæ Providentiæ*, suum respective desiderium significaverint. Nos vero considerantes, Provinciam Lithuanicæ suum jam pridem obtinere Titulum *Sanctissimæ Trinitatis*, sicuti Polonicæ Provincia alium habet *Protectionis Beatissimæ Virginis*; duplicis autem generis actus ab eisdem Provinciis exerceri posse, alios nimirum universo Ordini communes, alios vero proprios singularum Provinciarum; opportune decernendum judicamus, quod actus communes expediantur sub Titulo *Ordinis Sancti Basilii Magni Ruthenorum*; in actibus vero peculiaribus Provinciæ Lithuanicæ addatur Titulus *Sanctissimæ Trinitatis Unitorum*; atque in iis, qui proprii sint Provinciæ Polonicæ, adjungatur alius *Protectio-*

ANNO  
1744.  
aliorum-  
que ibi-  
dem sta-  
tutorum.

Nonnullæ  
quæstio-  
nes judi-  
cio Sanctæ  
Sedis re-  
servatæ.

De Ti-  
tulo Con-  
gregatio-  
nis, et  
duarum  
Provin-  
ciarum Li-  
thuanicæ,  
et Polonicæ



POST. *nis Beatissimæ Virginis Mariæ*; et ita utriusque  
A. IV. Provinciam suam præcedens Titulus conservetur.

Monasterium Lublinense, Provinciam Lithuaniam Monasterium Lublinense cessit  
Provinciam Poloniam cum aliquibus conditionibus,  
Provinciam et signanter cum ea, quod huiusmodi cessio,  
Poloniam seu dimissio, eatenus valere debeat, quousque  
addicitur. a Sancta Sede decidatur, utrum alia duodecim

De per-  
tinentia  
aliorum  
Monaste-  
riorum  
resolutio  
differtur.

Monasteria, quæ intra fines Provinciam Poloniam  
constituta esse dicuntur, et quorum possessio  
est apud Provinciam Lithuaniam, prædictæ Pro-  
vinciam Poloniam debeant assignari. Verum in præ-  
senti rerum statu Nos nihil aliud respondere  
possumus, præterquam supradictam cessionem  
Monasterii Lublinensis a Nobis approbari. Circa  
reliqua vero, posteriores opportunæ facti Infor-  
mationes a vobis exhibendæ erunt, ut super  
aliorum duodecim Monasteriorum pertinentia  
Judicium Nostrum efformare possimus. Equidem  
in cumulo Scripturarum, quæ Nobis communi-  
catæ fuerunt, de eorum possessione apud Pro-  
vinciam Lithuaniam minime dubitatur. Illud quo-  
que asseritur, nonnulla ex iis fundata fuisse  
pro Lithuanis. Hæc nimirum facta dilucidanda  
sunt, recognoscendæ foundationes, explicandæ  
causæ, propter quas Provincia Poloniam eorum  
cessionem nunc sibi deberi contendit; quæ  
omnia, si libet, intra breve tempus, et absque  
magna impensa perfici possunt; concordando  
scilicet factum coram Nostro Nuntio apud Po-  
loniam Regnum residente, vel coram illius Au-  
ditore, seu alio Ministro ab eodem deputando,  
ad hoc ut deinde ad Nos remittatur veridica  
relatio, tum facti, tum etiam rationum omnium,  
quæ coram ipso utrinque deducuntur, quibus  
peractis, minime cunctabimur opportunam re-  
solutionem proferre.

Hospitium in  
Urbe ad  
universum  
Ordinem  
per-  
§. II. Tertia concernit Hospitium Procurato-  
ris Generalis ipsius Ordinis, qui in hac Urbe  
residere debet, necnon Alumnatus, quibus ipsi  
Rutheni in pluribus Collegiis fruuntur. Illud  
namque porro constat, Urbanum Papam VIII. de Anno

1641. , instante ipsa Congregatione de Propaganda Fide, concessisse Monachis Ruthenis Ecclesiam Sanctorum Sergii, et Bacchi; necnon Antonium Cardinalem Barberinum Sancti Honuphrii nuncupatum, ipsius Urbani Fratrem, aream contiguam pro Hospitio fundando comparasse, ibique Ædes extruxisse: pro Procuratore Generali, cujus etiam substantationi annum Legatum a se relictum attribuit. Neque dubium est, quin primæva supradictæ Ecclesiæ concessio, sicut etiam Hospitium atque Legatum, ad solos spectaverint Monachos Basilianos Ruthenos, qui de eo tempore in Congregationem Sanctissimæ Trinitatis Unitorum coaluerant. Cum vero nuper etiam Mönasteria Poloniæ in unum corpus unita fuerint, deindeque ex toto Ordine S. Basilii Ruthenorum unica Congregatio fuerit efformata, quæ ex duabus Provinciis, Lithuana, et Polona componitur; cumque, juxta leges alternativæ inter ipsas constitutæ, Procurator Generalis modo ex Provincia Lithuana, modo vero ex Provincia Polona eligi debeat; æquitatis ratio postulat, ut in prædicto Hospitio resideat Procurator Generalis etiam tunc, cum ex Provincia Polona assumetur; quandoquidem Procurator Generalis, sive ex Lithuana, sive ex Polona Provincia electus sit, semper est Procurator Generalis totius Ordinis, et Congregationis ex utrisque Provinciis compositæ.

§. 12. Quia vero pro eisdem Ædificiis in eum statum, in quo nunc sunt, redigendis, tum plures sumptus erogati fuerunt, tum etiam multum æris alieni contractum, quod adhuc exsolvendum remanet; Nos id, quod expensum fuit, ab eo, quod in posterum solvendum erit, omnino distinguimus; et nullam quidem expensi rationem habendam esse judicamus, vel quia id ex priorum largitionibus collectum extitit, vel quia domicilium illud partim inhabitatum, partim etiam locatum fuit a Procuratore ibi commorante, qui semper hucusque fuit ex Provincia Lithuana; quod autem reliquum est æris alieni,

А П К Д  
1744.  
tinere de-  
cernitur,  
pro habi-  
tatione  
Procur.  
Generalis

De Sum-  
ptibus in  
Ædes Ho-  
spitii ero-  
gatis.

**Р о з т.** postquam exacte liquidatum fuerit, id pro me-  
**A. IV.** dietate ab una ex dictis Provinciis, pro alia vero  
 medietate ab altera solvendum esse decernimus.

**Alumna-** §. 13. Quo vero ad Alumnatuſ : cum duo ex  
**tus in Col-** ipsis constituti ſint in Collegio Urbano de Pro-  
**legiis Pon-** paganda Fide, duo autem in Collegio Græco  
**tificiis ad** de Urbe ad Urbano Papa VIII. conſeſſi, alii  
**ntramque** vero in aliis Collegiis extra Urbem assignati re-  
**Provin-** periantur, ſtatuiſmus, quod huiusmodi Alumna-  
**ciam ſpe-** tus ad utramque Provinciam ſpectare deinceps  
 ctare. ceſſeantur, atque inter earundem, Alumnos  
 æqualiter dividantur.

**De jure** §. 14. Quarta ex eo originem duxit, quod  
**passivo** Abbates utriusque Provinciæ renunciarunt pro-  
**Abbatum** prio juri paſſivo, quod habebant in electione  
**ad munus** Proto-Archimandritæ; id quod locum dedit hu-  
**Proto-Ar-** jusmodi Reſolutioni; quod nimirum in Proto-  
**chiman-** Archimandritam eligi deberet ſimplex Monachus  
**dratæ re-** Profefſus, nullo canonico defectu notatus; et  
**ſolutio** viam aperuit remittendi arbitrio Noſtro, atque  
**differtur.** hujus Apoſtolicæ Sedis iudicio, utrum id, quod  
 in præſenti actum fuit, ſemper deinceps ſervari  
 debeat, quod idem eſt, ac exquirere, an ſemper  
 in poſterum ſimplex Monachus eligendus ſit  
 in Proto-Archimandritam, vel potius aliquis  
 etiam ex Abbatibus ad eandem dignitatem eligi  
 poſſit. Nos autem plurimum commendamus re-  
 ligioſam animorum moderationem, cujus illuſtre  
 ſpecimen Abbates hac occasione præbuerunt.

**Exclusis** Opportunum quoque cenſemus pro ipſius Or-  
**interim** dinis utilitate, non alium ejuſdem regimini  
**Monachis** præſidere, quam qui veram ipſius obſervantiam  
**non pro-** profefſus ſit; cum ſciamus, ab eo potiffimum  
**ſeſſis.** recte imperari, qui bene obedire didicerit. Ve-  
 rum, cum non adhuc ſatis liqueat id, de quo  
 inferius verba faciemus, an ſcilicet Abbates a  
 iurisdictione Proto-Archimandritæ exempti eſſe,  
 et Metropolitanò immediate ſubefſe debeant,  
 nondum pariter ſuper hac quæſtione ſententiam  
 proferri poſſe iudicamus. Siquidem ex unius  
 articuli deciſione alterius præiudicium exoritur.  
 Ubi enim abbates immediatæ Metropolitanò ju-

risidictioni subjiciantur, æquum est, ut excludantur a dignitate Proto-Archimandritæ; ubi vero iidem jurisdictioni Proto-Archimandritæ subesse jubeantur, nimis profecto durum videretur, eosdem in perpetuum ab omni jure passivo, quod ad eam dignitatem habere possent, excludere; cum præsertim in præcedentibus Decretis reperiamus exclusos fuisse ab hujusmodi munere, non quidem Abbates, sed Episcopos, et Metropolitanum.

§. 15. Hic igitur occasio se offert disserendi de eo, quod paulo ante innuimus; an scilicet Abbates Metropolitanano, vel potius Proto-Archimandritæ, immediate subjecti esse debeant. In vestris porro Congressibus invenimus propositum, et statutum fuisse, quod Proto-Archimandrita omnia Monasteria vel per se, vel per alium visitare debeat: sed ubi Monasteria Abbatialia sint, jurisdictionem non exerceat, nisi in personas Monachorum, nunquam vero in ipsos Abbates, qui subjecti esse debent Metropolitanano; ita ut, si aliquis Abbas in sui Monasterii regimine gravamen aliquod vel Monasterio, vel Monachis intulisse reperiatur, onus sit Proto-Archimandritæ omnia referre ad Metropolitanum. An vero præcedentia Abbatibus competat super ipsum Proto-Archimandritam, vel contra, in iudicio Apostolicæ Sedis specialiter a Vobis reservatum fuisse conspiciamus.

§. 16. Duplex itaque, ut videtis, decidenda proponitur quæstio; altera scilicet circa immediatam Abbatum subjectionem, vel Proto-Archimandritæ, vel Metropolitanano; altera circa eorundem Abbatum præcedentiam supra Proto-Archimandritam. Ducto igitur initio ab ea, quæ minorem difficultatem involvit, decernimus, quod in omnibus actibus Monasticis Proto-Archimandrita præcedat Abbates; cum minime ferendum sit, in hujusmodi actibus Monasticis, Religiosum ipsi Religionis suæ Capiti anteire; extra vero actus Monasticos, solitum servari præcipimus; ita ut, si extra prædictos actus,

ANNO  
1744.

Capituli  
Gener. de-  
creti circa  
subjectionem  
Abbatum ei-  
dem Proto-  
Archim., vel  
potius Metro-  
polititano.

Proto-  
Arch. præ-  
cedat Ab-  
bates in  
Artibus  
Monasti-  
cis.

In reli-  
quis ser-  
vetur so-  
litum.

**POŃT.** usus invaluit; quod Abbas præcedat Proto-  
**A. IV.** Archimandritam, in posterum etiam ad Abbatem præcedentia pertineat; si vero de præterito obtinuit, quod Proto-Archimandrita Abbatem præcedat, id ipsum deinceps servetur. Nec enim absonum Vobis videri debet, quod unus alterum præcedat in aliquibus circumstantiis, in aliis vero idem alteri præcedentiam concedat.

**EXEM-** Id enim ante oculos Nostros passim factitari  
**pla pro-** conspicimus. Siquidem inter Canonicos Basilica-  
**miscuæ** carum Urbis, quum aliqui sint Episcopali, et  
**præceden-** Archiepiscopali dignitate insigniti, hi quidem  
**tia.** reliquos omnes Canonicos præcedunt; Vicarius autem representans personam Cardinalis Archipresbyteri, qui Basilicæ Caput est, quamvis idem simplex Prælatum sit absque Ordine Episcopali, tamen in Choro, et in omnibus actibus Capitularibus, prædictos Canonicos Episcopos præcedit; extra Chorum vero, et extra actus Capitulares, infra eosdem incedit, et sedet. In Collegio pariter Advocatorum Consistorialium aliquis nonnunquam reperitur Episcopali gradu præfulgens: sedet hic in actibus Collegialibus supra reliquos omnes Advocatos: non vero supra Decanum, quamvis hic plerumque Clericus existat: quia nimirum is est totius Collegii Caput; qui tamen extra Collegium, et extra actus Collegiales, Episcopo, Consistorialis Aulae Advocato, in omnibus decedit.

**Jurisd-** §. 17. Ad aliam propositam quæstionem nunc  
**ctioProto-** redeunt, quæ circa immediatam in Abbates  
**Arch. in** jurisdictionem, vel Proto-Archimandritæ, vel  
**Abbates** Metropolitanam adjudicandam versatur; memores  
**utilior re-** Vos esse putamus, in Congregatione apud Nos  
**cto regimi-** habita die prima Maji anni 1742. Jurisdictionem  
**niOrdinis** Metropolitanam supra Monachos admissam fuisse; veruntamen restrictam ad terminos Constitutionum Apostolicarum, et Sacri Concilii Tridentini, ubi jura Metropolitanam in Monachos exemptos præfinitur; ex qua procul dubio consequitur, Abbates, non quidem Metropolitanam, sed Proto-Archimandritæ immediate sub-

esse debere. Visum est enim, rectum gubernandæ Religionis ordinem minime subsistere posse, ubi Abbates a Metropolitano, non autem a Proto-Archimandrita immediate penderent; quum nec imaginaria, nec admodum rara existimari debeat occasio, qua Abbas in sui Monasterii regimine, alicui vel pluribus Monachis gravamen intulisse dicatur, vel etiam reipsa intulerit. Quod quidem gravamen facile et celeriter emendari poterit, si illius cognitio ad Proto-Archimandritam deferatur; non ita vero, ubi controversiæ in Monasteriis exortæ Metropolitanæ iudicio, et sententiæ reserventur.

ANNO  
1744.

§. 18. Inspectis præterea Ecclesiæ Occidentalis Canonibus, eisdem minime consentaneum cognovimus exercitium Jurisdictionis Metropolitanæ in ea Monachorum Monasteria, quæ in Diocesis Episcoporum Suffraganeorum sita reperiuntur; quandoquidem Monasteria, quæ non habent privilegium exemptionis, et immediatæ subjectionis Sedi Apostolicæ, non quidem Metropolitanæ, sed Episcoporum localium Jurisdictioni subesse jubentur. Sacrum vero Tridentinum Concilium adeo sollicitum fuit, ne Metropolitanæ Jurisdictionem exercerent in Suffraganeorum Diocesis, ut, præter peculiaris ipsorum Diocesis visitationem, non aliter Episcoporum Comprovincialium Ecclesias Cathedralis atque Diocesis ab ipsi visitari permiserit, quam ubi id a Concilio Provinciali eisdem mandatum fuerit.

Ex consentaneis  
Disciplinæ Ecclesiæ Occident., et  
Concil.  
Trid. Decretis.

§. 19. Neque omissa fuit accurata in Orientalis Ecclesiæ leges disquisitio; et quamvis, juxta earundem præscriptum, agnoverimus, Monasteria, et Monachos Episcopo subesse debere, Patriarchæ autem competere jus Stauropegii, nimirum figendæ Crucis in Monasteriorum fundatione, ex quo sequebatur, ut Monasterium, licet extra ipsorum peculiarem Diocesim, in alicujus Episcopi Suffraganei finibus situm esset, ipsi tamen Patriarchæ immediate subiectum, atque ab Episcoporum localium jurisdictione

Canones  
Ecclesiæ Orientalis  
Metropolitanoon  
suffragantur.

**P o n t. A. 1V.** omnino exemptum remaneret; Attamen hujusmodi Stauropegii jus, quod Patriarchis, ut supra, concessum fuit, nunquam ad Metropolitanos extensum fuisse cognovimus; quinimo sicubi tale quidpiam ab eis attentatum fuit, id veluti alieni juris usurpationem habitum fuisse conspeximus. Illud vero potissimum Nos movit, quod animadvertimus, supradictam Synodum Zamosciæ habitam studiōse quidem curasse, ut Monasteria Ordinis S. Basilii Provinciæ Poloniæ in unam Congregationem convenirent; de Proto-Archimandrita autem decrevisse, ut illi subesset, cui eundem subjici debere Apostolica Sedes judicasset. Atque eadem, ubi de Visitatione Monasteriorum, deque pluribus aliis ad disciplinam pertinentibus Decreta edidit, omnia reduxit ad Sacri Concilii Tridentini præscriptum.

Neque  
Synodi  
Zamos-  
cien. de-  
creta.

Funda-  
menta ju-  
ris a Me-  
tropolita-  
no præ-  
tensi: ob  
quæ reso-  
lutio dif-  
fertur.

§. 20. Hæc nimirum in causa fuerunt, cur aliàs a Nobis jus Metropolitanicū redactum fuerit ad terminos Apostolicarum Constitutionum Ecclesiæ Occidentalis, et Sacri Tridentini Concilii. Verum cum deinde oblata Nobis inspexerimus Decreta quædam Congregationis de Propaganda Fide, et quasdam Literas Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, in quibus Metropolitanii jura tam in Monachos, quam in Abbates intacta reservantur; cumque plura Nobis allegata fuerint Acta, tum Synodorum, tum Capitulorum, in quibus prædicta jura Metropolitanii admittuntur; Resolutionem quoque Congregationis Concilii legerimus in Causa *Kiövien. Juris visitandi* proposita die 22. Augusti, et resoluta die 12. Septembris Anni 1739., necnon Documenta in eadem Causa exhibita, secundum quæ comprobatur, et admissum fuit jus Metropolitanii Russiæ, qui per suos Delegatos visitari jusserat, quin etiam condemnauerat Abbatem cujusdam Monasterii extra propriam Dioccesim constituti, utpote quod vel in Diocesi Luceorien., vel in Uladimiriensi situm erat; Ideirco Nos in re tam gravis momenti, quæque ad Metropolitanum attinet non minus Dignitate, quam virtutibus

insignem, caute, et ad reclusissimam justitiæ normam procedere volentes, non adhuc proinde hujusmodi quæstionem, utrum scilicet Abbates debeant, vel Metropolitanano, vel Proto-Archimandritæ immediate subesse, per definitivam resolutionem decidere posse censemus; quod tamen a Nobis, nulla interjecta mora, præstabitur statim ac, vel ipsi invenerimus, vel Nobis aliunde firmiora in utramvis partem decidendi fundamenta suppeditata fuerint.

§. 21. Interim vero decernimus, ut in Monasteriis Abbatialibus Proto-Archimandrita omne jus habeat in bona Monasterii, atque in personas Monachorum, Metropolitanus autem in posteriori Monasteriorum regimini nullatenus se ingerat; quoniam advertimus, Metropolitanum ipsum usque de Anno 1686. interius omne Religionis gubernium eidem Religioni, et Proto-Archimandritæ reliquisse, reservatis sibi aliis rebus, quas propriæ Ordinariæ Jurisdictioni competere asseruit. Inter hæc autem, dum Metropolitanus rationum momenta, quæ ab ipso sunt, atque Abbates similiter ea, quæ ipsorum intentioni favere possunt, majori, qua poterunt, celeritate Nobis indicare curabunt, statuimus, ut Metropolitanus in illius juris, quod in Abbatum personas obtinet, possessione perseveret.

§. 22. Ad reliqua nunc percurrenda, quæ a Vobis in Congressibus Vestris disposita, Nobisque exhibita fuerunt, animum Nostrum intendimus. Et quidem cum a Vobis statutum fuerit, ut Proto-Archimandrita, post electionem suam, Juramentum obedientiæ præstare debeat in manibus Metropolitanæ, tum suo, tum totius Religionis nomine, tamque erga Sanctam Sedem, quam erga ipsum Metropolitanum, *secundum omnia Jura, Constitutiones, et Decreta a Sancta Sede Apostolica lata*; post hujusmodi verba, etiam hæc alia per Vos addenda esse præcipimus, nempe: *Et juxta præscripta in Literis Sanctissimi Domini Nostri etc.* quibus idem Proto-Archimandrita, et Religio manifestè obli-

A N N O

1744

Firma

interim manente jurisdictione Proto-Arch. in Monachos et bona Monasterior.

Metropolitani vero in personas Abbatum.

Juramentum Proto-Arch. presentium dispositionem complectatur.



PONT. getur ad observantiam, et executionem eorum  
 A. IV. omnium, quæ in hisce Nostris literis continentur.

De regimine Ordinis defuncto Proto-Arch.  
 §. 23. Vita functo Proto-Archimandrita, de-  
 crevistis, quod primus Consultor Generalis, ex  
 ea Provincia eligendus, ex qua erat defunctus  
 Proto-Archimandrita, *reges cum scitu Metropolitani Religionem*, deindeque ea subjungitis,  
 quæ intimationem futuri Capituli Generalis pro  
 Successoris electione concernunt. Loco itaque  
 præmissarum vocum : *reges cum scitu Metropolitani Religionem* ; aliàs hasce substituetis : *reges Religionem, certiorato prius de obitu Proto-Archimandritæ Metropolitanano, eique servato debito honore, et reverentia.*

Disciplina Ecclesiæ Orientalis a Monachis inconcusse servanda, sub pœnis etc.  
 §. 24. Illud vero pro recta Monasteriorum  
 utriusque Provinciæ Lithuanicæ, et Polonicæ  
 disciplina sapienter constituistis, ut Orientalis  
 Ecclesiæ usus, consuetudines, exercitia, Jejunia,  
 Ritus, et Ceremoniæ in iisdem observentur.  
 Quod quidem statutum summopere commenda-  
 mus ; perpendentes, quod olim, quum ad  
 Kioviensem Metropolim eVectus fuisset de anno  
 1613. supracitatus Joseph Velaminus Nobilis  
 Lithuanus, in hoc Collegio Græco de Urbe  
 educatus, instetit coram fel. record. Paulo  
 Papa V. Prædecessore Nostro, atque obtinuit  
 declarari per Apostolicas Literas in forma Brevis  
 datas die 10. Aprilis 1615., nullatenus Ruthenis  
 ad communionem Sanctæ Sedis nuper adjunctis  
 impositam esse legem, ut abdicatis propriis  
 Ritibus, Ecclesiæ Latinæ Ritus amplecterentur.  
 Cum autem Nos elapso proxime anno 1743. sub  
 die 24. Decembris, Epistolam Encyclicam de-  
 derimus ad Patriarcham Antiochenum Græco-  
 rum Melchitarum, cæterosque Episcopos Catho-  
 licos illius Ritus eidem Patriarchæ subjectos,  
 in qua plura disponuntur circa abstinentias et  
 jejunia, aliasque consuetudines Orientalis Ec-  
 clesiæ ; volumus, ut istius quoque mentionem  
 faciatis, et prædicto Decreto hujusmodi verba  
 addatis : *juxta Epistolam Decretalem SS. Domini*

Juranda  
 quoque  
 observan-  
 tia Decre-  
 talis SS.  
 D.N., su-  
 perius po-  
 sitæ n. 87.

*Nostri etc.* quæ fuit a Nobis, ut supra, conscripta; adjecta pœna privationis vocis activæ et passivæ, ipso facto incurrenda, non solum ab iis, qui Ecclesiæ Orientalis usus, consuetudines, Jejunia, Ritus, et Cæremonias transgrediantur, sed etiam ab ipsorum Superioribus, qui dispensationem ab eorum observantia, etiam in casibus particularibus, absque justa et urgente causa, concedere audeant.

§. 25. Inter Officiales Religionis, quod ad Procuratorem Generalem attinet, optime Vestris Constitutionibus decrevistis, ut alternis vicibus ex Lithuanica, et Polonica Provincia eligi deberet. Sed ut ea dispositio magis perspicua reddatur, et nullam in executione difficultatem involvat, in eam, quæ sequitur formam, redigenda erit. *Procurator Generalis in posterum eligatur in Capitulo Generali, et in ejus electione servetur alternativa; ita ut, quoties Proto-Archimandrita est ex Provincia Lithuanicæ, Procurator Generalis sit Monachus Professus Provinciæ Polonicæ, et e contra; Cum autem in Vestro Capitulo Generali, in quo Proto-Archimandritam elegistis ex Provincia Lithuanica, minime electum fuisse viderimus Procuratorem Generalem, Nos porro addimus, quod, pro currenti quadriennio, Proto-Archimandrita cum Consultoribus Generalibus eligat in Procuratorem Generalem Monachum Professum Provinciæ Polonicæ.*

§. 26. Visitationem Monasteriorum utriusque Provinciæ minime a Vobis neglectam fuisse cognoscimus, quum eadem respectivis ipsarum Provincialibus demandata fuerit. Quo vero ad Proto-Archimandritam, statuistis, ut is visitare nequeat, nisi ubi aliquod Monasterium per Visitationem à Provinciali peractam gravamen aliquod pertulisse dicatur; quo casu etiam decrevistis, ut idem Proto-Archimandrita per se ipsum nequeat visitare, sed per aliquem Consultorem, aut Secretarium suum, sive per alium visitatorem a se delegandum. Quæ quidem Lex Proto-Archimandritæ dicta, ut nunquam per se ipsum Monasteria visitare valeat, sed etiam in

Alternativa in electione Procuratoris Generalis distinctius præscribitur.

Proto-Arch. etiam per se ipsum Monasteria visitare possit.

**P O R T.** prædictis casibus per alium visitare teneatur,  
**A. IV.** nimium profecto videtur illius dignitati præjudicium inferre. Proindeque supradictam Resolutionem ita corrigetis; ut, ubi in casibus supra expressis Visitationi Proto-Archimandritæ locus sit, possit idem sive per se, sive per alium visitare.

**Votan-** §. 27. In eisdem demum Constitutionibus ca-  
**num nu-** pulariter a Vobis sancitis, de iis etiam, ut  
**merus pro** par erat, decernere non omisistis, quorum suf-  
**Capit.** fragiis tum Proto-Archimandrita, tum etiam  
**Gen. præ-** Provinciales, Consultores, et Secretarii eligi  
**sumitur.** debent. Verum nisi in hujusmodi electionibus numerus eorum, qui suffragium ferre debent, statuatur, ut totidem sint ex Provincia Lithuanica, quot erunt ex alia Provincia Polonica, sive, uno verbo, nisi inter utriusque Provinciæ Vocales æqualitas constituatur; nunquam recte subsistere poterit alternativa in Electione Proto-Archimandritæ, aliorumque inferiorum Officialium a Vobis instituta. Quapropter super hujusmodi Votantium numero ita decernimus; ut in Capitulis Generalibus, quando agitur de Electione Proto-Archimandritæ, suffragium ferre debeant, præter Metropolitanum Capitulo præsentem, Consultores, Secretarii Generales, Provinciales, atque alii quadraginta Monachi ex una, totidemque ex alia Provincia designati et electi; iidemque omnes vocem activam habeant, ubi agitur de Officialium inferiorum electione, addito eisdem Proto-Archimandritæ, qui jam electus fuerit, suffragio.

**Eorum** §. 28. Quia vero delectus eorum, quos ex  
**delectus** utraque Provincia assumi conveniat, in tanta  
**rationem** rerum, et locorum distantia, nequaquam recte  
**statuere,** haberi, seu definiiri posse videtur; Idcirco  
**commit-** mandamus Venerabili Fratri Episcopo Zenopoli-  
**titur Epi-** tano, de cujus zelo et prudentia plurimum in  
**scopo Ze-** Domino confidimus, ut una cum Proto-Archi-  
**nopolit-** mandrita, Provincialibus, et Consultoribus tam  
**lano.** Generalibus, quam Provincialibus, agat atque expendat, qua potissimum via ad hujusmodi

Vocalium Electionem procedi possit; designatamque quantocius agendi rationem ad Congregationem de Propaganda Fide examinandam, atque approbandam remittat.

§. 29. Huic autem Epistolæ Nostræ finem imponere nullo modo possumus, quin debitis laudibus prosequamur Ven. Fratrem Athanasium hodiernum Russiæ Metropolitanum, cujus eximia virtus, atque ardens Religionis Catholicæ studium, sinceraque devotio erga Apostolicam Sedem, et sæpe aliàs, et in harum quoque rerum tractatione luculenter emicuerunt. Hinc est, ut nulli melius, quam ipsi, demandari posse judicemus gravioris momenti negotium, quod hic subjungimus. Plura nempe Monasteria in Provincia Poloniæ esse novimus ad eam paupertatem redacta, ut vix duos, aut tres Monachos alere possint: In hujusmodi rerum statu, Canonicæ Leges præcipiunt, plurimum Monasteriorum Unionem faciendam esse, donec in singulis Monasteriis decem, vel saltem octo Monachi commode congregari valeant. Ad multa igitur laudabiliter hucusque peracta hoc etiam addat Metropolitanus, (cui Nos idipsum demandamus, omnesque facultates ad hoc necessarias, et opportunas impertimur) ut simul cum Proto-Archimandrita, et Consultoribus Generalibus, necnon Provinciali Poloniæ, ejusdemque Provinciæ Consultorio, ad hujusmodi tenuiorum Monasteriorum unionem peragendam incumbat. Quod sane proficuum opus ipsius cura, ut confidimus, recte perficiendum, ubi ad Apostolicam Sedem ipsius relatio deferetur, auctoritate Nostra comprobare, et confirmare non dubitabimus.

§. 30. Electionem quidem Proto-Archimandritæ in supramemorato Capitulo jam sequutam, ab utraque Provincia acceptatam fuisse non sine voluptate cognovimus. Verumtamen aliam fuisse vidimus formam, qua Monachi Provinciæ Lithuanicæ ipsam acceptarunt, ab ea, qua usi sunt Monachi Provinciæ Poloniæ. Siquidem illi abso-

ANNO  
1744.

Metropo-  
litani Rus-  
siæ laudes

Eidem  
committi-  
tur unio  
Monaste-  
riorum ad  
paupertate-  
m redactam  
cum  
consilio  
etc.

Provin-  
cia Polo-  
niæ obe-  
dientiam  
præstitit  
Proto-Ar-  
chiman.  
sub con-  
ditione.

**Р о н т.** lutam obedientiam, et subjectionem Proto-Archimandritæ jurarunt; hi vero hujusmodi conditionem apposuerunt: *Si dictus Electus cum expositis ad approbandum Sanctæ Sedis Apostolicæ Constitutionibus approbabitur, neque munus suum exerceat in Provincia Polona, non promulgata a Sancta Sede Apostolica approbatione.*

**A. IV.**

Pontifex §. 31. Et sane Apostolicæ Sedis dignitati convenientius, fortasse a Nobis rescribi potuisset, suspendendo approbationem Capituli, et promptam ante omnia exigendo Provinciæ Poloniæ obedientiam, eique omnino similem, quam Provincia Lithuanici electo Proto-Archimandritæ præstiterat. Verum quum illud Nobis minime suadere possimus, cunctationem hujusmodi originem ducere ex defectu debitæ observantiæ erga Sanctam hanc Sedem, in qua colenda, et observanda insignessemper se præbuerunt Polonæ Nationis Alumni; libenti animo adducti sumus, ut intentionem saltem eorum, qui ita se gesserant, excusatione dignam Nobiscum reputaremus: Omnique morositate seposita, totius rei disquisitionem aggressi sumus; Congregationes convocavimus, easdemque coram Nobis haberi volumus; minimeque obstantibus reliquis negotiis, et perturbationibus, quibus plus æquo undique obruimur, animum ad scribendum appulimus, omnesque Vobis in hac Epistola Resolutiones exposuimus, quas, cum prædictæ Congregationis consilio, maxime opportunas, et necessarias esse judicavimus. Ex quarum resolutionum tenore quum omnes tergiversandi causæ sublatae sint, minime dubitamus, quin Provincia Poloniæ id ipsum sequatur, quod jam Lithuania Provincia peregit. Quod si eadem in suscepta obediendi repugnantia perseveraret, non sine magno profecto animi Nostri dolore ad ea Nobis deveniendum esset acriora juris remedia, quæ ab Ecclesiasticis quidem legibus contra inobedientes districte constituta sunt, sed quæ nunquam a Nobis adhibenda esse speramus contra Religiosos Viros adeo conspicui

Ordinis sectatores, aut contra Nationem, quam tanto pietatis studio diligimus, ob præclara ipsius erga Apostolicam Sedem promerita, quorum, ut recentiora omittamus exempla, jam usque a temporibus Prædecessorum Nostrorum Clementis III., Innocentii IV., et Gregorii XI., eximia et nunquam interitura monumenta extiterunt.

§. 32. Congregationis de Propaganda Fide Præfectus est Venerabilis Frater noster Vincencius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Petrus Episcopus Prænestinus, cujus adeo illustre nomen ubique est, ob multa et proficua Opera ab ipso conscripta, et publicis Typis vulgata. Horum vero negotiorum Relator apud ipsam Congregationem est Venerabilis itidem Frater Noster Petrus Aloysius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Carafa Episcopus Albanensis, qui summa diligentia, ac sedulo studio atque labore, eorum seriem tam scripto, quam voce digessit, atque explanavit. Hæc Vobis comperta esse volumus, ut intelligeretis, quam bene rebus Vestris consultum sit, per hujusmodi laudabilium Fratrum Nostrorum industriam, atque peritiam; quorum profecto operam in iis, quæ agenda remanent, neque defecturam, neque cessaturam esse, Vobis asserere non dubitamus; ut quum pro reliquis pendentium adhuc rerum definitionibus opportuna a Vobis documenta pro animi Nostri instructione transmissa fuerint, iidem statim Nobiscum agere prætermisuri non sint, ut tanti ponderis operi suprema demum manus imponatur. Nos interim Vobis, quas Paternæ dilectionis affectu complectimur, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 11. Maji MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno IV.

Cardinales, Congregat. Præfectum, et Causæ Relatorem, commendat.  
Ac ultiores providentias promittit  
Dat. die 2. Maji 1744.

P O N T.

A. IV.

IC.

## DECLARANTUR

Quæstiones circa jejunii leges a Summo Pontifice  
instauratas, propositæ.

*Venerabili Fratri Archiepiscopo Compostellæ.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

Exor-  
dium.

**S**I Fraternalitas Tua secum reputabit quot gravissimis et maximis curis propemodum obruamur, quantumque, hoc præsertim difficillimo tempore, prorsus Nos teneat imposita tenuitati nostræ sollicitudo omnium Ecclesiarum, non sane mirabitur tamdiu sibi procrastinatum fuisse responsum ad eas Literas, quibus Apostolica auctoritate dissolvendas rogasti obortas in Hispania disputationes aliquas; e duabus nostris Epistolis ad omnes Episcopos superioris Anni MDCEXLI. xxx. Maji, et xxii. Augusti, quibus intra legitimos fines coercuimus invalescentem Ecclesiastici jejunii relaxationem. Potius tibi in mentem veniet cogitare de singulari nostro in religiosissimam Hispanam Ecclesiam amore, unde Nos immensa licet rerum mole fatigatos ad expediendum sibi in omni sua perplexitate salutis iter operam nostram præsto habet.

¶. i. Quamquam igitur, dum prænuentias Constitutiones edidimus, non aliud propositum Nobis fuerit, ac refrænare paucorum nimis ingenio fidentium Theologorum licentiam, qui opinionum novitate gaudent; nec otium, nec animus Nobis fuerit definire quicquid subtili indagacione deduci possit ex proposita a Nobis

jejunandi regula ; tamen eximia paterna caritate complectimur adeo observantissimos Romanæ Sedis Hispanos , tantique facimus observationes tuas , ut occurrere anxietati vestræ libenter adjecerimus animum , et Nos ipsi quæstiones abs te propositas dirimendas constituerimus. Sic autem se habent.

A N N O

1744.

Propositio  
tamen  
Dubiis re-  
spondet.

I. *Utrum , quæ in antedictis nostris literis in forma Brevis de unica comestione , et de epulis non permiscendis , præscribuntur , sub gravi etiam præcepto prohibeantur ?*

Respondemus : Concedentes facultatem vescendi carnibus tempore vetito , sub gravi teneri easdem facultates non aliter dare , quam geminis hisce adjectis conditionibus , videlicet unicæ in diem comestionis , et non permiscendarum epularum. Eos vero , qui hujusmodi facultatibus utuntur , sub gravi ad binas ipsas condiciones implendas obligari.

II. *An ii , quibus concessum est vesci carnibus , possint in vespertina refectiuncula , ea quantitate carnis vesci , quæ jejunantibus permittitur ?*

Respondemus : non licere ; sed opus habere eo cibo , eaque uti potione , quibus utuntur homines jejunantes rectæ meticulosæ conscientiz.

III. *An qui jejunii tempore vesci carnibus permittuntur , et unica comessatione uti debent , horam jejunantibus præscriptam servare opus habeant ?*

Edicimus , observandam iis esse.

IV. *Quænam sint epulæ licitæ , quæ vetantur cum interdictis conjungi ?*

Respondemus : Epulas licitas pro iis , quibus permissum est carnes comedere , esse carnes ipsas. Epulas interdictas esse pisces , adeoque utrumque simul adhiberi non posse. Piscibus tamen edendis non interdiciuntur ii , quibus datur tantum facultas adhibendi ova et lacticia.



POST.  
A. IV.

V. *An præceptum de utroque epularum genere non miscendo dies quoque Dominicos Quadragesimales complectatur?*

Affirmatur complecti.

VI. *Utrum hæc lex ad eos quoque pertineat, qui ex Bulla Cruciatæ edere possunt ova, et lacticinia?*

Rescribimus: Nihil in prænunciatis nostris Apostolicis literis statutum esse, quod respiciat gratiosum Cruciatæ Diploma. Quare, qui eo gaudent, illius tenorem stricte, et considerate perpendant, ex ejusque sententia se gerant. Caveant autem, ne inani quapiam excusatione sese solutos esse arbitrentur præscriptis ibi legibus.

VII. *Utrum memorata duo præcepta urgeant extra Quadragesimam?*

Respondetur, urgere extra Quadragesimam utrumque præceptum; illud scilicet unicæ comestionis, cum reliquis legibus in secundo, et tertio ad hæc postulata responso expressis; et alterum non permiscendi epulas licitas cum interdictis, ut in quarto postulato definitum est.

Observantiam Sedi Apost. exhibitam commendat.

§. 2. Habes, Venerabilis Frater, penitus explicatum quicquid apud vos ex nostris sæpius nuncupatis Apostolicis literis dubitationem attulisse scribis. Qua quidem in re laudavimus consilium tuum interrogandæ supremæ Romanæ Sedis, ut libero, et non vacillanti gressu ad oves sana doctrina imbuendas incedere Pastores queant, in istoque tuo suscepto consilio agnovimus Hispanam religionem, nihil sibi tutum nisi e Divi Petri Cathedra acceptum, reputantem; qua splendidissima gloria tantum nomen, et incorruptæ Fidei fructum Hispania sibi pe-

Certam perit.

Normam demonstrat ad coercendam opivandam licentiam.

§. 3. Cavendum autem vobis est (idque plurimum ad te pertinet, qui illustris Archiepiscopi, et Inquisitoris geris præcipuum munus) ne in expendendis Apostolicæ Sedis Constitutionibus, pro nimia exhauriendi argumenti sollicitudine, nullus fiat disserendi ambigendique

modus. Sedula deinde opera conferenda, ut istiusmodi dubia, quæ facile, pro ingeniorum varietate, disputando emergunt, penitus inter vos dirimantur, ne diuturna unquam disceptatione fluctuent animi; præsertim cum Constitutiones ipsæ Apostolicæ scopum, quo tendunt aperte demonstrent, et illuc prompte dirigi potest quicquid dubitando interturbare videatur. Id si animadvertissent, qui de præsentî negotio plura dubitarunt, nodum sibi exsolvisent. Patebat enim nihil aliud Nobis in animo fuisse, quam cohibere vivida nonnullorum Theologorum ingenia, qui nimium sacri jejunii fines prætergressi, et non parum oblitî illud ad retinendum in officio corpus divinitus institutum, hosti huic spiritus infensissimo blandiebantur. Statim siquidem comperissent, quid in propositis quæstionibus constituendum esset; nec tibi molestiam exhibuissent, nec Nobis, quos gravissimæ undique circumstant curæ, non parum temporis occupassent: quod tamen pro singulari nostro in vestram gentem studio, atque amore, libenter impendimus ad rectum vobis iter monstrandum, in posterum simul præcaventes, quomodo in hujusmodi quæstionibus firmare gressus vestros in promptu sit.

А П П О  
1744.

§. 4. Reliquum est, Venerabilis Frater, ut tibi, quod facimus ex animo, præcipuæ benevolentiæ nostræ pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertiamur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annullo Piscatoris die VIII. Julii MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat die  
8. Julii  
1744.

*J. Vincentius Lucchesinius.*

PONT.  
A. IV.

C. DE INDULTIS APOSTOLICIS

Eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum pro absolute a criminibus, aut censuris reservatis, etc.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Pro-  
mum.  
Pontificis  
cura in  
præca-  
vendo ab-  
usu In-  
dultorum  
Apostoli-  
corum.

**A**POSTOLICA Indulta, quamvis prudenti Romanorum Pontificum dispensatione concessa, ad Christiani Populi profectum, et promovendam animarum salutem plurimum conferre non dubitemus: si tamen eorum interpretatio ingeniorum liberius opinantium licentiæ permittatur: unde in sensus a mente, et voluntate concedentium alienos detorqueantur; eadem in Ecclesiasticæ Disciplinæ detrimentum, et ipsorum Fidelium periculum atque perniciem, perverso hominum abusu, traduci posse veremur. Quapropter, pro eo, quam Dei nutu suscepimus, sanctissimarum Ecclesiæ Legum custodia, et flagranti, quo tenemur, studio, de universo Christi grege ad æternæ beatitudinis metam securius dirigendo, non solum recte constitutas a Patribus agendi regulas in dies magis magisque constabilire satagimus; nullam prætermittentes occasionem intemeratæ disciplinæ observantiam Catholicis omnibus præscribendi et commendandi; verum etiam Indultorum ab hac eadem Apostolica Sede benigne concessorum certos indicare limites, et tutam ipsorum formam usumque præfinire, juxta nostram et Prædecessorum nostrorum, quorum auctoritate

auctoritate prodierunt, mentem et voluntatem, opportuno in Domino judicamus. ANNO  
1744.

§. 1. Sane hanc providentiam, si quod aliud Indultum, illud in primis postulare videtur, quod Sedes Apostolica, vel cunctis Christifidelibus, per universalis Jubilæi Literas, vel nonnullarum Regionum Incolis, per Bullam, ut appellant *Cruciatæ*, vel certis Universalibus, aut Sodalium seu Confratrum cœtibus, per specialia privilegia, elargiri quandoque consuevit facultatem eligendi sibi unum quempiam Confessarium ex approbatis ab Ordinario ad Confessiones audiendas, qui eos a culpis, criminibus, et censuris, alioquin reservatis, absolvere valeat: Etenim eo periculosius in usu Indultorum hujus generis erratur, quo gravius in iisdem agitur negotium, Sacramenti nimirum Pœnitentiæ, lapsis post Baptismum ad salutem prorsus necessarij, valida ac legitima administratio, ejusdemque respective susceptio.

§. 2. Et quidem fel. record. Prædecessor Noster Innocentius Papa XII. ex delatis ad se nonnullorum Episcoporum Regni Portugalliæ tunc temporis existentium, et aliorum timoratæ conscientiæ Virorum, querelis; intelligens opinionem quandam revixisse, cæteroquin per Apostolicas Pauli V., Urbani VIII., et Clementis X. Romanorum Pontificum Prædecessorum suorum Constitutiones, necnon per plura Congregationum S. R. E. Cardinalium, tam Concilii Tridentini Interpretum, quam negotiis et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum, Decreta, dudum damnatam, ac reprobata; qua opinione freti plerique illarum partium Fideles, Privilegia, et Indulta circa prædictam Confessarii electionem a Sancta Sede concessa et elargita in Literis Apostolicis pro Cruciatâ Sancta emanatis, quas Bullam Cruciatæ vocant, ita intelligenda esse existimabant, ut facultas in Bulla hujusmodi Christifidelibus attributa, confitendi peccata sua cuilibet Confessario per quemcumque Ordinarium

Præsertim quoad facultatem eligendi Confessarium

Innocentius XII. damnat falsas opiniones super hoc inductas.

PONT.  
A. IV.

ad Confessiones audiendas approbato, et recipiendi ab eo absolutionem, ut præfertur, a quibusvis peccatis atque censuris in prædicta Bulla non exceptis, locum haberet, et habere censeretur, etiamsi Ordinarius præfatus non esset Ordinarius illius loci, in quo Confessiones prædictas excipi contingeret; Hujusmodi opinionem, in Congregationibus S. R. E. Cardinalium, tam eorum, qui tunc temporis Episcoporum et Regularium consultationibus præpositi erant, quam aliorum adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum a Sede Apostolica specialiter deputatorum, de ipsius mandato ex integro examinatum, iterum censuit proscribendam atque damnandam, sicuti reipsa proscripsit, et damnavit, per Apostolicas in forma Brevis Literas incipien. *Cum sicut*, die decima nona Aprilis anni millesimi septingentesimi, Pontificatus sui anno nono editas; decernens et declarans, prædictam Bullam Cruciatæ, quoad approbationem Confessariorum, nihil novi juris induxisse, nullumque privilegium continere contra formam Concilii Tridentini, et prædictarum Constitutionum Apostolicarum; adeo ut Confessarii tam Sæculares, quam Regulares, quicumque illi sint, in vim dictæ Bullæ Cruciatæ a Pœnitentibus ad audiendas Sacramentales eorum Confessiones electi, nullatenus Confessiones hujusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarii, et Episcopi Diœcesani loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, et Confessarios eligunt, vel ad excipiendas Confessiones requirunt; nec ad hoc suffragari approbationem semel, vel pluries ab Ordinariis aliorum Locorum, et Diœcesum obtentam, etiamsi Pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent: Subindeque statuit Confessiones aliter in posterum factas et respective auditas, nullas, irritas, et invalidas fore, et Sacerdotibus, qui illas audire præsumperint, suspensionis pœnam ipso facto incurrendam indixit: Opinionem au-

Mandans  
Confessarium electum in Bullæ Cruciatæ, ab Ordinario Loci approbatum esse debere.

Sub pœna nullitatis absolutio- nis, aliisque.

ANNO  
1744.

tem quamcumque contrariam, tanquam falsam, temerariam, scandalosam, et in praxi perniciosam damnavit, et reprobavit; eamque potissimum, de qua supra diximus, ullo modo doceri, sustineri, aut ad praxim deduci, prohibuit, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto incurrendæ; prout latius in supradictis Literis continetur.

§. 3. Has Literas Innocentii Prædecessoris prædicti post aliquot annos sua quoque auctoritate approbavit, confirmavit, et innovavit recol. pariter mem. Innocentius Papa XIII., die decima tertia Maji anni millesimi septingentesimi vigesimi tertii, Pontificatus sui Anno secundo, editis similibus in forma Brevis Literis incipientibus *Apostolici Ministerii*, quibus plura complexus est ad Ecclesiasticam disciplinam in Hispaniarum Regnis servandam pertinentia; ac inter alia declaravit, Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares, qui ab Episcopis obtinuerint licentiam audiendi Confessiones, limitatam vel quoad locum, vel quoad tempus, vel quoad genus personarum, non posse Sacramentum Pœnitentiæ administrare extra tempus, vel locum, vel genus personarum ab ipsis Episcopis præscriptum; quocumque privilegio, etiam in vim Bullæ, quæ appellatur *Cruciatæ Sanctæ*, competente, nullatenus suffragante: Necnon Sacerdotibus prædictis tam Sæcularibus, quam Regularibus, ad Confessiones excipiendas, vel ex vi prædictæ Bullæ *Cruciatæ*, vel ex quocumque alio privilegio electis, minime suffragari, quod approbati aliàs fuerint ab Episcopo, qui aliquando loci, in quo Confessiones audiendæ sunt, Ordinarius fuerit, sed talis non amplius existat, vel quia ab humanis excesserit, aut Episcopatui renuntiaverit, vel quia ad aliam Ecclesiam Auctoritate Apostolica translatus reperiatur, sed necessariam omnino esse illius, qui actualiter, et pro tempore Ordinarium Jurisdictionem in ea Diocesi exercent, approbationem; hanc tamen sufficere etiam

Innoc. XIII. idem declarat, quoad Confessarios, quorum approbatio limitata sit, vel expireverit.

PONT. tacitam, eamque tamdiu durare, quamdiu præ-  
 A. IV. eedens licentia siye approbatio expresse revo-  
 eata non fuerit; in quo casu nova de integro  
 approbatio impetranda erit; sicut etiam quan-  
 do prior approbatio, tempore præfinito elapso,  
 expiraverit.

Bened. §. 4. Cumque san. mem. Benedictus Papa  
 XIII. præfatas Innocentii XIII. Literas, suis  
 dicta om- aliis Apostolicis Literis incipien. *In supremo*  
 nia con- *Militantis Ecclesiæ Solio*, die vigesima tertia  
 firmat. Septembris anni millesimi septingentesimi vige-  
 simi quarti, Pontificatus sui Anno primo datis,  
 earum tenore de verbo ad verbum inserto,  
 pari Auctoritate Apostolica in omnibus, et per  
 omnia perpetuo approbasset, confirmasset, at-  
 que innovasset; ipsius quoque Auctoritate cor-  
 roborata, innovataque noscuntur, quæ de fa-  
 cultate eligendi Confessarium tam ab Innocentio  
 XII., quam a XIII., decreta, declarataque fuisse  
 commemoravimus.

Causæ præsentis declaracionis. §. 5. Quia vero iidem Prædecessores Nostri  
 Innocentius XII., et XIII. in suis respective  
 Literis, Indultum per Bullam Cruciatæ con-  
 cessum tantummodo nominatim expresserunt,  
 et ab Innocentio XIII. alterius cujuscumque  
 generis privilegia generatim dumtaxat sunt in-  
 dicata: Idcirco Nos animo prospicientes, quod,  
 nisi clarius, atque distinctius declaratum fuerit,  
 quænam Privilegia, seu Indulta sub præfatas  
 regulas cadent, et cadere debeant, idem fortasse  
 reprobatarum, ut supra, opinionum offendicu-  
 lum, ut olim in prædictæ Bullæ Cruciatæ, sic  
 etiam in aliorum ejusdem generis Indultorum  
 interpretatione et usu, subesse facile posset;  
 Et vigili cura animum in id intendentes, ne  
 inimicus homo hujusmodi zizania in agro Do-  
 minico ullatenus valeat superseminare, atque  
 ut Fidelium conscientiæ securius dirigantur;  
 non modo relata superius Prædecessorum no-  
 strorum Decreta Auctoritate quoque Nostra ap-  
 probamus, confirmamus, et innovamus, verum  
 etiam eadem auctoritate, et simili motu, scien-

fia, et potestatis plenitudine statuimus, et declaramus, quod idem omnino jus, quod vigore Decretorum hujusmodi, circa intelligentiam, et usum Indulti Bullæ Cruciatæ obtinet, etiam quoad reliqua ejusdem generis Indulta pariformiter valere debeat, et obtinere; Volumus etiam reprobationem dictarum opinionum, quatenus respiciunt intelligentiam, et usum Indulti prædicti Bullæ Cruciatæ, a præfatis Prædecessoribus proscripitarum, locum similiter habere, quatenus easdem opiniones et sententias in medium proferri contingeret circa similia etiam Indulta, sive universis per Ecclesiam Christifidelibus, sive alicui Regioni, aut Loco, Universitati, aut Cœtui particulari Sodalium; seu Confratrum, quandocumque, et ubicumque concessa vel concedenda.

§. 6. Insuper decernimus, et declaramus, id, quod generaliter de Indultis præmissis sentientium esse jam diximus, generaliter quoque intelligendum esse de omnibus et singulis personis, quæ sub eorundem Indultorum concessione comprehensæ reperiuntur, vel quas in posterum comprehendi contingat, quæque suprædictis Indultis uti voluerint: Ita videlicet, ut si in aliquo Indulto tam Sæcularibus, quam Regularibus tribuatur facultas eligendi Confessarium ab Ordinario Loci approbatum; tunc Confessarius vigore talis concessionis, sive a Sæculari, sive a Regulari Pœnitente ad audiendas eorum respective Confessiones electus, nullatenus hujusmodi Confessiones audire valeat, nisi ab Episcopo Diocæsano et Ordinario Loci, ubi Confessio excipienda est, ad Confessiones approbatus et deputatus existat; quacumque alia approbatione, tam illius generis, quam uterque Innocentius Prædecessores prædicti declararunt non suffragari, quam ea, si de Regularibus agatur, quæ a solo proprio Regulari Prælato obtenta foret, minime suffragante. Æquum est enim, et rationi consentaneum, ut quicumque speciali Indulti beneficio gaudere, eoque uti vo-

ANNŌ  
1744.

Pontifex  
expresse  
compre-  
hendit  
omnia, et  
singula  
hujusmo-  
di Indulta

Et omnes,  
et singu-  
las perso-  
nas in In-  
dultis  
compre-  
hensas.



Р о к т.  
А. IV.

luerit, is conditiones in eodem Indulto præscriptas omnino servet; neque licitum est cuiquam, conditionem illam approbationis Confessarii per loci Ordinarium faciendæ, alio modo intelligere, quam eo, quo ipsam intelligendam esse toties Prædecessores Nostri Romani Pontifices, ut præmissum est, decreverunt. Quorum Nos quoque vestigiis inhærentes, præfatam conditionem in eodem plane sensu, quem illi tradiderunt, ab omnibus et singulis hujusmodi Indulto sub ea conditione concesso utentibus, accipiendam, et servandam esse statuimus, atque mandamus; quicumque illi fuerint, qui in vim ejusmodi Indulti Confessarium sibi eligent, sive Sæculares, sive Regulares cujuslibet Ordinis et Instituti, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, et Ordinum Militarium, etiam Militiæ Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, necnon Societatis Jesu, atque alterius cujusvis Congregationis, vel Societatis, tametsi de illis, aut illorum vel aliarum aliquo seu aliqua, specialis, et expressa mentio quomodocumque facienda foret. Ideoque Confessiones, et absolutiones in præmissis casibus aliter in posterum factas, et respective auditas seu impertitas, irritas fore et invalidas declaramus; et contrariam quamcumque opinionem, ejusque praxim, deinceps prohibemus ac reprobamus, tamquam explanatæ toties ab Apostolica Sede verborum intelligentiæ, ac menti nostræ, quam ad omnem hac super re ambiguitatem tollendam per præsentem clarius exposuimus, penitus adversantem.

Quæ quales sint, §. 7. Postremo illud monendum existimamus, nihil hic a Nobis statui, aut pronunciari super eo, an scilicet in uno aut altero Indulto unum aut alterum personarum genus comprehendendi, et quænam Indulta specialiter Regularibus suffragari, vel non suffragari, censendum sit; hoc enim ex uniuscujusque Indulti tenore, ac verbis colligendum relinquimus; ab Indulto Cruciatæ Re-

Indultorum tenore colligendum relinquit.

Exclusis ab Indulto Cruciatæ Re-

feris, quod ad Bullam Cruciatæ pertinet, plurium

Prædecessorum Nostrorum declarationibus, eandem scilicet Bullam, quantum ad articulum eligendi Confessarium, seque a casibus reservatis absolvi faciendi, nequaquam Regularibus suffragari; Quod Nos etiam perpetuo tenendum atque sentiendum, eorundem Prædecessorum Nostrorum exemplo, similiter declaramus, et contrariam quamcumque opinionem uti falsam, et perniciosam, interdiciamus, et reprobamus.

ANNO  
1744.  
Regularibus,  
quoad electionem  
Confessarii.

§. 8. Decernentes præsentibus nostras Literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, Ordinis, præminentiae, vel dignitatis existant, sive aliàs specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causæ propter quas eadem præsentibus emanaverint, adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, et substantiali defectu notari, impuguari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, et de Apostolicæ potestatis plenitudine simili concessio, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentibus semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos spectat, et

Clausulæ  
præservativæ.

PONT. pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari.

A. IV. Aliter  
judicari  
prohibetur.

§. 9. Sicque, et non aliter in præmissis censeretur, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici, Auditores, et S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, ac potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contra-  
riis ple-  
nissime  
derogatur

§. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula *de jure quæstio non tollendo*, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis, generalibus, et Specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, exemptionibus, et indultis etiam in corpore juris clausis, aut Literis Apostolicis quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, Institutis, etiam Societatis Jesu, et Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisve quibuslibet specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, et de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores,

formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exactissime servatis et specificatis respective habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

ANNO  
1744.

§. 11. Volumus insuper, et eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eadem præsentibus, et in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætere valedat, ipsas præsentibus, seu earum transumpta, ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, et Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis Innocentianæ in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, et affigi: sicque publicatas, et affixas, omnes et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde efficere, et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, et notificatæ fuissent.

Publica-  
tioni Con-  
stitutio-  
nis in Ur-  
be tribui-  
tur vis  
persona-  
lis inti-  
mationis  
omnibus  
factæ.

§. 12. Utque earundem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transum-  
ptis fidem  
præstari  
sancitur.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Confirmationis, Approbationis, Innovationis, Voluntatis, Mandati, Statuti, Decreti, Declarationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Sanctio  
pœnalis.

PONT. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
A. IV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-  
Dat. die gentesimo quadragesimoquarto, Nonis Augusti.  
3. Aug. Pontificatus Nostri Anno Quarto.  
1744.

*D. Cardinalis Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Public. die 11. ejusdem Mensis et Anni.*



## MARONITARUM

CI.

Patriarchæ Antiocheno a Summo Pontifice electo, et a dissidentibus ejusdem Nationis Antistitibus agnito, transmittitur Pallium, aliaque mandata et facultates committuntur.

*Venerabili Fratri Simoni Evodio Patriarchæ Antiocheno Maronitarum.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

**L**ITERAS Fraternitatis Tuæ libenter accepimus, Pontifex jucundissimæque Nobis acciderunt: Habent enim collaudat luculentam significationem religionis, obedientiam, obstrictive Apostolicæ Sedi obsequentissimi Patriarchæ religionem, animi tui. Confirmarunt proinde conceptam et obedientiam spem, cum in ista Patriarchali Cathedra te collocavimus. fore ut restitutam providentia Nostra tranquillitatem Ecclesiæ vestræ ipse foveas, et nunquam domesticis discordiis perturbari permittas.

§. 1. Cum iisdem Literis reddita Nobis fuerunt authentica monumenta rerum istic gestarum pro hujusmodi conficiendo negotio, unde Gaudet de extinctione Schismatis, et præstito mandatis Apostolicis obsequio. novimus gratum fuisse vestræ omnium Ordinum Nationi, Te a Nobis Patriarchali ministerio donatum, quod verecunde suscepis, et sedulo obitutum spondes. Comperimus simul, quidquid Nostris ad Vos literis in forma Brevis contineretur, sancte, accurateque Vos servaturos, non sine obstricti devinctive Nobis animi significatione, quod vere paterna sollicitudine schismatis periculum istinc amovere studuimus.

PONT. Quamobrem abjudicavimus duplicem non legitime factam Patriarchæ electionem, novamque auctoritate Nostra canonice substituimus. Qua quidem in re amavimus multaque laude prosequuti sumus utriusque perperam ad eam primariam dignitatem Electi docilitatem, qui ea se statim abdicarunt, ne cunctando, minus ipsorum obedientia splenderet. Egimus itaque æterno Ecclesiæ Pastori immortales gratias, quod vestræ Gentis misertus, nostra voce imperavit ventis; et mari, et facta fuerit tranquillitas magna, ubi inhorrescere cœperant ingentes fluctus.

Confirmat Ecclesiæ Ageltonensis provisionem. §. 2. Quam quidem tranquillitatem, te Præsides, quotidie magis invaliduram pro certo reputamus; Ne vero ulla se offerat perturbandæ occasio, Pontificia quoque auctoritate ratum habemus, et confirmamus decretum vestri Antistitum Conventus, quo provide assignata est Venerabili Fratri Ignatio Archiepiscopo Tyri, Diœcesis Ageltonensis cum omni sua ditione, cui Episcopali jure moderetur.

Pallium Patriarchæ transmittit. §. 3. Ecclesiasticum Pallium e Corpore Divi Petri desumptum Tibi demisse petenti libenter indulsumus, illudque, præmissis jurejurando, cæterisque cæremoniis, accipies a Venerabili Fratre Archiepiscopo Arcæ; retinebis autem veluti pignus amoris erga Te nostri, tuæque erga Nos Romanamque Sedem fidelitatis.

Eidem concedit, ut per Te, aut per alium Episcopali dignitate fulgentem, dilecto Clero, ac Populo Maronitarum, eorumque domibus, agris, prædiis, et bonis quibuscumque, solemnî ritu semel benedicere: iis vero utriusque sexus, qui per Poenitentiae Sacramentum a peccatis expiati, et Sanctissima Eucharistia refecti, Benedictioni hujusmodi præsentés interfuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, Apostolica auctoritate nostra, largiri possis et valeas.

§. 5. Qui abs te constitutus est rerum tuarum Curator Dilectus Filius Josephus Simonius Assemanus Prælati, Noster Domesticus, faciles ut habeat ad Nos aditus, imperabimus, quæque ad res vestras sacras salutaria proponet, benevole impetraturum ne dubites. Reliquum est, ut ad ea, quæ de turbato dudum istic rerum Ecclesiasticarum statu, ac de immodesta quandoque inter dissidentes altercatione commemoras, pauca respondeamus. Nos utique moleste tulimus quicquid acerbitatis in hujusmodi negotio patratum fuit, et non parum contulit ad irritandos animos, exagitandamque vestram Gentem. Ad rem autem componendam pro Nostra paterna sollicitudine præsto fuimus, ignemque restinximus duabus editis literis in forma Brevis, quibus utriusque partis decus in tuto fuit.

ANNO  
1744.  
Reliquas  
dissensio-  
nes obli-  
vioni tra-  
di cupit.

§. 6. Habes undique nostræ erga fidissimos Romanæ Sedi Maronitas benevolentiam documentum. Te vero Nobis dilectum esse inde quoque comperies, quod Ecclesiastico quoque munere nunc etiam cum Sacro Pallio donaris, quamvis non ita pridem ea voluimus ad Te deferri, quæ Decessori tuo destinata fuerant. His omnibus addimus Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, Venerabilis Frater, peramanter imper-  
timur.

Alia mu-  
nera lar-  
gitur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xi. Aug. MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die  
11. Aug.  
1744.

*J. Vincentius Lucchesinius.*



РОЯТ.  
А. IV.

CII.

## MARONITARUM

Antistites ob duplicem Patriarchæ electionem antea dissidentes, quod, præstita Mandatis Apostolicis obedientia, ad unitatem redierint, collaudantur etc.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et  
Episcopis Maronitis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**E**XIMII erga Apostolicam Sedem obsequii, exhibitæque obedientiæ plura semper documenta dederunt Maronitarum Antistites, vestrique omnium Ordinum Cives veræ tenaces Religionis. Quamobrem Pontifici Maximo præcipuo in amore fuistis, et non unum retulistis ab hac Sanctissima Divi Petri Cathedra beneficentiæ, studii, et amoris argumentum. Hujusmodi vestigiis Nos quoque instetisse, non sane Vobis incompertum fuit in commota istic dudum duplicis Patriarchalis electionis procella, qua Ecclesia Vestra, funestis hisce discordiis non antea exagitata, præceps itura videbatur. Suprema siquidem Nostra auctoritate illam dissipavimus, cognitaque causa, quam ex Ecclesiasticis legibus ad Nos detuleratis, legitimum Vobis Patriarcham constituimus Venerabilem Fratrem Simonem Evodium: confirmavimus quoque recentem Libaniticam Synodum, pluraque sacræ disciplinæ, Ecclesiisque vestris salutaria decrevimus, quæ nostris Literis in forma Brevis, expressa ad

Vetus inter S. Sedem, et Maronit. Nationem concordia commemoratur.

Item providentia Pont. ad tollendum schisma recens conflatum

Vos attulit Dilectus Filius Jacobus a Luca FRANCISCANÆ OBSERVANTIUM FAMILIÆ ALUMNUS. ANNO 1744.

§. 1. Id omne gratum, debitaque obedientia acceptum Vos habuisse, et accuratissime observaturos, e vestris literis, atque ex authenticis actis ad Nos transmissis libenter cognovimus, lætamurque, hac obsequentissima omnium vestrum voluntate, Vos Majorum exemplum sequutos, vicem Nobis reddidisse benevolentia, sollicitudinis, benignitatis, qua utique Gentem vestram complectimur.

§. 2. Sacro præterea Pallio donavimus ipsum Patriarcham Vestrum Simonem Evodium, an-nuentes vestris precibus, quas et ille per Procuratorem suum Dilectum Filium Josephum Simonium Assemanum Prælatum Nostrum Domesticum Nobis exhibuit. Facultatem simul ei contulimus impertiendi per se, aut per alium Episcopali dignitate fulgentem, Dilecto Clero, et Populo Maronitarum, eorumque domibus, agris, prædiis et bonis quibuscumque solemni ritu semel Benedictionem; iis vero utriusque sexus, qui per Pœnitentiæ Sacramentum a peccatis expiati, et Sanctissima Eucharistia refecti, Benedictioni hujusmodi præsentis interfuerint, ut plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam eadem Apostolica auctoritate Nostra largiri possit ac valeat. Cæteras præterea indulgentias jampridem Nationi Vestræ legitima auctoritate concessas nominatim confirmavimus.

§. 3. Habetis igitur paternæ caritatis Nostræ perpetuum monumentum; cui decus ac celebritatem addit, quod hæc omnia in Consistorio palam peregrimus, plura ibi de vestra in Apostolicam Sedem observantia honorifice loquuti. Vestrum modo sit, beneficium Nostrum tueri, positis animorum discordiis, Catholicaque Religione, quod hactenus accurate fecistis, integerrime custodita. Quod ut alacrius peragatis, Apostolicam Benedictionem Vobis, Venerabiles Fratres, Vestrisque Gregibus peramanter impertimur.

Antisti-tum alio-rumque obedi-entia com-mendatur

Patriar-chæ con-ceditur Pallium, aliaque gratiæ, et facultates

Acta omnia in Consistorio expleta.

Adhortatio ad pacis et religionis studium.

PONT. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
A. IV. Annulo Piscatoris die XI. Augusti MDCCXLIV.  
Dat. die Pontificatus nostri Anno quarto.

II. Aug.  
1744.

*J. Vincentius Lucchesinius.*

*De his omnibus Acta Consistorialia dantur in  
Appendice.*

CIII.

## DE APPLICATIONE

Missæ Parochialis pro Populo, Conventualis  
vero pro Benefactoribus Ecclesiæ. Item de  
Divinæ Psalmodiæ cantu.

*Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Ar-  
chiepiscopis, cunctisque locorum Ordinariis  
per Italiam constitutis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

Pontifex  
Pastora-  
les solli-  
citudines  
cum Epi-  
scops li-  
benter  
commu-  
nicat.

CUM semper oblâtas Nobis occasiones Aposto-  
lica scripta dirigendi ad Fraternitates Vestras  
libenter amplectimur, ut sinceræ Nostræ erga  
Vos dilectionis argumenta frequenter eluceant;  
tum vero majori animi alacritate idipsum præ-  
stamus, quum ad excitandum Fraternitatum  
Vestrarum zelum pro conservatione rectæ disci-  
plinæ in Clero regimini Vestro commisso, præ-  
sentibus rerum aut temporum conditionibus  
commovemur. Nec enim impositum imbecillitati  
Nostræ omnium Ecclesiarum sollicitudinis onus  
aliter sustinere Nos posse confidimus, quam si  
Divini Cultus augmentum, atque exactam Ec-  
clesiasticarum Sanctionum in singulis Diocesi-

bus custodiam, religiosæ vigilantium Pastorum curæ, identidem inculcando, commendemus.

ANNO  
1744.

§. 1. Hujus porro Epistolæ ad Vos scribendæ occasionem Nobis atque argumentum in primis præbet onus illud, quod omnibus animarum curam gerentibus incumbit, applicandi Missam Parochialem pro populo ipsorum curæ commisso; tum etiam applicatio Missæ Conventualis, quæ pro Benefactoribus in genere facienda est ab iis, qui Missas canunt in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, et Collegiatis; tum denique debitum psallendi, quo tenentur Canonici prædictarum Ecclesiarum Choro assistentes. Cujus quidem argumenti minime nova, sed a Scriptoribus frequenter habita tractatio est, cumque ea res in hujus Almæ Urbis Nostræ Congregationibus, et potissimum in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, cujus Secretarii munere olim in minoribus constituti multos annos perfuncti sumus, multoties discussa, ac definita fuerit; quamvis earundem Congregationum Decreta plerumque circa eam uniformia, et sibi consona prodierint, eorumque Decretorum nonnulla etiam Pontificiam Prædecessorum Nostrorum approbationem et confirmationem meruerint; minime tamen mirandum esset, eorum notitiam ad singulos quosque Vestrum non adhuc pervenisse. Quapropter non modo opportunum, verum etiam necessarium duximus, Encyclicam hanc Epistolam ad Vos scribere, per quam sublata demum diversarum, in quas Scriptores abierunt, opinionum varietate, constans hujus Apostolicæ Sedis sententia prædictis de rebus cuilibet innotescat: et Fraternitatibus Vestris quædam veluti norma, ac regula suppetat, juxta quam Synodales, aliasque Vestras circa præmissa Constitutiones, Ordinationes, seu Edicta, quorum publicationem Vobis injungimus, dirigere valeatis. Eorum vero executionem, dum, juxta ea, quæ in præsentibus tenenda

De applicatione Miss. Paroch. et Conv. etc. plura decreta edita a Cong. Conc.

Quibus inhærendo, præsentibus literæ publicantur.

**PONT.** atque servanda præscribimus, omni, qua decet,  
**A. V.** sollicitudine, ac vigilantia urgere studebitis,  
**Appella-** minime dubitandum Vobis erit, ne Statutorum  
**tione re-** Vestrorum implemento obicem, aut moram af-  
**mota, exe-** ferre valeant recursus ad hujus Nostræ Curiæ  
**quendæ.** Tribunalia forsitan habendi; utpote quos om-  
 nino rejiciendos esse præcipimus, ac jubemus:  
 Quamobrem has ipsas Literas Nostras in singu-  
 lorum Tribunalium Regestis asservari volumus;  
 atque ad earum præscriptum, tam ipsorum Tri-  
 bunalium resolutiones, quam de Vestris decre-  
 tis, quæ ipsis præsentibus inhærentes edituri  
 estis, judicia, exigi et conferri mandamus.

**Appli-** §. 2. Et quidem quod nuper enunciavimus,  
**catio Mis-** Sacrosanctum Missæ Sacrificium a Pastoribus  
**sæ Paro-** animarum applicari debere pro Populo ipsorum  
**chi pro** curæ commisso, id veluti ex Divino præcepto  
**Populo,** descendens, a Sacra Tridentina Synodo diserte  
**Concilio** exprimitur *sess. 23. cap. 1. de Reformat.* per  
**Trid. et** hæc notabilia verba: *Cum præcepto Divino*  
**Sedis A-** *mandatum sit omnibus, quibus animarum cura*  
**post. de-** *commissa est, oves suas dignoscere, pro his Sa-*  
**cretis san-** *cificium offerre:* Et quamvis minime defuerint,  
**cita.** qui per inanes, et frivolâs interpretationes hu-  
 jusmodi obligationem a Sancta Synodo memo-  
 ratam de medio tollere, vel saltem extenuare  
 contenderit; quum tamen relatâ Concilii verba  
 satis clara et perspicua sint, quumque prædicta  
 Congregatio ejusdem Concilii interpretationi  
 privative præposita, constanter edixerit, eos  
 quibus animarum cura demandata est, non  
 modo Sacrificium Missæ celebrare, sed illius etiam  
 fructum medium pro Populo sibi commisso ap-  
 plicare debere, nec illud pro aliis applicare,  
 aut pro hujusmodi applicatione eleemosynam  
 percipere posse; quodque magis interest, quum  
 hæc intelligentia a Prædecessoribus Nostris Ro-  
 manis Pontificibus approbata fuerit, et confir-  
 mata; nihil jam amplius ulli Vestrum deside-  
 randum superest, ut eam amplecti, eidemque  
 obsequi, necnon illius promptam executionem

in Vestris respective Diocesisibus omni studio procurare debeatis. A N N O  
1744.

§. 3. Neque Nos tamen, qui, ut superius in-  
Secretarii prædictæ Congregationis Concilii Tri-  
dentini Interpretis plures annos obivimus, alios-  
que non paucos partim in Anconitanæ Cathedra-  
lis, partim in Metropolitanæ Bononiensis,  
Patriæ nostræ dilectissimæ, quam adhuc reti-  
nemus, gubernatione assidue transegimus, non  
inquam Nos latent multiplicis generis effugia,  
per quæ nonnulli prædictæ obligationis imple-  
mentum declinare satagunt, quibusque proinde  
opportune a Nobis est occurrendum.

§. 4. Quum enim Sacrum Tridentinum Con-  
cilium, ne Animarum cura negligatur, non uno  
in loco Episcopis mandet, ut quotiescumque  
opus fuerit, idoneos Vicarios cum certorum  
fructuum assignatione ad eandem curam exer-  
cendam eligant ac deputent, uti videre est in  
*sess. 6. c. 2. sess. 7. c. 5., et 7. sess. 21. c. 6.  
sess. 25. c. 16.*; non raro autem eveniat, ut  
aliqua Ecclesia Parochiali vacante, Vicarius  
pariter ad implenda hujusmodi Ecclesiæ onera,  
usque ad novi Rectoris electionem, ab Episcopo  
deputari debeat, eodem Concilio Tridentino id  
jubente *sess. 24. cap. 18. de Reform.*; nonnulli  
ex hujusmodi Vicariis nituntur se ipsos a præ-  
dicta obligatione subtrahere, vel ex eo quod,  
habituali cura penes alium seu alios residente,  
ipsi actualem dumtaxat exercent; vel quod  
ipsi sint ad nutum amovibiles, vel ad breve  
tempus hujusmodi curæ sint addicti: ut nihil  
hic loquamur de Parochis Regularibus, qui a  
prædicta applicatione Missæ pro Populo non-  
nunquam alienos se ostendunt. Itaque mens  
Nostra, et sententia est, sicuti etiam pluries a  
prælaudatis Congregationibus judicatum fuit ac  
definitum, quod omnes et singuli, qui actu  
Animarum curam exercent, et non solum Pa-  
rochi, aut Vicarii Sæculares, verum etiam  
Parochi, aut Vicarii Regulares, uno verbo,

Sed variis  
effugiis  
declinari  
solita.

Etiam  
Vicarii  
amovibi-  
les, et  
tempora-  
rii, ac  
Regulares  
ad id te-  
nentur.

PONT. omnes et singuli, de quibus supra dictum est,  
 A. V. atque alii quicumque etiam specifica et indivi-  
 dua mentione digni, æque teneantur Missam  
 Parochialem applicare pro Populo, ut præfer-  
 tur, ipsorum curæ commisso.

Non ob. §. 5. Nonnulli vero ad evitandum hujusmodi  
 stante de obligationis implementum, allegare solent, con-  
 fectu Con gruos sibi Parochiæ suæ redditus non suppetere;  
 grnæ, aut alii denique ad inveteratam consuetudinem  
 quorum- confugiunt, sustinentes id neque sibi, neque  
 dam con- decessoribus suis, per longum tempus, quod  
 traria con- immemorabile affirmant, unquam in usu fuisse.  
 suetudine  
 Nos autem ad præcedentes prædictæ Congre-  
 gationis Concilii resolutiones nostram approba-  
 tionem et confirmationem extendimus; et, qua-  
 tenus opus sit, auctoritate Apostolica, iterum  
 tenore præsentium decernimus, et declaramus,  
 quod licet Parochi, seu alii, ut supra, anima-  
 rum curam habentes, congruis præfinitis red-  
 ditibus destituantur, et quamvis antiqua seu  
 etiam immemorabili consuetudine in ipsorum  
 Diœcesibus, seu Parochiis obtinuerit, ut Missa  
 pro Populo non applicaretur, eadem nihilomi-  
 nus omnino in posterum ab ipsis debeat applicari.

Diebus §. 6. Dum tamen diximus omnes animarum cu-  
 tamen Fe- ram habentes, Missæ Sacrificium pro Populo sibi  
 stis de- commisso applicare debere, non ideo statuere vo-  
 præcepto luimus, eosdem aut quotidie, aut quotiescumque  
 dumtaxat celebraverint, ad prædictam applicationem pro  
 Populo teneri. Et quidem Sacrosancta Triden-  
 tina Synodus *sess. 23. cap. 14.* præcipit Episcopis  
 curare, ut Sacerdotes saltem diebus Dominicis,  
 et Festis solemnibus, Missarum sacra faciant,  
*si autem curam habuerint animarum, tam fre-*  
*quenter, ut suo muneri satisfaciant, Missas cele-*  
*brent*; in pluribus autem Synodalibus Episco-  
 porum Constitutionibus novimus provide con-  
 stitutos, ac designatos esse dies, quibus anima-  
 rum Pastores Missas celebrare debeant. At vero  
 Nos id unum in præsentī suscepimus decernen-  
 dum, quando nimirum iidem pro Populo ce-

lebrare et applicare teneantur ; et quamvis compertum habeamus id , quod aliàs a Congregatione Concilii responsum fuit , Parochum nempe pinguibus redditibus dotatum quotidie pro Populo celebrare et applicare debere : eum vero qui uberioribus hujusmodi redditibus non gaudeat , festivis tantum diebus id ipsum præstare teneri ; quum tamen pariter Nobis perspectæ sint tum controversiæ supra hoc ipso exortæ ; nimirum ad quam summam pertingere debeant Ecclesiæ Parochialis proventus , ut pingues , et uberes appellari possint ; quoniam pingues minime habendi sunt redditus , etiam copiosi , quibus tamen multiplicia et gravia sint onera adneka ; tum etiam multorum querelæ adversus hujusmodi decretum , tamquam plus æquo rigidum , excitatæ , Nobis innotescant ; Idcirco oportunum censemus Fraternitatibus Vestris declarare , Nobis abunde satisfactum fore , Vobisque proinde satis esse posse , dum ii , qui animarum curam exercent , Sacrificium Missæ pro Populo celebrent atque applicent in Dominicis aliisque per annum diebus Festis de Præcepto , quum prædicti Dominici , aliique Festi dies , ii sint , in quibus , juxta præceptum Concilii Tridentini *sess. 5. cap. 2. , et sess. 24. cap. 4.* quilibet animarum curæ præpositus Populum sibi commissum salutaribus verbis pascere debet , docendo ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem ; iidemque sint dies , de quibus eadem Sancta Synodus statuit , *ut moneat Episcopus Populum diligenter , teneri unumquemque Parochiæ suæ interesse , ubi commode id fieri potest , ad audiendum Verbum Dei ;* et quibus Parochi Subditos suos in Doctrina Christiana erudire debent , juxta id quod a prædicto Concilio in *cit. Cap. 4.* Episcopis præcipitur , *ut nempe saltem Dominicis , et aliis festivis diebus Pueros in singulis Parochiis , Fidei rudimenta , et obedientiam erga Deum et Parentes , diligenter ab iis , ad quos spectabit , doceri curent.*



**PONT.** §. 7. Et quia in nonnullis Diocesisibus numerus dierum Festorum de præcepto, de Apostolica nostra auctoritate et consensu, eatenus est imminutus, ut nempe in aliquibus Festis Christianis, quibus tenentur Populus Missam audire. stitit fideles et Missam audire et ab operibus servilibus abstinere debeant; in aliis vero Populo permissum sit opera servilia exercere, firma remanente obligatione audiendi Missæ Sacrificium; Nos, ut obortæ jam dubitationes circa onus applicationis Missæ Parochialis in hujusmodi diebus Festis, penitus eliminentur, statuimus et declaramus, quod etiam iisdem Festis diebus, quibus Populus Missæ interesse debet, et servilibus operibus vacare potest, omnes animarum curam gerentes Missam pro Populo celebrare et applicare teneantur.

**Facultas conceditur dispensandi Parochos pauperes ab applicatione pro Populo diebus Festis.** §. 8. Quia vero propria nonnumquam experientia satis agnovimus, aliquos esse Parochos adeo pauperes, ut ferme ex eleemosynis, quas a Fidelibus pro Missarum celebratione accipiunt, vivere cogantur; eos vero qui, Ecclesia Parochiali vacante, ad animarum curam exercendam, sub Vicarii, seu Oeconomii nomine deputantur, aliquibus in locis adeo illiberaliter tractari, ut exigui redditus ipsis constituti, et pauca incerta emolumenta eisdem obvenientia, ægre ad eorum vitæ necessaria sufficiant; quod iis quoque non raro evenire solet, qui in aliquibus Ecclesiis, habituali cura apud alios manente, actuali tantum exercitio sunt addicti; proindeque cum istis severe nimis agi videretur, si diebus Festis, quibus potissimum hujusmodi occasio se offert, eisdem vetitum esset eleemosynam pro applicatione Missæ recipere: Idcirco Nos tam istorum, quam illorum inopiam summo opere miserantes, eisdemque, quantum Nobis integrum est, consulere volentes; quamvis, ut supra dictum est, omnes et singuli prædicti teneantur diebus festis Missam pro Populo celebrare et applicare; attamen, quod pertinet ad prædictos Parochos egentes, unicuique vestrum facultatem concedimus, cum iis, quos revera

tales esse noveritis, opportune dispensandi, ad hoc ut, etiam diebus festis hujusmodi, elemosynam ab aliquo pio offerente recipere, et pro ipso Sacrificium applicare, quatenus id ab eo requiratur, libere et licite possint et valeant; dummodo ad necessariam Populi commoditatem, in ipsa Ecclesia Parochiali Missam celebrent; ea tamen adjecta conditione, ut tot Missas infra hebdomadam pro Populo applicent, quot in diebus Festis, infra eandem hebdomadam occurrentibus juxta peculiarem intentionem alterius pii Benefactoris obtulerint.

§. 9. Quod autem spectat ad Vicarios, sive Vicarii Oeconomus Ecclesiarum vacantium, quum a temporanei con-  
Sacro Tridentino Concilio *cit. sess. 24. cap. 18.* cuilibet Episcopo tribuatur facultas eos deputandi et constituendi, *cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione*, vestrum erit, Ven. Fratres, cum iis agere, qui vacantis Ecclesie fructus exigunt, ut egenti Vicario, qui di-  
exigua hujusmodi certorum fructuum assignatione, paucisque incertis proventibus gaudebat, congruo aliquod augmentum præbeatur, pro onere celebrandi et applicandi Missam pro populo diebus Festis. Quapropter pro iis locis, in quibus Ecclesiarum vacantium fructus ad commodum Camere Nostræ Apostolicæ exiguntur, opportuna Thesaurario Nostro Generali mandata dirigimus, quæ is denunciare non prætermittet peculiaribus dictorum locorum Collecto-  
ribus, cum quibus Episcopi Ecclesiasticæ Nostræ Ditionis, cæterorumque locorum, in quibus, ut præfertur, Ecclesiarum vacantium fructus ad Cameram prædictam pertinent, officii sui partes in eum finem, de quo supra diximus, interponere debebunt.

§. 10. Ac demum, quoad illos, qui tanquam Vicarii, sive perpetui, sive ad tempus constituti, Animarum curam administrant, quæ apud alios habitu residet, ratione alicujus Ecclesie Parochialis, ipsorum Ecclesiis, seu Monasteriis, Collegiis, aut Locis Pii olim unitæ: quamvis

ANNO  
1744.

Modo in  
Eccl. Pa-  
roch. ce-  
lebrent,  
et totidem  
Missas  
pro Pop.  
applicent.

Vicarii  
tempora-  
nei con-  
gruis re-  
ditibus ad  
hunc ef-  
fectum  
providen-  
di.

Eaque de  
re cum  
Collecto-  
ribus Can.  
Ap. agen-  
dum.

De Vica-  
riis per-  
petuis, vel  
etiam a-  
movib.  
servanda  
Constitu-  
tio S. Pii V.

PONT. a recol. mem. Prædecessore Nostro S. Pio Papa  
 A. V. V. præfinita fuerit certa pars fructuum hujus-  
 modi Vicariis assignanda, prout in ipsius Con-  
 stitutione, quæ incipit : *Ad exequendum*, data  
 Kalendis Novembris Anni MDLXVII. distincte  
 statuitur; nihilominus ubi præscripta fructuum  
 portio vel nullo modo, vel non integre Vicariis  
 prædictis assignata reperiatur, vel etiam ubi  
 ea, quæ ad normam prædictæ Constitutionis  
 eisdem fuerit attributa, minime sufficiens a  
 vobis reputetur, propter temporum circumstan-  
 tias, et signanter pro implendo onere celebrandi  
 et applicandi Missam pro Populo diebus Festis  
 de præcepto; utendum vobis erit potestate,  
 quam fecit Episcopis Synodus Tridentina *sess.*  
*7. cap. 7.*, dum illorum arbitrio permisit, juxta  
 temporum atque injunctorum onerum rationem,  
 congruam prædictis Vicariis fructuum portionem  
 assignare; quam ob causam Nos etiam Frater-  
 nitatibus Vestris, quatenus opus sit, necessarias  
 omnes et opportunas facultates impertimur,  
 quibuscumque appellationibus, privilegiis, aut  
 exemptionibus, ut in eodem Concilio sancitur,  
 adversus ea, quæ salubriter a Vobis constituta  
 fuerint, minime suffragantibus.

II.  
 Missa  
 Conventualis in  
 Eccl. Col-  
 leg. Ca-  
 thedr. etc.  
 quotidie  
 celebra-  
 da, et pro  
 Benefact.  
 in genere  
 applican-  
 da.

§. II. Hæc igitur circa Missam Parochialem sta-  
 tuenda, et Fraternitatibus Vestris denuncianda  
 judicavimus. Indequè gradum facientes ad ea quæ  
 pertinent ad Missam Conventualem, neminem  
 Vestrum latere putamus Sacrorum Canonum san-  
 ctiones, quibus præcipitur, ut singulis diebus  
 in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis,  
 Cathedralibus, et Collegiatis, tum Horæ Cano-  
 nicæ debitis modo et forma recitentur, tum  
 etiam Missa Conventualis celebretur; quæ adeo  
 claræ sunt, ut nulla super iis oriri possit du-  
 bitatio. Eaque de re perspicue pariter et per  
 omnia uniformes existunt Resolutiones ab hac  
 Congregatione Vener. Fratrum Nostrorum Con-  
 cillii Tridentini Interpretum repetitis vicibus  
 emanatæ, quas omnes Apostolica Auctoritate  
 Nostra confirmamus et approbamus, earum exe-  
 cutionem

cautionem Vobis enixe inculcantes : ut scilicet Missa Conventualis, quæ singulis diebus canitur a Clero prædictarum Ecclesiarum, pro earumdem Benefactoribus in genere quotidie applicetur; eodem prorsus modo, quo Missam parochialem ab iis qui curam Animarum gerunt, pro Populo sibi commisso, singulis saltem diebus Festis de præcepto, applicari debere superius declaravimus.

§. 12. Itaque date operam, ut falsam quorundam opinionem eliminatis, quam in aliquibus Ecclesiis ejusmodi, sive dolo malo, sive per errorem invectam esse novimus : quod nempe dum Missa Conventualis pro certo aliquo Ecclesiæ Benefactore, vel grati animi ergo, vel ex vi oneris impositi, celebratur et applicatur, satis impletum censeatur debitum applicationis Missæ Conventualis. Etenim hujusmodi debitum non quidem respicit singulares aliquos Benefactores, sed Benefactores in genere cujuslibet Ecclesiæ, cujus servitio addicti sunt quicumque in eadem sive Dignitates, sive Canonicatus, sive Mansionariatus, sive Beneficia Choralia obtinent, et Missam Conventualem suis respective vicibus celebrant.

§. 13. Neque minus improbandam noveritis aliorum sententiam, qui satis putant suprascriptam obligationem impletam esse, dum in eorum Ecclesiis pro Benefactoribus in genere aliquæ interdum preces fiunt, vel anniversaria statis diebus Sacrificia pro illis peraguntur. Nemo enim id sibi arrogare debet, ut impositæ obligationi alia ratione satisfacere possit, quam ea, quæ a Lege Ecclesiastica multoties præscripta fuit; nimirum Missam Conventualem singulis diebus pro Benefactoribus celebrando, eandemque pro illis in genere applicando.

§. 14. Profecto non solum prioribus Ecclesiæ seculis, verum etiam temporibus haud longe a nostra ætate remotis, (quod Vos ex Historia Ecclesiæ didicisse non dubitamus) servabatur olim in singulis Ecclesiis series accurata

Nec suffragatur applicatio pro certo Benefactore.

Nec pariter alterius generis preces, vel stata anniversaria Sacrificia.

Ratio et origo hujusmodi obligationis.

PONT.  
A. V.

omnium et singulorum, quorum liberalitate unaquæque aucta fuerat, eorumque nomina Sacris Diptychis, sic enim vocabantur, ideo consignata erant, ut eorundem recordatio nunquam interiret, utque pro iis tum preces funderentur, tum etiam Missæ Sacrificium offerretur; quam ob causam etiam prædictus Catalogus in plerisque Ecclesiis ob oculos Presbyteri Celebrantis apponi consuevit; licet iidem præ Benefactores in suis Donationibus nihil penitus pro se pacti essent, sed tantummodo pro peccatorum suorum remissione se bona sua Deo offerre declarassent. Ecclesiarum siquidem Præsules preces pro iis imperandas esse duxerunt; quamvis illi propria bona offerentes ne verbum quidem ea de re fecissent. Sacrorum huiusmodi Diptychorum usus sensim defecit; ob idque in oblivione jacent alicubi complurium Benefactorum nomina. At non idcirco deserere fas est usum et disciplinam orandi pro iis, et Sacrificium Missæ pro illis offerendi. Atque inde præceptum applicandi Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere, originem atque rationem desumit.

Cujus  
declinanda  
plures  
causæ frustra  
afferuntur.

§. 15. Quemadmodum vero, loquendo de Missa Parochiali, superius dictum est varias excusationes afferri solere, ad declinandam illius applicationem pro Populo diebus festis de præcepto; ita pariter usuvenit, quoad applicationem quotidianam Missæ Conventualis pro Benefactoribus in genere. Ut autem superiores illæ, sic etiam hæ posteriores, provide e medio sublatae fuerunt per opportunas Congregationis Concilii Tridentini resolutiones, quas proinde in his etiam auctoritate Nostra approbamus, et confirmamus.

Statuitur  
contra.

riam consuetudinem etiam immemor non suffragari.

§. 16. Nonnulli siquidem obtentu contrariæ consuetudinis, etiam immemorabilis, in propria Ecclesia vigentis, se ab huiusmodi onere eximi posse sibi persuaserunt. Verum jam pluries responsum fuit, huiusmodi consuetudinem, licet

immemorabilem, quæ potius abusus et corruptela dicenda est, nemini suffragari.

§. 17. Alii a Missa pro Benefactoribus in genere applicanda se excusatos voluissent, ex eo, quod alio quopiam Missarum onere obstricti inveniuntur, vel ratione proprii Canonatus, aut alterius Beneficii Ecclesiastici, quod insimul cum Canonicali præbenda obtinent; vel quia, præter munus Canonici, seu Beneficiati, aut Mansionarii in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata, quum etiam in eadem, vel in alia Ecclesia Parochialem curam exercent, dum Missam Conventualem canunt diebus festis de præcepto, debent pro populo sibi commisso eam applicare; ac proinde nequeunt eandem pro Ecclesiæ Benefactoribus specialiter offerre. Sed his quoque obviam itum est, jubendo singulis prædictis, ut Missam Conventualem, quam canunt, pro Ecclesiæ Benefactoribus in genere applicent; pro aliis vero, pro quibus ipsi peculiariter Missam applicare tenentur, alterum substituant, qui ipsorum loco Missam hujusmodi celebret, applicetque.

§. 18. Aliorum pariter exceptio fuit, quod Missa Conventualis non semper a Canonicis, aut Dignitatibus celebretur, sed aliquando etiam a Beneficiatis, aut Mansionariis; quos minus æquum videtur pro Missæ celebratione omnium eleemosyna carere, quæ unde desumi valeat, ignoratur. Cui tamen rei pariter consultum est, demandando, ut ea desumatur ex distributionum.

§. 19. Alii denique obtenderunt exiguitatem hujusmodi distributionum, quæ, ob detractam eleemosynam quotidianam pro Missa Conventuali, ad nihilum fere redactæ, vix foret, ut ab aliquo curarentur, cum magno detrimento servitii Ecclesiæ præstandi. Tridentina quidem Synodus *sess. 24. cap. 15.* opportunas rationes ostendit, quibus Canonicalium Præbendarum inopiæ valeat provideri. Si vero designatam a Concilio viam, ut fere evenire solet, nequa-

ANNO

1744.

Peculiarium  
Celebrantis  
obligationem  
per  
alium im-  
plendam.

Eleemo-  
synam,  
quatenus  
opus de-  
sumen-  
dam ex  
massa di-  
stributio-  
num.

His de-  
ficienti-  
bus oportuna,  
pauperibus  
dispensatio  
concedatur.

PONT.  
A. V.

quam iniri posse contingat, reliquum erit ad Congregationem Concilii recursum habere; cuius erit, perspecto ex Vestris relationibus rerum statu, auctoritate Apostolica a Prædecessoribus Nostris eidem impartita, et a Nobis etiam præsentium tenore confirmata, quotidiana applicationem Missæ Conventualis pro Benefactoribus in genere, ut aliàs, ad Festos tantummodo dies reducere.

De se-  
cunda et  
tertia Mis-  
sa Con-  
ventuali.

§. 20. Non modo Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, et Collegiatis injunctum reperitur, ut quotidie Missa Conventualis in eisdem canatur, sed etiam in Rubricis Generalibus, quarum exactissimam Fraternalitibus Vestris custodiam commendamus, præscribitur, ut certis diebus non una, sed binæ, atque etiam aliquando tres Missæ Conventuales uno die celebrentur. Itaque quum nuper a Nobis dictum fuerit, primam Missam Conventualem quotidie pro Benefactoribus in genere celebrandam, et applicandam esse; nunc expendendum superest, an earundem Ecclesiarum Capitula Jurisdictioni Vestræ respectivè subjecta adigere debeatis, ut alias quoque Missas, si plures, ut præfertur, celebrari contigerit, pro Benefactoribus in genere similiter applicent.

Congreg.  
Concil.  
Responsa.

§. 21. Hujusmodi quæstio ab aliquibus ex Vobis Ecclesiastico zelo flagrantibus supradictæ Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Concilii Tridentini Interpretum proposita est. Jamque ante illius propositionem compertum fuerat, aliàs ab eadem Congregatione responsum fuisse, concedendam esse exemptionem ab onere applicandi secundam, ac tertiam Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere, attenda Canoniatum, et Beneficiorum tenuitate; ex quo inferri poterat, hujusmodi applicationis debitum manere, ubi de Ecclesiis pauperibus non ageretur.

Pontifex  
absolvit  
ab appli-

§. 22. Verum quum hanc definiendæ quæstionis regulam apud prædictam Congregationem non admodum veteri observantia firmatam probe nove-

timus; cumque hujusce dubii solutionem eadem Congregatio nuper iudicio Nostro remittendam esse censuerit; Nos ita iudicamus, idque Vobis tenendum indicimus: laudandos nempe, et confirmandos esse, quotquot sponte sua secundam, aut tertiam Conventualem Missam pro Benefactoribus in genere applicant; qui vero idem agunt ex vi consuetudinis in ipsorum Ecclesiâ vigentis, iis imperandum; ut in ea consuetudine perseverent; Ubi vero id usu receptum non invenitur, liberam omnino secundæ, tertiæque Missæ Conventualis applicationem celebrantibus reliquendam esse, dummodo in commemoratione pro Defunctis, Ecclesiæ Benefactorum in genere non obliviscantur.

§. 23. Huic demum Epistolæ nostræ finem imponentes, Fraternitates Vestras enixe hortamur, ut maximam curam et vigilantiam in id conferatis, ut in Ecclesiarum Vestrarum Choris, præter devotam celebrationem, debitamque applicationem Missæ Conventualis, Horæ Canonice non præpropere, sed exacte, pausa nempe interposita, et maxima, qua decet, reverentia, ac religione canantur.

§. 24. Equidem scimus, in aliquibus Metropolitanis, et Cathedralibus Ecclesiis, inter Canonicos eam opinionem invaluisse, ut se munus suum satis implere contendant, dum Choro præsentibus assistunt, licet ipsi sibi silentium imperent, neque psallentibus Beneficiatis aut Missionariis in cantu se adjungant. In hujusce vero opinionis confirmationem, adduci ab iisdem solent inveteratæ consuetudines, statuta peculiariora, aut etiam prætensa Ecclesiarum suarum Privilegia. At quum Synodus Tridentina *sess. 24. cap. 12.*, loquens de Dignitatibus, et Canonicis, qui Choro interesse debent, unum ex eorum officis esse dicat, *in Choro ad psallendum instituto, Hymnis et Canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare*; quumque pauca omnino sint Capitula, in quibus eo modo a Canonicis in Choro assistitur, ideoque receptæ

ANNO  
1744.  
cat. secundæ, et  
tertiæ  
Missæ,  
nisi aliud  
usu receptum.

III. Com-  
mendat  
exactam  
in Choro  
psallendi  
rationem.

Declarat,  
etiam Can-  
onicos  
ubique te-  
neri ad  
psallendu-  
m.



**POPT.** in universa Ecclesia disciplinæ paucos illos ad-  
**A. V.** versari dignoscatur; quum insuper opinio illa  
 nunquam in Congregatione Concilii Tridentini  
 interpretationi præposita, examinata sit, quin  
 statim explosa fuerit, et improbata; quamvis  
 præsumptis consuetudinibus aliisque fundamen-  
 tis, et rationibus innixa perhiberetur, Cano-  
 nicis etiam Ecclesiarum Patriarchalium hujus  
 Nostræ Urbis super hoc instantibus; quum de-  
 nique idem iudicium prolatum reperitur a  
 pluribus Conciliis Provincialibus, ab hac etiam  
 Apostolica Sede approbatis, et confirmatis; ni-  
 hil jam reliquum esse videtur, quominus pau-  
 ciores universorum legi se accommodent. Equi-  
 dem minime Nobis compertum est, quo pecu-  
 liari titulo suffulti persuasum habeant unius  
 vel alterius Ecclesiæ Canonici, se muneri suo  
 satisfacere per simplicem in Choro assistentiam,

Nec suf-  
 fragari  
 præsum-  
 pta privi-  
 legia, aut  
 consuetu-  
 dines.

absque Divinæ Psalmodiæ Cantu. Verum, nisi  
 illis præsto sit Apostolicum non præsumptum,  
 vel abrogatum, sed legitimum, ac vicens Pri-  
 vilegium sive Indultum, jure ac merito veren-  
 dum est, ne isti, dum ita se gerunt, Præben-  
 darum, ac distributionum fructus minime suos  
 faciant, et consequenter ne ad eorum restitu-  
 tionem teneantur. Quapropter vestrum erit,  
 Venerabiles Fratres, hæc omnia illis aperire,  
 ut neque Nobis, neque Vobis apud Divinum  
 Judicem fraudi sit, si in hujusmodi re, quæ  
 tanti est momenti, utpote quæ ad ipsius Dei  
 cultum proxime spectat, abusus et corruptelas,  
 quas arguendo et increpando evellere debeba-  
 mus, dissimulatione ac silentio nostro fovisse  
 et confirmasse inveniamur. Interea Fraternali-  
 tibus Vestris, quas intimo cordis affectu com-  
 plectimur, Apostolicam Benedictionem amanti-  
 sime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam  
 Mariam majorem die XIX. Augusti MDCCXLIV.  
 Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dat. die  
 19. Aug.  
 1744.

ANNO  
1744.

## COMMENDARUM

CIV.

Militiæ SS. Mauritii, et Lazari faciliori erectioni  
consultitur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**F**RUCTUOSA Militarium Equestrium Ordinum Proce-  
instituta frequenter experti non minus Præde- mium.  
cessores Nostri Romani Pontifices, quam uni-  
versi per Christianum Orbem Reges, et Prin-  
cipes, propter eximia tum pietatis, tum bellicæ  
virtutis opera ab hujusmodi Ordinibus eorum-  
que Militibus, ad Dei gloriam et communem  
Catholicæ Ecclesiæ utilitatem sæpe patrata, in  
id certatim curas et studia sua contulerunt, ut  
pluribus honoribus, prærogativis, privilegiis,  
ac beneficiis eosdem Ordines, eorumque Pro-  
fessores pro varia temporum opportunitate cu-  
mulando, et jugi ipsorum stabilitati, et splen-  
didiori dignitati, et assiduis incrementis consu-  
lerent. Quorum Nos vestigiis libenti animo in-  
hærentes, non prætermittimus oblatas quasque  
ocasiones arripere, quibus, per Auctoritatis  
Nostræ favorem, prædictorum Ordinum utili-  
tates et commoda augeri posse intelligimus.

Pius V.  
concedit,

§. 1. Dudum enim felic. recordat. S. Pius Papa Beneficia  
V. Prædecessor Noster per suam perpetuo vali- de jure  
taram Constitutionem, quæ incipit, *Sicut bonus* laic. in  
*Agricola*, super reformatione Militiæ Hospitalis Commen-  
S. Lazari Hierosolymitani, editam sub datum das Mili-  
Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Do- tiæ S. La-  
minicæ MDLXVII. septimo Kalendas Februarii zari erigi  
posse.

**POPT.** Pontificatus sui Anno Primo, inter cætera, quæ  
**A. V.** pro tempore existenti Magno Magistro Militiæ prædictæ asseruit privilegia, id etiam perpetuo eidem licere concessit, ut ipse videlicet pro tempore existens Magnus Magister, quæcumque, quotcumque, et qualiacumque simplicia dumtaxat Beneficia Ecclesiastica, de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione et dotatione existentia, et personale servitium in Cathedralibus et Collegiatis non requirentia, (accedente tamen consensu Patronorum, de quorum juribus eis, ut præfertur, ex fundatione et dotatione competentibus, per publica documenta, non autem per alia probationum genera, coram pro tempore existentibus Romani Pontificis Vicario in Urbe in Spiritualibus Generali, et Auditore Causarum Curiaæ Camerae Apostolicæ, vocatis interesse habentibus, legitime constaret, et sine præjudicio ea obtinentium, ipsisque dumtaxat cedentibus, vel decedentibus), in Præceptorias, Commendas, Cappellas, aut Ecclesias ipsorum Hospitalis et Militiæ perpetuo erigere et instituere, dictæque suæ Militiæ perpetuo incorporare, applicare, et appropriare, ac illarum Fundatoribus, et Dotatoribus Jus Patronatus, et præsentandi dicto Magistro et Conventui ejusdem Militiæ, vel eorum Deputato, personas idoneas ad Præceptorias, Domos, Cappellas, seu Ecclesias, et Hospitalia hujusmodi pro tempore vacantia, perpetuo præservare, seu etiam reservare, et concedere, et sic a Patronis præsentatos, juxta stabilimenta dictæ Militiæ, minime requisito Ordinariorum Locorum, et quorumvis aliorum consensu, in illis instituere, ac alias illa conferre, et de eis providere posset: Ita tamen, quod debitus Divinus Cultus per idoneas personas ab Ordinario approbandas, etiamsi dicti Ordinis forent, in eisdem exerceretur. Quodque Confirmatio erectionis, et institutionis Præceptoriarum, Commendarum, Cappellarum, aut Ecclesiarum pro tempore sic erectarum, et illarum incorporationis, appli-

tationis, et appropriationis, necnon Jurispatronatus ad illas reservationis, aut concessionis hujusmodi, si citra Montes hujusmodi Beneficia consisterent, infra quatuor, si vero ultra Montes, infra sex menses, a die quo factæ fuissent, a Sede Apostolica impetrari deberet, alias illæ, et inde sequuta quæcumque, nulla, et irrita, nulliusque roboris, vel momenti existerent, ac Beneficia hujusmodi in eorum pristinam naturam restituta esse censerentur, et ab eadem Sede impetrari possent.

§. 2. Postmodum vero Anno Domini MDLXXII. piæ memoriæ Gregorius Papa XIII. etiam Prædecessor Noster, per quasdam ejus Literas incipien. *Christiani Populi*, datas sexto-decimo Kal. Octobris Pontificatus sui Anno Primo, aliam sub invocatione S. Mauritii Martyris, et sub Regula Cisterciensi, per universum Christianum Orbem Militiam erexit, cujus suprema Sedes, et Militum Conventus in Sabaudia perpetuo esset, ac in ipsa Militia unum Magistratum Magnum vocandum, supremam ejusdem Militiæ S. Mauritii dignitatem, pro uno Magistro, qui illius caput existeret, certis modo, et forma tunc expressis, Apostolica auctoritate perpetuo instituit, Magistratumque prædictum tunc in humanis agentibus Nobili Viro Emmanuelli Philiberto Sabaudia Ducis, ejusque Successoribus omnibus Sabaudia Ducibus, certis itidem tunc expressis facultatibus attributis, eadem Apostolica auctoritate concessit, et assignavit.

§. 3. Cui quidem Militiæ S. Mauritii a se ita erectæ, et constitutæ idem deinceps Gregorius Prædecessor, rationabilibus causis, et præcognitis Ecclesiæ Dei et Christianæ Reipublicæ utilitatibus adductus, per alias suas posteriores Literas incipientes, *Pro commissa*, Idibus Novembris ejusdem Anni editas, supradictam Militiam Hospitalis S. Lazari jampridem Magistri regimine destitutam, cum illius Magistratu, ac omnibus, et quibuscumque illius Prioratibus, Præceptoris, Hospitalibus, et aliis Beneficiis

ANNO  
1744.

Militia  
Sancti  
Mauritii a  
Greg. XIII  
instituta.

Ab eodem  
unitorMi-  
litiæ S. La-  
zari.

Р о н т. Regularibus, eorumque membris, fructibus, et  
 A. V. Bonis, juribus, et actionibus universis, necnon  
 Ecclesiis, Cappellis, terminis, et pertinentiis  
 quibuscumque ad eandem spectantibus, quæ-  
 cumque, quotcumque, qualiacumque, et ubi-  
 cumque essent, salvis tamen, et exceptis qui-  
 busdam, dicta Apostolica Auctoritate in perpe-  
 tuum univit, annexit, et incorporavit; ita ut  
 utraque Militia sic, ut præfertur, unita, in  
 posterum Militia Sanctorum Mauritii, et Lazari  
 nuncuparetur, ac præfatus Emmanuel Philibertus,  
 et pro tempore existens Sabaudia Dux, Militiæ  
 Sanctorum Mauritii et Lazari Magister perpetuo  
 esset, et appellaretur.

Clem. §. 4. Demum recol. mem. Clemens Papa VIII.  
 VIII. con- similiter Prædecessor Noster Anno Domini MDCIII.  
 firmat per suas sub Annullo Piscatoris die nona Se-  
 unionem, ptembris expeditas Literas, incipientes, *Decet*  
 cum com- *Romanum Pontificem*, Unionem de Militia S.  
 munita- Lazari Militiæ S. Mauritii hujusmodi a dicto  
 tione Pri- Gregorio Prædecessore, ut præfertur, factam,  
 vilegio- pari quoque Apostolica Auctoritate confirmavit,  
 rum. et eatenus ampliavit, ut nedum una alteri par-  
 ticulariter, vel accessorie, sed ambæ invicem  
 æque principaliter, cum suis respective privi-  
 legiis, exemptionibus, immunitatibus, libertati-  
 bus, prærogativis, præ eminentiis, facultatibus,  
 jurisdictionibus, honoribus, favoribus, indul-  
 gentiis, indultis, concessionibus, et gratiis qui-  
 buscumque perpetuo unitæ censerentur, ac ip-  
 sarum pro tempore existens Magnus Magister,  
 earumque Conventus Priores, Præceptores,  
 Milites, Fratres, et Personæ, tum etiam Ec-  
 clesiæ, Domus, Hospitalia, Prioratus, Præcepto-  
 riæ, Loca, Membra, Res, et Bona, illis om-  
 nibus et singulis privilegiis, indultis, concessio-  
 nibus, aliisque præmissis, eorumque usufructu,  
 commodo, et possessione uti, frui, potiri, et  
 gaudere possent, et deberent æque pariter,  
 absque ulla prorsus differentia et distinctione,  
 in omnibus et per omnia, perinde ac si ab  
 exordio institutionis Hospitalis, et Militiæ S.

Lazari, etiam dicta Militia S. Mauritii instituta, et ambæ invicem, ac æque principaliter, et conformi regula, observantia, disciplina, eisdemque legibus, et institutis unitæ, ac privilegia, exemptiones, Indulta, et alia præmissa utriquæ Militiæ specificè, nominatim, conjunctim, indistincte, et expresse concessa et elargita fuissent: prout in singulis Pii, Gregorii, et Clementis Prædecessorum prædictorum memoratis Literis latius, et uberius continetur.

ANNO  
1744.

§. 5. Nuper vero pro parte Carissimi in Christo Filii Nostri Caroli Emmanuelis Sardinia<sup>tas</sup> Regis Illustris, ac Sabaudia<sup>erigi</sup> Ducis, et prædictæ Militiæ Sanctorum Mauritii et Lazari Magni Magistri, Nobis significatum est, supradictam facultatem Magno Magistro hujusmodi a S. Pio V. Prædecessore prædicto attributam, ut scilicet Beneficia Ecclesiastica simplicia de Jurepatronatus Laicorum, ut præfertur, existentia, in Præceptorias, Commendas, Cappellas, aut Ecclesias dictæ Militiæ, juxta formam in laudatis ejusdem S. Pii Prædecessoris Literis præscriptam, erigere valeat, nunquam fere ad effectum perducì, et inanem ut plurimum, atque frustraneam manere: Idque ea potissimum de causa, quod ad conficiendas in Romana Curia probationes super juribus eorundem Patronorum laicorum, erectionibus hujusmodi consentientium, (quæ scilicet jura eisdem Patronis ex fundatione, et donatione competere, et quidem per publica documenta, non autem per alia probationum genera, coram pro tempore existentibus Romani Pontificis in Urbe Vicario, et Auditore Causarum Curia<sup>Commendas juxta formam a S. Pio Præscriptam.</sup> Cameræ Apostolicæ, vocatis interesse habentibus, secundum prædictam S. Pii Prædecessoris ordinationem, legitime constare debet), adeo graves expensæ ob locorum distantiam plerumque subeundæ essent, præsertim in casibus, in quibus oppositores insurgere, et lites desuper in eadem Urbe nostra contestare contingeret; ut per hoc hujusmodi

... voluntate et proposito  
 ... Militie de Beneficiis  
 ... et alienari digno-  
 ... arte eisdem Caroli  
 ... et militie  
 ... humiliter sup-  
 ... Militie Sanctorum  
 ... incrementis  
 ... de causa  
 ... huiusmodi  
 ... ,  
 ... et dota-  
 ... ,  
 ... erectioni  
 ... huius-  
 ... Militie consen-  
 ... coram  
 ... apud ipsum  
 ... pro tempore  
 ... Magistrum,  
 ... et infra,  
 ... valeant et  
 ... erectionum  
 ... consti-  
 ... .  
 ... Caroli  
 ... et Militie  
 ... ac  
 ... cupientes,  
 ... predi-  
 ... ,  
 ... erigendi  
 ... de  
 ... in Prece-  
 ... aut Ecclesias  
 ... con-  
 ... ,  
 ... S. Pi  
 ... ,  
 ... in eadem Con-  
 ... ,  
 ... et repetitis  
 ... ,

ANNO  
1744.

quæ præsentibus adversari conspiciantur, pari Apostolica auctoritate approbantes, et confirmantes; necnon, attentis unione, annexione, et incorporatione utriusque Militiæ prædictæ, per eosdem Gregorium, et Clementem Prædecessores, ut præfertur, factis, hujusmodi concessionem, et facultatem etiam quoad Militiam S. Mauritii, quatenus opus sit, specialiter, et expresse extendentes, et ampliantes; supplicationibus prædictis inclinati, quibuscumque Patronis Laicis, quæcumque, quotcumque, et qualiacumque Simplicia Beneficia Ecclesiastica de eorum respective Jurepatronatus laicali ex fundatione et dotatione existentia, et personale servitium in Cathedralibus, et Collegiatis Ecclesiis non requirentia, in Præceptorias, Commendas, Cappellas, aut Ecclesias dictæ Militiæ Sanctorum Mauritii et Lazari, per dictum Carolum Emmanuelem Regem, et pro tempore existentem Sabaudicæ Ducem, et Magnum Magistrum ejusdem Militiæ Sanctorum Mauritii et Lazari, in vim facultatis prædictæ erigi et institui cupientibus et proponentibus, aut erectioni et institutioni hujusmodi consentire volentibus, ut ipsi in posterum de eorum juribus, eis, ut præfertur, ex fundatione et dotatione competentibus per publica documenta, non autem per alia probationum genera, coram Sedis Apostolicæ Nuncio apud Carissimum in Christo Filium Nostrum Carolum Emmanuelem Sardinicæ Regem prædictum, ejusdemque in Ducatu Sabaudicæ et Magno Militiæ prædictæ Magistratu Successores, pro tempore commorante, eoque absente, coram pro tempore existente Archiepiscopo Taurinen., ambobus vero deficientibus, coram viciniore Episcopo, ad præmissorum effectum, docere et constare facere libere et licite possint et valeant, dicta Apostolica Auctoritate, earumdem tenore præsentium, peræto concedimus et indulgemus; eisdemque pro tempore existentibus Sedis Apostolicæ Nuntio, et Taurinen. Archiepiscopo, et Episcopo

Indulget  
nes in  
partibus  
expleri,  
coram  
Nuntio A-  
postolico,  
sive etc.



**PONT.** Patronorum animos a voluntate et proposito  
**A. V.** novas Commendas ejusdem Militiæ de Beneficiis  
 hujusmodi erigendi, retrahi et alienari digno-  
 scatur. Proptereaque ex parte ejusdem Caroli  
 Emanuelis Regis, ac Sabaudia Ducis, et militiæ  
 prædictæ Magni Magistri, Nobis humiliter sup-  
 plicatum fuit, ut ejusdem Militiæ Sanctorum  
 Mauriti, et Lazari commodis et incrementis  
 tifici ex-uberius consulere vellemus, eaque de causa  
 hibitarum statuere, ut in posterum publica hujusmodi  
 documenta pro verificatione Jurispatronatus,  
 et ad docendum illud ex fundatione, et dota-  
 tione competere Patronis Laicis, qui erectioni  
 simplicium Beneficiorum Ecclesiasticorum hujus-  
 modi in Commendas prædictæ Militiæ consen-  
 tire voluerint, de cætero in partibus coram  
 Nostro et Sedis Apostolicæ Nuntio apud ipsum  
 Carolum Emanuele Regem, seu pro tempore  
 existentem prædictæ Militiæ Magnum Magistrum,  
 commorante, vel alio, seu aliis, ut infra,  
 proferri, et ab illis respective recipi valeant et  
 admitti, aliaque circa Apostolicam erectionem  
 hujusmodi confirmationem districtius consti-  
 tuere de benignitate Apostolica dignaremur.

**Pontifex** §. 6. Nos igitur rationabilibus ejusdem Caroli  
 præfatam Emmanuelis Regis, Sabaudia Ducis, et Militiæ  
 concessio- prædictæ Magni Magistri votis obsecundare, ac  
 nem, u- ipsius Militiæ utilitates promovere cupientes,  
 nionem, dictamque concessionem Magno Magistro prædi-  
 et Privil. ctæ Militiæ S. Lazari a S. Pio V. Prædecessore,  
 commu- ut præfertur, factam, super facultate erigendi  
 nication. hujusmodi Simplicia Beneficia Ecclesiastica de  
 confirmat Jurepatronatus Laicorum existentia, in Præcep-  
 torias, Commendas, Cappellas, aut Ecclesias  
 ejusdem Militiæ, accedente Patronorum con-  
 sensu, et aliàs juxta formam, continentiam,  
 et tenorem prædictæ Constitutionis dicti S. Pii  
 Prædecessoris ac sub eisdem clausulis, cautelis,  
 limitationibus, et obligationibus in eadem Con-  
 stitutione contentis et expressis, quas præsen-  
 tibus Nostris Literis pro apposis, et repetitis  
 haberi et censi volumus, præter quam in iis,

quæ præsentibus adversari conspiciantur, pari Apostolica auctoritate approbantes, et confirmantes; necnon, attentis unione, annexione, et incorporatione utriusque Militiæ prædictæ, per eisdem Gregorium, et Clementem Prædecessores, ut præfertur, factis, hujusmodi concessionem, et facultatem etiam quoad Militiam S. Mauritii, quatenus opus sit, specialiter, et expresse extendentes, et ampliantes; supplicationibus prædictis inclinati, quibuscumque Patronis Laicis, quæcumque, quotcumque, et qualiacumque Simplicia Beneficia Ecclesiastica de eorum respective Jurepatronatus laicali ex fundatione et dotatione existentia, et personale servitium in Cathedralibus, et Collegiatis Ecclesiis non requirentia, in Præceptorias, Commendas, Cappellas, aut Ecclesias dictæ Militiæ Sanctorum Mauritii et Lazari, per dictum Carolum Emmanuelem Regem, et pro tempore existentem Sabaudicæ Ducem, et Magnum Magistrum ejusdem Militiæ Sanctorum Mauritii et Lazari, in vim facultatis prædictæ erigi et institui cupientibus et proponentibus, aut erectioni et institutioni hujusmodi consentire volentibus, ut ipsi in posterum de eorum juribus, eis, ut præfertur, ex fundatione et dotatione competentibus per publica documenta, non autem per alia probationum genera, coram Sedis Apostolicæ Nuncio apud Carissimum in Christo Filium Nostrum Carolum Emmanuelem Sardinicæ Regem prædictum, ejusdemque in Ducatu Sabaudicæ et Magno Militiæ prædictæ Magistratu Successores, pro tempore commorante, eoque absente, coram pro tempore existente Archiepiscopo Taurinen., ambobus vero deficientibus, coram viciniore Episcopo, ad præmissorum effectum, docere et constare facere libere et licite possint et valeant, dicta Apostolica Auctoritate, earumdem tenore præsentium, perpetuo concedimus et indulgemus; eisdemque pro tempore existentibus Sedis Apostolicæ Nuncio, et Taurinen. Archiepiscopo, et Episcopo

ANNO  
1744.

Indulget  
probationes in  
partibus  
expleri,  
coram  
Nuntio A-  
postolico,  
sive etc.

PONT. viciniori, quos Romani Pontificis in Urbe Vi-  
 A. V. cario in Spiritualibus Generali, et Auditori  
 Causarum Curia Camera Apostolicae praedictis,  
 quoad hoc subrogamus, per easdem praesentes  
 committimus et mandamus, quatenus idem  
 Nuntius, eoque non existente, Archiepiscopus  
 praedictus, ambobus autem deficientibus, ipse  
 vicinior Episcopus, documenta, et probationes  
 hujusmodi respective recipiant, et admittant;  
 Eisque ad praemissorum effectum examinatis,  
 atque recognitis, vocatisque coram se, et au-  
 ditis omnibus interesse habentibus, super exi-  
 stentia, et qualitate Jurispatronatus hujusmodi,  
 ejusdemque competentia, opportuna decreta,  
 seu sententias interponant; de quibus omnibus  
 ab eisdem gestis, ac de tota serie rei peractae,  
 quilibet eorum intra quatuor ad summum  
 menses Apostolicam Sedem certiorare teneatur.

Et erectio §. 7. Ubi vero supradictae Militiae Magnus  
 nes Com- pro tempore Magister ad requisitas Commen-  
 menda- darum, Praeceptoriarum, seu Ecclesiarum, aut  
 rum con- Cappellarum, erectiones, earumque Militiae  
 firmari praedictae incorporationes, et applicationes,  
 per Litteras in necnon, juxta hujusmodi Judicium a Nobis,  
 forma Brevis, ut praefertur, delegatorum et deputationum,  
 per Decretum, decreta, sive sententias, ad jurium patronatus,  
 et praesentandi praeservationes, seu etiam reser-  
 vationes, et concessionem devenerit; volumus,  
 ut infra quatuor Menses, si Beneficia hujusmodi  
 citra Montes constiterint, si vero ultra Montes,  
 infra sex Menses a die quo illae factae fuerint,  
 praemissorum omnium confirmatio a Sede Apo-  
 stolica obtineri debeat; Quam quidem confir-  
 mationem per Litteras Apostolicas in forma  
 Brevis, vel etiam per simplex Decretum Con-  
 gregationis Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E.  
 Cardinalium negotiis, et consultationibus Epi-  
 scoporum et Regularium praepositorum, vel alio-  
 rum Concilii Tridentini Apostolica auctoritate  
 Interpretum, expediri posse concedimus et in-  
 dulgemus: Utque ea demum obtenta, sequuto-  
 que illorum, qui Beneficia hujusmodi obtineant,

ANNO  
1744.

cessu vel decessu, tunc, et non antea, supradictæ Militiæ Magnus Magister, ad Commendarum, seu Præceptoriarum, Cappellarum, et Ecclesiarum hujusmodi collationes, et provisiones, atque eorum, qui a Patronis prædictis præsentati fuerint, in eisdem institutiones, juxta stabilimenta dictæ Militiæ, valeat devenire.

§. 8. Decernentes easdem præsentis, et in eis contenta hujusmodi, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adversus eas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut concedi nullo unquam tempore posse, nec sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, modificationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam a Nobis, vel quibuscumque aliis Romanis Pontificibus successoribus Nostris pro tempore emanatis comprehendendi, sed semper et omnino ab illis excepta, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restituta, reposita, et plenarie reintegrata, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per prædictum Carolum Emmanuelem, et pro tempore existentem Ducem et Magnum Magistrum eligenda, concessa, validaque, et efficacia fore et esse, ac suos plenarios et integros effectus sortiri, et perpetuo obtinere.

Clausulæ  
salutares.

§. 9. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos, et Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios in quavis causa, et instantia judicari, et definiri debere, irritumque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decre-  
tum irri-  
tans.

§. 10. Non obstantibus prædicta ejusdem Pii Prædecessoris, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, necnon utriusque Mi-

Deroga-  
tiones.

PO N T.  
A. V.

litæ prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis, quibusvis Conventibus, et Militibus, et Personis utriusque Militiæ hujusmodi, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarium derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, ac totis eorum tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua mentio habenda, aut aliqua aliâ exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio. §. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Confirmationis, Innovationis, concessionis, ampliacionis, derogationis, Statuti, Decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
23. Aug. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-  
1744. gesimo quadragesimoquarto, decimo Kal.  
Septembris, Pontificatus Nostri Anno quinto.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

*J. C. Boschi.*

*J. B. Eugenius.*

*Registrata in Secretaria Brevium.*

## UT IN CIVITATE

CV.

Senogalliensi tempore Nundinarum diebus Festis de Præcepto a servilibus Operibus abstinenceatur: Prorogatur tempus ad dictas Nundinas per alios quinque dies peragendas; Privilegia confirmantur, et ampliantur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**P**ATERNÆ charitatis officium, quo Christifideles omnes in Domino complectimur, eorumque felicitati procurandæ spirituali in primis, ac deinde temporali etiam, quantum in Nobis est, studemus, Nos admonet ac stimulat, ut diligentiori studio ac cura ad ea intendamus animum, quæ ad Subditarum in temporalibus Nobis, ac Sedi Apostolicæ Civitatum publicum, et privatum commodum, communemque utilitatem pertinent. Æquitatis enim ratio, et justitiæ rectitudo postulat, ut qui sub temporali S. R. E. dominio positi ac degentes, superna dispensatione parvitas Nostræ regimini, et gubernio temporali concrediti sunt, et a Nostra Pastoralis sollicitudine bona non solum, quæ ad salutem animarum, sed etiam, quæ ad subsidium, et opem hujus mortalis vitæ sustentandæ inserviunt, certa ac firma fiducia sibi pollicentur, justa expectatione sua, ac spe in Nobis reposita minime defraudentur; sed abundantius etiam, quam sperant, optata sua, sine ullo tamen spirituali animarum suarum detrimento, consequantur, ut votorum suorum compotes

Proc.  
mum.

PONT.  
A. V.

facti, in uberi rerum necessariarum copia, omnium bonorum Largitori humiles gratiarum actiones lætanter persolvant.

Causæ  
edendæ  
Constitu-  
tionis.

§. 1. Jamdudum, et ab immemorabili tempore in Civitate nostra Senogalliensi celebres Nundinæ per octo dies ante Festum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, et quatuor subsequentes, magno hominum concursu ex remotis et longinquis Europæ, atque Asiæ partibus ad eas confluentium peragi, consueverunt. Cum autem intra illorum dierum spatium dies festi unius, aut alterius Dominicæ mensis Julii, et Sancti Jacobi Apostoli, et Sanctæ Annæ incidere soleant, non sine animi nostri dolore accepimus, quod his diebus, in quibus Christifideles in operibus pietatis, ac religionis se exercere debent, aliqui pravi homines, Dei, et Catholicæ Ecclesiæ præceptorum immemores, et turpi lucro, animarum suarum salute posthabita, inhiantes, per integrum festorum dierum tempus in operibus servilibus, et commerciis obeundis, negotiisque temporalibus tractandis, non sine bonorum scandalo, imo Gentium, et Judæorum admiratione, occupati sunt.

Dies Fe-  
stos tem-  
pore Nun-  
dinarum  
servari  
præcipi-  
tur.

§. 2. Nos igitur ex commisso Nobis Pastoralis sollicitudinis munere, tam pernicioso abusui, et gravi malo opportunum remedium afferre, et detestandam hanc abominationem e medio dilectæ Nobis Civitatis Nostræ auferre cupientes; Volentesque etiam indemnitati, et perpetuitati, jurium et privilegiorum ejusdem Civitatis, ejusque, ac totius temporalis Status nostri comodo, atque utilitati, quantum in Domino possumus, consulere, ac providere: Motu proprio, ex certa scientia, et plenitudine potestatis, hac Nostra in perpetuum valitura sanctione decernimus ac constituimus, et Apostolica nostra auctoritate mandamus ac jubemus, ut tempore Nundinarum, quas in posterum in præfata nostra Civitate de more haberi volumus, festi dies pie sancteque, perinde ac reliquo totius anni cursu, a Christifidelibus colantur, Offici-

næ, ac Tabernæ claudantur, nullaque publice exerceantur commercia, stipulenturque contractus, neque alia omnia fiant, quæ in cæteris anni festis diebus a Christifidelibus peragi prohibentur, eo potissimum tempore, quo in majori Ecclesia Sacra Missarum solemnia fieri, et Vesperarum Divina Officia celebrari, et prædicatio verbi Dei haberi consuevit: mane scilicet ab hora decimatertia usque ad meridiem, post meridiem vero ab hora vigesima prima diei usque ad occasum Solis; et per totum dictum temporis spatium omnes Christifideles ab operibus servilibus, ad quæ peragenda nulla necessitas cogit, omnino abstineant, sed ab omni terrena cura, et temporali sollicitudine liberi et vacui, ad Ecclesiam pergant; ibi Sacrosanctæ Missæ Sacrificio pia animi attentione ingentia Dei beneficia recolentes intersint; quin etiam exhortamur in Domino, ut in precibus quoque, Divinisque laudibus persolvendis, audiendoque verbo Dei frequentes sint, et per totum festum diem, quoad fieri potest, se exerceant in iis officiis, quæ Christianam pietatem continent, et comitantur. Si qui autem temerario ausu, Dei, et Ecclesiæ præcepta contemnentes, hanc nostram Constitutionem transgredi tentaverint; Volumus, ut omnibus, et singulis subjiciantur pœnis, ac censuris aliàs a Nobis, nostrisque Prædecessoribus contra inobservantes, temerantesque dies festos statutis, ac determinatis, quas, quatenus opus sit, contra eosdem delinquentes rursus sancimus, constituimus, ac determinamus.

§. 3. Deinde vero ne ex hac Constitutione, et provisione nostra aliquod temporale damnum Civitati prædictæ, aliisque ditionis nostræ, et Status Ecclesiastici populis præjudicium, vel detrimentum publico commercio ejusque libertati oriatur, præfatarum Nundinarum tempus ad alios quinque dies, præter solitos et consuetos, producimus, ac prolongamus, in hunc modum videlicet: Ut Nundinæ prædictæ in Civitate

ANNO  
1744.

Nedum  
abstinen-  
do a ser-  
vilibus  
operibus.

Sed Chri-  
stianæ pie-  
tatis exer-  
citiis va-  
cando.

Pœnæ  
contra in-  
obedien-  
tes.

Ne detri-  
mentum  
ex hoc ir-  
rogetur,  
tempus  
Nundina-  
rum ad  
alios quin  
que dies  
proroga-  
tur.



**PONT.** nostra Senogalliensi de more celebrentur per  
**A. V.** octo dies ante festum Sanctæ Mariæ Magdalenæ,  
 et insuper per novem dies subsequentes, usque  
**Confir-** ad initium sequentis mensis Augusti : et ulte-  
**mantur** rius ad pleniorum præmissorum effectum, et  
**privilegia** hujus voluntatis, provisionis, ac determinatio-  
**Nundina-** nis nostræ executionem, omnia et singula jura,  
**rum.** privilegia, indulta, statuta, consuetudines,  
 sententias, ac rescripta quomodocumque a No-  
 bis, nostrisque Prædecessoribus, præsertim Ur-  
 bano VIII., et Innocentio X., quorum tenores  
 hisce nostris præsentibus Literis de verbo ad  
 verbum pro insertis, et expressis haberi volu-  
 mus, contra quoscumque emanata, et a præfata  
 Civitate nostra Senogalliensi obtenta atque im-  
 petrata, super jure privative celebrandi præ-  
 fato tempore Nundinas prædictas, tenore præ-  
 sentium, non ad ullius petitionis instantiam,  
 sed motu proprio, scientia, et potestate pari,  
 confirmamus, ac roboramus, eisque perpetuæ  
 et inviolabilis firmitatis robur, et Apostolicæ  
 confirmationis munimen adjicimus.

**Cum ex-** §. 4. Denique, ut commerciorum per dictum  
**ensione** Nundinarum tempus celebritas inter nostros  
**ad dies** Subditos, et externos Mercatores, qui ex diver-  
**adjectos.** sis, et dissitis regionibus terra, marique cum  
 variis mercibus, ad victum, et communem vita-  
 usum utilibus et necessariis adveniunt, navium  
 numero, jumentorumque multitudine, Merca-  
 torum frequentia, hominumque concursu, co-  
 pia et ubertate mercium in dies magis magis-  
 que augeatur, omnes gratias, immunitates, ac  
 privilegia, liberum ac tutum com meatum, ac-  
 cessum, ac recessum, et promissam sub fide  
 publica securitatem omnibus et singulis, ad di-  
 ctas Nundinas in Civitate nostra Senogalliensi  
 peragendas accedentibus, ibique commoranti-  
 bus, eo modo ac forma, qua durante dictarum  
 Nundinarum tempore gaudere ac perfrui consue-  
 verunt, de Apostolica benignitate per supradi-  
 ctum a Nobis constitutum temporis spatium

confirmamus, ac de novo indulgemus, atque **ANNO**  
impertimur. 1744.

§. 5. Decernentes sic, et non aliter in præ- **Decretum**  
fatis omnibus, et singulis censi, ac per quos- **irritans.**  
cumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam  
Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac no-  
stram Camera Apostolicam, ejusque Officiales  
quomodocumque nuncupatos, et ejusdem Sanctæ  
Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de La-  
tere Legatos, præsertim Status Nostri Urbini,  
et quosvis alios quacumque auctoritate fungen-  
tes, et functuros, sublata eis, et eorum cuili-  
bet quavis aliter judicandi, et interpretandi fa-  
cultate, et auctoritate, judicari, et definiri  
debere; et irritum, et inane, si secus super  
his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel  
ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et **Clausulæ**  
Ordinationibus Apostolicis, necnon Legibus **derogato-**  
Imperialibus, et Municipalibus, et quatenus **riæ.**  
opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ re-  
gula *de jure quæsito non tollendo*, ac recolendæ  
memoriæ Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris No-  
stri Constitutione de gratis quaecumque inter-  
esse Camera Apostolicæ concernentibus in ea-  
dem Camera præsentandis, et registrandis, ita  
ut præsentæ Literæ, etiamsi in eadem Camera  
nullo unquam tempore præsententur et regi-  
strentur, nihilominus valeant, plenamque robo-  
ris firmitatem obtineant: necnon quibuscum-  
que, et quavis firmitate alia roboratis Statutis,  
et consuetudinibus, privilegiis quoque, indul-  
tis, et Literis Apostolicis quibusvis personis sub  
quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum  
quibusvis etiam derogatoriæ derogatoriis,  
aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis  
clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in  
genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium  
præmissorum quomodolibet concessis, et inno-  
vatis: Quibus omnibus, et singulis, eorum  
omnium et singulorum tenores præsentibus pro  
plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad

**P O N T.** verbum insertis habentes, illis aliàs in suo ro-  
**A. V.** bore permansuris, ad præmissorum effectum  
 specialiter, et expresse derogamus, cæterisque  
 contrariis quibuscumque.

**Fides præstan-** §. 7. Cæterum, quia nimis difficile foret præ-  
**da trans-** sentes Nostras originales Literas ad singula loca,  
**umptis.** ubi opus esset, deferri, volumus, ut earum  
 transumptis etiam impressis, manu publici No-  
 tarii subscriptis, et sigillo alicujus Personæ in  
 dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem  
 ubique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus  
 haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

**Sanctio** §. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
**Pœnalis.** paginam Nostræ constitutionis, provisionis,  
 concessionis, confirmationis, Statuti, necnon  
 prohibitionis, decreti, ac voluntatis infringere,  
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem  
 hoc attentare præsumperit, indignationem Om-  
 nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli  
 Apostolorum ejus se noverit incursum.

**Dat. die** Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno  
**24. Aug.** Incarnationis Dominicæ millesimo septingente-  
**1744.** simo quadragesimoquarto, Nono Kalendas Se-  
 ptembris, Pontificatus Nostri Anno V.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 3. Septembris ejusdem anni.*

ANNO  
1744.

## CONFIRMATIO

CVI.

Privilegiorum, Indultorum, et Jurium Collegii Advocatorum Consistorialium; et de eorum muneribus, cum nonnullis definitionibus et Ordinationibus.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**I**NTER conspicuos Ordines, quibus Romana Curia toto terrarum Orbe celeberrima constat atque conflatur, et quorum aliqui pro gerendo universæ Ecclesiæ Catholicæ regimine per inscrutabilem Divini consilii altitudinem humilitati Nostræ concredito, alii pro temporali Nostræ, seu verius Beatorum Apostolorum, Patrimonia administrando, consilium atque operam suam Nobis assidue præstant; alii vero Ecclesiarum, sive Universitatum, aut privatorum controversiis, quæ ad Nostram hanc Urbem et Curiam undique deferuntur, cognoscendis, atque dijudicandis; alii denique in concertantium juribus et causis sustinendis, defensandis, agendis, scientiam suam atque labores impendunt; provida Prædecessorum Nostrorum cura a remotissimis usque temporibus extare voluit illustre Advocatorum Consistorialium Collegium, ex præclaris compositum virtute ac doctrina Viris, quibus, propter scientiæ præstantiam ac rerum usum atque prudentiam, ex omni Advocatorum cœtu delectis, et singulare jus, ac privilegium attribuerunt perorandi coram Romano Pontifice, in Supremo Justitiæ Solio, adstantibus Venerabilibus

**I.**  
Præ-  
mium.  
  
Romana  
Curia plu-  
ribus pro  
vario mune-  
re Ordini-  
bus com-  
posita.  
  
Inter  
quos extat  
illustre  
Advoca-  
torum  
Consistor  
Collegium  
Gravis-  
simis exer

PONT. bilibus Fratibus suis S. R. E. Cardinalibus;  
 A. V. solemniter considente; in Sacro nimirum Con-  
 cendis mu sistorio, in quo pleræque olim gravioris mo-  
 neribus menti causæ, ad Apostolicæ Sedis iudicium ex  
 addictum omni parte delatæ, discutiebantur; et plures  
 adhuc vel examinantur, vel, si illæ extra Con-  
 sistorium agitatæ ac discussæ jam fuerint, in  
 ipso tamen Consistorio definiuntur ac terminan-  
 tur. Quod quidem Advocatorum prædictorum  
 Collegium, singularesque personæ vertentibus  
 annis eidem adscriptæ, industriam atque ope-  
 ram suam præfatis Prædecessoribus Nostris ita  
 probarunt, ut et gravissimorum munerum, quæ  
 ad retinendam sanctorum iudiciorum religio-  
 nem, ad Apostolicæ Sedis jura tuenda et con-  
 servanda, ad calamitosorum salutem et defen-  
 sionem, ac promovendam Juris et bonarum ar-  
 tium scientiam pertinerent, proprium sibi, at-  
 que, ut vocant, privativum exercitium adjudi-  
 cari; necnon amplissimis gratiis, privilegiis,  
 Et am- atque favoribus, plurium Summorum Pontifi-  
 plissimis privilegiis cum beneficiâ cumulari, et cohonestari me-  
 privilegiis cumula- ruerint.  
 tum.

§. I. Quum autem hujusmodi Privilegia exi-  
 miis ipsorum meritis elargita; alia quidem aliis  
 Quæ ta- temporibus indulta reperiantur; nonnulla vero,  
 men ex variis re- licet longissimi temporis usurâ, optimo jure  
 variis re- latis cau- eisdem acquisita esse dignoscantur, attamen  
 latis cau- sis inter- propter remotissimam fortasse concessionum  
 turbata tuere. vetustatem, incertis videantur principiis et ori-  
 fuere. ginibus innixa; aliorum denique usum et quasi  
 possessionem contrariis nonnunquam actibus in-  
 terturbari et labefactari contigerit; optandum  
 profecto videbatur, ut unica aliquando eorum-  
 dem collectione peracta; eademque inviolabili  
 Apostolicæ auctoritatis robore munita, et ipsius  
 Collegii splendori ac dignitati, et jurium ex  
 Pontificia liberalitate eidem competentium fir-  
 mitati ac securitati consuleretur. Nos itaque,  
 Pontifex, qui concessum Nobis olim a felic. record. Præ-  
 qui in di- cessore nostro Clemente Papa XI. in eodem  
 cto Colle- decessore nostro Clemente Papa XI. in eodem  
 gio locum Collegio locum multos annos tenuimus, eun-  
 demque

demque primum Nobis in Romana Curia honoris gradum fuisse, et validum ad studia laboresque Nostros in Apostolicæ Sedis obsequia collocandos iacitamentum; aptissimamque ad superiora munera et præmia adipiscenda occasionem extitisse, non sine iucunditate et grati animi sensu nobiscum recolimus, et palam profiteremur: cum jam eidem Collegio peculiaria quædam Indulta et Privilegia per alias Nostras Literas in forma Brevis sub Annulo Piscatoris expeditas benigne concesserimus; ut illustrè ac perenne extaret Nostræ erga prædictum Collegium existimationis et benevolentia argumentum, eadem Indulta, et Privilegia tam a Nobis, ut præfertur, tributa, quam alia, quorum concessionem diversis Prædecessorum Nostrorum Literis consignatæ reperiuntur, vel quæ ex inveterata consuetudine ipsi Collegio competere dignoscuntur, in unum veluti corpus redigere, eaque omnia Apostolica Nostra Auctoritate firmata et roborata, atque etiam, sicubi opus fuit, declarata, et ampliata præsentibus Nostris Literis perpetuo valituris comprehendere constituimus. Igitur dilectos Filios modernos Aulae Nostræ Consistorialis Advocatos, eorumque Collegium prædictum amplioris gratiæ favore prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis et pœnis a Jure, vel ab Homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, eorum singulares personas harum serie absolventes et absolutas fore censentes, Motu proprio, non ad Collegii, et Advocatorum prædictorum, vel aliorum pro ipsis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de Nostra mera liberalitate, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia infrascripta privilegia, indulta, jura, facultates, honores, munera, præeminentias, et prærogativas ipsi Collegio earundem tenore præsentium in per-

ANNO  
1744.

obtinuit,  
Privilegia  
præfata in  
unum col-  
ligere, as-  
serere, et  
augere sta-  
tuit.

Ideo  
omnia Pri-  
vilegia,  
Jura etc.  
in amplis-  
sima for-  
ma confir-  
mat, et  
ut infra  
statuit.

**POST.** petuum asserimus, approbamus, confirmamus,  
**A. V.** et innovamus, eaque novo Apostolicæ Nostræ  
 Auctoritatis robore communimus, simulque,  
 ut infra, decernimus, statuimus, declaramus,  
 atque sancimus.

**II.** §. 2. Atque in primis duodenarium ipsorum  
**Generalia** Advocatorum numerum a Prædecessore Nostro  
**circa Col.** Sixto Papa IV. in suis hac de re posteriore loco  
**legii sta-** expeditis Literis præfinitum, iis modo et forma,  
**tum.** quibus ad hæc usque tempora servatum fuit,

**Quod ex** firmum perpetuo, et stabilem esse volumus;  
**duodecim** ita scilicet, ut septem ex iis, qui juxta admis-  
**Viris con-** sionis ordinem in Collegio antiquiores erunt,  
**stet.** Seniorum atque Participantium nomine et ju-  
 ribus fruantur; reliqui vero quinque, Juniores  
 et Supranumerum nuncupari et haberi pergant.  
 Siqui vero ex Pontificia dispensatione, justis  
 suadentibus causis, alicui ex duodecim Advo-  
 catis Coadjutores cum futura successione depu-  
 tati fuerint, hi quidem, prout nunc in more  
 habetur, omnia exercere valeant, quæ reliqui  
 de numero possunt, sed durante Coadjutoris  
 munere, et quousque successioni locus factus  
 non fuerit, tam voce, quam emolumentis in  
 Collegio careant.

**Inter** §. 3. Porro in hujusmodi duodenario Advo-  
**quos, ve-** catorum Consistorialium numero Civitas nostra  
**teri Civi-** Bononiensis, immemorabilis possessionis jure,  
**tatis Bo-** obtinuit et gaudet, ut uni semper ex ipsius Ci-  
**noniæ** vibus locus sit, propter eximiam fortasse cele-  
**præroga-**britatem ipsius Bononien. Civitatis et univer-  
**tiva, uni**sitatatis, in qua bonas artes atque scientias om-  
**ex ejus**nes, ac genuinam potissimum solidamque juris  
**Civibus**prudentiam, sæculo duodecimo ex diuturna ob-  
**semper**scuritate, in qua præcedentium temporum bar-  
**locus sit.**barie misere jacuerat, in lucem tandem feliciter  
 revocatam, proprias veluti fixisse sedes, inde-  
 que, cum ad reliquas scholas, tum ad Tribu-  
 nalia dimanasse, omnium consensu perhibetur.

**Alter lo-** Alius vero locus hujusmodi a fel. rec. Pio Papa  
**cus Civi** IV. per Apostolicas Literas datas anno Incarnat.  
**Mediola-** Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo,

octavo Idus Julii, perpetuo assignatus reperitur **ANNO**  
 uni ex Collegio Doctorum Civitatis Mediolanen. **1744.**  
 quem Romanus Pontifex pro tempore duxerit **nensi as-**  
 eligendum ex tribus, ab ipso Mediolanensium **signandus**  
 Doctorum Collegio, eidem Romano Pontifici  
 presentatis, seu nominatis. Idem rec. mem. **Alter**  
 Clemens Papa VIII., et Paulus Papa V. alium **Civi Fer-**  
 locum in prædicto Collegio uni Civi Ferrariensi **rariensis.**  
 saltem ex privilegio effecto seu creato, itidem  
 perpetuo assignarunt, ac pro tempore concedi  
 voluerunt, quam sane concessionem cumulavit  
 piæ mem. Urbanus Papa VIII. per suas etiam  
 in forma Brevis expeditas Literas datas die de-  
 cima septima Decembris anni millesimi sexcen-  
 tesimi vigesimi quinti, dum Civitati nostræ tunc  
 suæ Ferrariensi per easdem Literas indulsit, ut  
 hujusmodi locus non nisi Civibus Ferrariensibus  
 vere originariis, quorum nominatio ad Magi-  
 stratum Ferrariæ spectaret, pro tempore con-  
 cedi, et assignari deberet. Aliumque pariter **Alter**  
 locum in prædicto Collegio ex Apostolica con- **Civi Nea-**  
 cessione fel. rec. Innocentii Papæ XII. Cives **politano.**  
 Neapolitani obtinere dignoscuntur, quibus præ-  
 dictus Innocentius per suas Literas in simili  
 forma Brevis sub datum die decimaquarta No-  
 vemb. anni millesimi sexcentiesimi nonagesimi  
 septimi desuper expeditas indulsit, ut occur-  
 rente pro tempore prædicti loci sic eis, ut præ-  
 fertur, concessi vacatione. ab Electis illius Ci-  
 vitatis tres Cives Neapolitani Juris utriusque  
 Doctores Romano Pontifici pro tempore existenti  
 nominarentur, ex quibus idem Romanus Ponti-  
 fex unum ad hujusmodi Advocati Consistorialis  
 munus præeligeret et assumeret: prout in sin-  
 gulis eorundem Pii, Urbani, et Innocentii  
 Romanorum Pontificum Prædecessorum nostro-  
 rum memoratis Literis latius, et uberius con-  
 tinetur.

§. 4. Quæ quidem omnia prædictis Civitati-  
 bus, Collegiis, seu Universitatibus, vel a Præ-  
 decessoribus nostris, ut præfertur, expresse  
 concessa, vel antiquæ consuetudinis jure acqui-



## BENEDICTI XIV.

377  
2 V

ca. Indulta. et Privilegia, ut scilicet ex eisdem nominibus pro tempore juxta præscriptas respectue formas electus, in prædictum Advocatorum Consistorialium Collegium cooptetur, atque ad eorumdem munera eidem Collegio et Advocatis competenter servatis servandis admittatur, approbatus, et confirmatus, et quatenus opus sit, innovatus, et tanquam ex integro præsentium tenore concedimus et indulgemus.

Resiqui  
ex Romanæ Curie  
Advocato  
Curie  
Romane,  
vel alia  
Civitate  
Ecclesiasticæ  
annuuntur.

§. 2. Vacantes, ut reliqui, ad explendum duodecimorum prædictum Advocatorum Consistorialium numerum, ex omni Advocatorum Romanæ Curie curia elegantur, qui vel Almæ Urbis nostræ, vel alterius Civitatis Apostolicæ Sedis Ditionis in temporalibus subjectæ, Cives existant, ac necessariis probitatis, doctrinæ, experientiæ, natalium, aliisque requisitis dotibus et qualitatibus præditi sint: Ita tamen, ut quandocumque locus aliquis vacaverit in prædicto Collegio, qui Civibus alicujus ex prædictis Civitatibus addictus non sit, vel cui antea per deputacionem Coadjutoris provisum non fuerit, ipsi Advocati Consistoriales collegialiter congregati, pro ipsorum fide, et notitia eorum, qui in Romana Curia laudabilem in Advocati munere operam navant, tres viros ex iis, qui vel Romanæ, ut præfertur, vel alterius Civitatis Ecclesiasticæ Ditionis, Cives existant, quosque in illustre ipsorum Collegium adscribi dignos censuerint, Romano Pontifici pro tempore existenti exhibeant, qui pro suo arbitrio unum ex illis in Aulæ suæ Consistorialis Advocatum eliget ac deputabit; Atque ita in posterum servari mandamus, non obstante fel. record. Prædecessoris Nostri Clementis Papæ XII. Decreto, edito in Consistorio secreto diei vigesimæ secundæ Januarii anno millesimo septingentesimo trigesimo primo, in quo aliam pro hujusmodi Advocatorum delectu formam præscripsit; cujus secreti tenorem pro præsentibus inserto, ac de verbo ad verbum expresso habentes, eidem in hac parte; motu, scientia et potestatis plenita:

Modus  
electionis  
ad Loca  
vacantia,  
nec ut præ  
fertur af  
fecta.

dine paribus, expresse derogamus, illudque, ac si nunquam emanasset, cassamus, irritamus, et annullamus, ac pro cassato, irritato, et annullato in posterum haberi volumus, et jubemus.

ANNO  
1744.

§. 6. Collatum vero semel Advocati Consistorialis Officium, excepto casu spontanee dimissionis, aut juridicæ privationis, nullatenus vacare intelligatur, nisi per promotionem ad Auditoratum Causarum Sacri Palatii, aut Episcopatum cum residentiae onere eidem adnexo, aut ad Cardinalatus dignitatem.

Quando  
collatum  
munus  
vacet.

§. 7. Electis autem, juxta formam a Nobis supra præscriptam, Advocatis Consistorialibus, quamvis minime liceat propria hujusmodi Officii munera exercere, nisi post expletas omnes functiones, quæ in eorum admissionibus de more peragenda sunt, quæque fortasse, sicut etiam pro electis Causarum Sacri Palatii, Auditoribus, novam atque meliorem normam, Deo favente, a Nobis accipient; Antianitatis tamen jura eisdem acquiri statuimus ab eo die, quo nostram, seu nostrorum pro tempore successorum de eorundem electione schedula, Motus proprii nuncupatam, in Collegio præsentaverint. Coadjutores vero eandem antianitatem desument ab eo die, quo, post prædictas omnes functiones expletas, antianitatem prædictam sibi ab ipsorum Collegio assignari petierint, et obtinuerint, per decretum ejusdem Collegii, Apostolicis deinde Literis in forma Brevis expeditis, si Nobis, et Successoribus nostris placuerit, approbandum et confirmandum. Quæ omnia in eum finem expresse disposita sunt, ut liquido appareat quibusnam in occurrentibus optionis casibus debeatur locus inter septem Seniores, seu Participantes, et cui pariter totius Collegii Decanatus pro tempore sit deferendus.

Jus An-  
tiantitatis  
inter ip-  
sos, a quo  
tempore  
computari de-  
beat.

§. 8. Quod quidem Decanatus Officium, Nos inhærendo decretis aliis ab ipso Collegio conditis, neque a Junioribus, aut Coadjutoribus ullo modo, neque a Senioribus absentibus obtineri volumus; sed nec ab iis, qui vel Episco-

Decana-  
tus a qui-  
bus optari  
possit.

PONT. A. V. sita, Indulta, et Privilegia, ut scilicet ex eisdem unus pro tempore juxta præscriptas respective formas electus, in prædictum Advocatorum Consistorialium Collegium cooptetur, atque ad exercenda munera eidem Collegio et Advocatis competentia, servatis servandis admittatur, approbamus, et confirmamus, et quatenus opus sit, innovamus, et tanquam ex integro præsentium tenore concedimus et indulgemus.

Reliqui, §. 5. Volentes, ut reliqui, ad explendum duodenarium prædictum Advocatorum Consistorialium numerum, ex omni Advocatorum Romanæ Curiae cœtu eligantur, qui vel Almæ Urbis nostræ, vel alterius Civitatis Apostolicæ Sedis Ditioni in temporalibus subjectæ, Cives existant, ac necessariis probitatis, doctrinæ, experientiæ, natalium, aliisque requisitis dotibus et qualitatibus præditi sint: Ita tamen, ut quando-cumque locus aliquis vacaverit in prædicto Collegio, qui Civibus alicujus ex prædictis Civitatibus addictus non sit, vel cui antea per deputationem Coadjutoris provisum non fuerit,

Modus electionis ad Loca vacantia, nec ut præfertur affecta. ipsi Advocati Consistoriales collegialiter congregati, pro ipsorum fide, et notitia eorum, qui in Romana Curia laudabilem in Advocati munere operam navant, tres viros ex iis, qui vel Romanæ, ut præfertur, vel alterius Civitatis Ecclesiasticæ Ditionis, Cives existant, quosque in illustre ipsorum Collegium adscribi dignos censuerint. Romano Pontifici pro tempore existenti exhibeant, qui pro suo arbitrio unum ex illis in Aulæ suæ Consistorialis Advocatum eliget ac deputabit; Atque ita in posterum servari mandamus, non obstante fel. record. Prædecessoris Nostri Clementis Papæ XII. Decreto, edito in Consistorio secreto diei vigesimæ secundæ Januarii anno millesimo septingentesimo trigesimo primo, in quo aliam pro hujusmodi Advocatorum delectu formam præscripsit; cujus Decreti tenorem pro præsentibus inserto, ac de verbo ad verbum expresso habentes, eidem in hac parte, motu, scientia et potestatis plenita:

dine paribus, expresse derogamus, illudque, ac si nunquam emanasset, cassamus, irritamus, et annullamus, ac pro cassato, irritato, et annullato in posterum haberi volumus, et jubemus.

ANNO  
1744.

§. 6. Collatum vero semel Advocati Consistorialis Officium, excepto casu spontanee dimissionis, aut juridicæ privationis, nullatenus vacare intelligatur, nisi per promotionem ad Auditoratum Causarum Sacri Palatii, aut Episcopatum cum residentie onere eidem adnexo, aut ad Cardinalatus dignitatem.

Quando  
collatum  
munus  
vacet.

§. 7. Electis autem, juxta formam a Nobis supra præscriptam, Advocatis Consistorialibus, quamvis minime liceat propria hujusmodi Officii munera exercere, nisi post expletas omnes functiones, quæ in eorum admissionibus de more peragenda sunt, quæque fortasse, sicut etiam pro electis Causarum Sacri Palatii, Auditoribus, novam atque meliorem normam, Deo favente, a Nobis accipient; Antianitatis tamen jura eisdem acquiri statuimus ab eo die, quo nostram, seu nostrorum pro tempore successorum de eorundem electione schedula, Motus proprii nuncupatam, in Collegio præsentaverint. Coadjutores vero eandem antianitatem desument ab eo die, quo, post prædictas omnes functiones expletas, antianitatem prædictam sibi ab ipsorum Collegio assignari petierint, et obtinuerint, per decretum ejusdem Collegii, Apostolicis deinde Literis in forma Brevis expeditis, si Nobis, et Successoribus nostris placuerit, approbandum et confirmandum. Quæ omnia in eum finem expresse disposita sunt, ut liquido appareat quibusnam in occurrentibus optionis casibus debeatur locus inter septem Seniores, seu Participantes, et cui pariter totius Collegii Decanatus pro tempore sit deferendus.

Jus An-  
tiantitatis  
inter ip-  
sos, a quo  
tempore  
computari de-  
beat.

§. 8. Quod quidem Decanatus Officium, Nos inhærendo decretis aliis ab ipso Collegio conditis, neque a Junioribus, aut Coadjutoribus ullo modo, neque a Senioribus absentibus obtineri volumus; sed nec ab iis, qui vel Episco-

Decana-  
tus a qui-  
bus optari  
possit.

PONT. pali caractere insigniti, vel aliàs inter Curia  
 A. V. nostræ Prælatos adscripti reperiantur; sed ad  
 eum deferri debere statuimus, qui inter Senio-  
 res in Romana Curia præsentès, et non Præ-  
 latos, antiquior esse dignoscatur. Eveniente au-  
 tem casu, quo omnes Advocati Seniores in Ro-  
 mana Curia præsentès, vel Episcopatu, vel  
 Prælatura decorati reperiantur, is qui antiquior  
 inter eos erit, Pro-Decani titulo muneribusque  
 fruatur; donec in septennarium Participantium  
 numerum subingrediatur aliquis non Prælatus,  
 ad quem Decanatus hujusmodi Officium jure  
 deferatur.

III. §. 9. Ex privilegiis vero seu prærogativis, qui-  
 Privile- bus hujusmodi Advocatorum Consistorialium  
 gior. et ju- nobilis Ordo, ex concessione Prædecessorum  
 rium se- Nostrorum, et veteri consuetudine fruatur, no-  
 ries. straque demum voluntate in posterum gaudere  
 debet, alia pertinent ad ipsius Ordinis decora  
 et ornamenta; alia vero ad exercitium non unius  
 generis munerum, quæ eidem Collegio priva-  
 tive sunt demandata. Cum enim prædicti Aula  
 nostræ Consistorialis Advocati veri sint, et in-  
 dubitati nostri, et Romani pro tempore Ponti-  
 ficis Familiæ, et continui Commensales, ne-  
 que porro ad instar aliorum familiarium hujus-  
 modi, sed pariformiter et æque principaliter  
 cum aliis Familiaribus et Commensalibus præ-  
 dictis habeantur, et haberi debeant; unde etiam  
 panem honoris ex quotidiana nostra et Romani  
 pro tempore Pontificis liberalitate percipiunt;  
 atque in ejusdem Romani Pontificis iter agentis  
 comitatu, quemadmodum in associandis S. R. E.  
 Cardinalibus Legatis de Pontificio Latere mis-  
 sis, necnon occasione obviam eundi Imperato-  
 ribus, Regibus, et Principibus Viris ad Curiam  
 venientibus, una cum reliquis Pontificæ Aulæ  
 Prælati, et Familiaribus incedunt; non solum  
 reliquis omnibus Romanæ, vel alterius Curiæ  
 Causarum Advocatis, Patronis, Procuratoribus,  
 atque Causidicis, omnibusque tam Romanæ,  
 quam alterius cujuscumque Universitatis Licen-

Quoad  
 Ordinis  
 decus.

Advocati  
 C. sunt ve-  
 ri Papæ Fa-  
 miliares.

tiatis, Doctoribus, Antecessoribus, atque Magistris, etiam antiquioribus, honoris et dignitatis prærogativa præcellunt; sed reliquis etiam Clericis, tum Laicis, quantumvis ex nobili genere procreatis, et quocumque officio, seu dignitate præstantibus, aliorumque Principum Familiaribus, antecedunt; et tam in Cappellis, quam in Consistoriis, et Pontificalibus aliisque Supplicationibus, seu Processionibus, Equitatibus, cæterisque publicis Functionibus, locum habere debent, immediate post Cubicularios nostros utriusque Aulæ tam secretæ, quam honoris nuncupatæ, nimirum supra ipsos intimi Sacelli nostri Cappellanos secretos, aliosque inferioris Ordinis; prout jam de expresso mandato nostro, omni sublata dubitandi occasione, in usu positum est; et nihilominus Nos idem perpetuis futuris temporibus observari, præsentium tenore mandamus atque statuimus. Eisdemque Capellas, et Functiones omnes prædicto Advocatorum Consistorialium Collegio, quemadmodum aliis Collegiis in eisdem locum habentibus, per Cursos intimari; atque in eis Candelas, Palmas, et Ceras benedictas, Agnus Dei appellatas, in pari quantitate et qualitate cum reliquis Familiaribus nostris, ipsis distribui, necnon eosdem ad audiendas prædicationes verbi Dei, quæ statis temporibus in Palatio nostro habentur, una cum Prælati Romanæ Curie, aliisque Familiaribus nostris, quemadmodum consueverunt, admitti volumus et jubemus.

§. 10. Sessionis vero locum, quem in Cappellis, quæ in Basilica nostra Vaticana celebrantur, hæctenus obtinuerunt, nimirum in inferiori Pontificii Solii gradu, infra Almæ Urbis nostræ Conservatores, idem in posterum in prædictis, aliisque Cappellis, quæ pro loci amplitudine eodem ritu disponi poterunt, eisdem assignari decernimus. Ubi vero Capellæ in Pontificiis nostrarum Ædium Sacellis habeantur, seu in aliis Ecclesiis et locis eodem ordine dis-

ANNO  
1744.

Quem  
locum te-  
nere de-  
bent in  
Functionibus.

Item in  
Capellis  
Pontificiis.

PONT. ponantur, quo in prædictis, Ædium nostrarum  
 A. V. Sacellis ordinari consueverunt; firmam eisdem  
 et ratam esse volumus concessionem sedilis,  
 seu scamni ad ipsorum usum, ante scamnum,  
 seu sedile pro nostris ad honorem Cubiculariis  
 apponi solitum, de nostro expresso mandato  
 semel positi et assignati, ac deinde per alias  
 nostras in forma Brevis Literas die quinta Martii  
 anni millesimi septingentesimi quadragesimi se-  
 cundi expeditas in perpetuum attributi, ita ut  
 ab ejusdem scamni, seu sedilis usu et posses-  
 sione a nemine quavis auctoritate ullo unquam  
 tempore valeant amoveri. Ubi vero pro defe-  
 rendi Umbella seu Baldacchino in supplicatio-  
 nibus Pontificiis, necessarius forte numerus non  
 adsit dilectorum Filiorum utriusque Signaturæ  
 nostræ Referendariorum, quibus hujusmodi  
 honorem private concessum esse dignoscitur,  
 hujusmodi numerum, præsentem Pontifice, ab  
 ipsius Cubiculariis secretis, vel, his etiam de-  
 ficientibus, ab aliis ejusdem Cubiculariis, ho-  
 noris nuncupatis; eodem vero Pontifice ab-  
 sente, ab Advocatis Consistorialibus suppleri  
 debere decernimus.

Jus defe-  
 rendi Bal-  
 dachinum  
 in Proces-  
 sionibus  
 Pontifi-  
 ciis certis  
 in casibus

Ipsorum  
 præemi-  
 nentiæ in  
 Conciliis.

§. 11. In Conciliis autem tam Generalibus,  
 quam Provincialibus, aliisque, in quibus eisdem  
 Aulæ Nostræ Consistorialis Advocatos, seu tan-  
 quam præsentis forte Pontificis Familiars Romanam  
 Curiam sequentes, seu tamquam de Le-  
 gati Apostolicæ Sedis comitatu, vel etiam tan-  
 quam Decretorum, aut Juris Civilis Doctores,  
 quemadmodum in more positum esse dignosci-  
 tur, locum et sessionem habere contingat; easdem  
 omnino præeminencias, ac prærogativas tam  
 respectu Officialium Romanæ Curia, quam alio-  
 rum quorumlibet, eisdem competere volumus,  
 quas in Palatio Nostro, atque in Romana Curia,  
 et Urbe obtinere solent.

Varii ha-  
 bitus de-  
 latio jux-  
 ta varie-

§. 12. Habitus porro formam eisdem usitata  
 Advocati prædicti in posterum etiam perpetuo  
 retineant, tam in Pontificalibus, aliisque solem-  
 nioribus Functionibus, Capellis, Consistoriis,

Processionibus, Equitationibus, quam in ipsorum actibus Collegialibus; laneam scilicet talarum Cappam, coloris violacei, rubris undequaque suturis fulcitam, et Holoserico rubro subsumtam, cum Capputio ab anteriori parte rotundo, a tergo vero prolixiori, Holoserico pariter rubro intrinsecus, eodem vero etiam extrinsecus æstivo tempore, hyemali autem armellinis pelibus respective absuto, eoque vel aperto, vel clauso pro functionum diversitate gestando. Habeant etiam Pluvialis usum in die Coronationis Romani Pontificis, et in altera die, qua novus Pontifex Constantinianæ Lateranensis Basilicæ possessionem solemniter capit; ut scilicet, dum ad decantandum læudes, faustaque omnia novo Pontifici de Cœlo adprecanda, præcinente supradicta quidem Coronationis die S. R. E. Cardinali Diaconorum Priore, in die vero Possessionis altero ejusdem S. R. E. Cardinali Priore Presbyterorum, una cum Subdiaconis Apostolicis procedunt, Pluvialibus transversis induantur; ita ut pars aperta Pluvialis remaneat supra humerum dextrum, circa collum autem supra Pluviale Capputium de more deferant: Extra vero prædictas Functiones usualem gestationem Vestis Talaris nigri coloris, cum simili Mantellono rotundo, ab Alexandro Papa VII. Prædecessore Nostro per speciale Decretum sub die vigesima septima Novembris anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi quinti eidem Advocatorum Consistorialium Collegio private concessam, approbamus et confirmamus; ita scilicet, ut nemini liceat similibus Vestibus et Insigniis uti, ipsisque electis Auditoribus Causarum Sacri Palatii Capellanis Nostris vetitum sit hujusmodi Habitum assumere, nisi de licentia Collegii prædicti Advocatorum Consistorialium, juxta antiquam observantiam, ab eodem Collegio per supplicem libellum expresse petenda et respective concedenda: quemadmodum Nos omnibus et singulis, et specialiter Auditoribus electis præfatis, non obstante quacumque consue-

ANNO  
1744.  
tatem fun  
ctionum  
eisdem  
confirma-  
tur cum  
privativa.



P O N T. tudine in contrarium forsā inducta, per hæc  
A. V. Apostolica scripta vetamus atque interdicimus.

Et habi- §. 13. Utque præterea ex Alma Urbe Nostra  
tus Viato- alio proficiscentibus prædictis Aulæ Nostræ  
rii usus Consistorialis Advocatis debitus honor ab om-  
concedi- nibus habeatur; quod jam vivæ vocis oraculo  
tur. eisdem concessimus, ut scilicet habitu viatorio

ad formam habitus per Prælatos et Familiares  
Nostros extra Urbem gestari soliti, servato  
tamen nigro colore, Advocati prædicti uti pos-  
sint et valeant, præsentium quoque tenore ex-  
presse concedimus et indulgemus.

## IV.

Quoad  
munerum  
exerci-  
tium.

Præci-  
puum Of-  
ficium est  
Causas  
Consistor  
pertra-  
ctare.

In Causis  
Beatificat  
et Cano-  
niz. scri-  
bere in  
jure.

§. 14. Præcipua vero et propria eorum Collegii  
munera ea sunt, quæ circa Consistorium, et  
actus atque negotia in eo gerenda atque tra-  
ctanda, versantur; Quæ quidem ita ipsorum  
Advocatorum Consistorialium propria sunt, ut  
ad ipsas functiones pro hujusmodi Advocati  
munere in Consistorio peragendas nequidem  
admittantur ex eodem Collegio illi, qui inter  
Romanæ Curiae Prælatos adscripti reperiuntur,  
nisi Prælatitio habitu deposito, habitum Ad-  
vocati Consistorialis in eum finem induere con-  
sentiant. Cum igitur aliqua majoris momenti  
causa in Consistorio secreto veteri more judi-  
cialiter agenda erit, non alii, quam Advocati  
Consistoriales prædicti ad deducenda Partium  
jura sunt admittendi. Et quoniam inter majores  
causas, quæ a Romano Pontifice cum Venera-  
bilium Fratrum suorum consilio definiuntur,  
Beatificationes Servorum Dei, ac Beatorum Ca-  
nonizationes, merito recensentur, congruum  
propterea visum est, ut prærogativa scribendi  
in jure in hujusmodi Causis Collegio Advoca-  
torum Consistorialium reservaretur; quamvis,  
habita ratione plurium Officiorum, quæ illis in-  
cumbunt, opportune quoque statutum sit, a  
Congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi-  
nalium Sacris Ritibus præposita, duodecim alios  
e celebrioribus Romanæ Curiae Causarum Ad-  
vocatis ad hunc effectum approbari et deputari,  
ad hoc ut Causarum hujusmodi Postulatores

earum Patrocinium alicui ex illis, pro ipsorum libitu, servatis servandis valeant demandare. ANNO 1742.

§. 15. Ad ipsos tamen Aulæ Consistorialis Advocatos privative spectat publicas in Consistorio instantias proponere pro Servorum Dei Beatificatione, aut Beatorum Canonizatione, hoc est in Consistoriis publicis, quæ in traditione Pilei Cardinalitii novis Cardinalibus creatis, seu in receptione Legati Sedis Apostolicæ ad Urbem redeuntis, aut alicujus Principum Oratoris ad præstandam obedientiam Sedi Apostolicæ missi celebrantur, Orationes habere super meritis ac virtutibus prædictorum Servorum Dei, et Beatorum, instando apud Summum Pontificem, ut eorum Beatificationis, aut Canonizationis Causæ committantur seu ulterius promoveantur, aut respective expediantur; quemadmodum, abrogato veteri more minus decenter inducto, declamandi scilicet de rebus profanis, et plerumque de atrocioribus criminibus confictis et imaginariis, per Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri Decretum sub die vigesima septima Januarii anni millesimi sexcentissimi trigésimi primi editum, subsequuta deinde circa methodum in hujusmodi Orationibus servandam peculiari institutione, firmatum fuit. Pro quibus Orationibus peragendis, quæ in duo, aut ad summum in tria Consistoria singulæ dividi consueverunt, quæque non solum a Senioribus et Participantibus, sed etiam a Junioribus et a Coadjutoribus per turnum, servato antianitatis ordine, et a Coadjutoribus, prædictis tam ex propria, quam ex Coadjuti persona, haberi solent, decem scuta auri in auro Advocato peroranti pro qualibet vice, ex maleficiorum proventibus, expedito Mandato a Notario Charitatis, eoque a Governatore Almæ Urbis Nostræ subscripto, persolvi debere.

§. 16. In iis pariter publicis Consistoriis, quæ pro alicujus Beati Canonizatione coguntur, ad Advocatum pertinet Consistorialis Aulæ, vitam, virtutes, atque miracula Servi Dei fuscè integre- Ac relationes iu publicis Consisto-

PONT. A. V. que enarrare, atque Instantias Ecclesiarum, Principum, et Populorum pro ejusdem Servi Dei Canonizatione Summo Pontifici repræsentare. Idemque paratus esse debet prædicta omnia, si opus sit, in sequenti Consistorio semipublico strictim referre. Deinde in die solemnii Canonizationis in Vaticana Basilica peragenda, iterum pro definitivæ sententiæ prolotione coram Summo Pontifice publice instare. Pro quorum omnium implemento is, qui ea gesserit, ex emolumentis, quæ occasione Canonizationis, Advocatorum prædictorum Collegio debentur, triginta scuta monetæ percipiet, a Postulatore autem Causæ, eidem dono dabitur Imago depicta Servi Dei inter Sanctos relati.

Omnes instantiæ, et Supplicationes in Consistorio non nisi eorum medio proponi debent.

§. 17. Quotiescumque demum Summo Pontifici in Consistorio sedenti supplicandum fuerit, sive ii, quorum res agitur, in Curia præsentibus sint, sive absentes, dummodo non sint Imperatoris, Regiæ, aut Cardinalitatis dignitatis, et in ipso Consistorio personaliter constituti, id non nisi alicujus Advocati Consistorialis voce et opera peragendum erit. Ipsique S. R. E. Cardinales, ubi suæ Dignitati renunciare, eamque in manibus Summi Pontificis dimittere voluerint, per Advocatum pariter Consistorialem a Collegio de ipsorum assensu deputandum, præsentibus earundem Procuratoribus legitimam mandatum habentibus, instantiam suam in Consistorio proponi facere debent: Qua de causa centum Ducati auri de Camera ad Collegii creditum antea depositi, eidem Collegio præstandi sunt, iique inter Participantes æquis portionibus dividendi.

Preces pro concessione Pallii ipsi exhibere debent.

§. 18. Similiter Patriarchæ, Archiepiscopi, et nonnulli ex Episcopis, qui, vel ex Ecclesiarum suarum jure, vel ex personali concessione, honore Pallii decorantur, illud in Consistorio secreto per interpositam Advocati Consistorialis personam postulabunt. Ideoque si Patriarcha, Archiepiscopus, sive Episcopus, ut supra, Pallio donandus, in Romana Curia præsens exi-

stat, in Consistorio prædicto coram Pontifice se  
 sistet, medius inter Advocatum pro eo peroran-  
 tem a dexteris, et Magistrum Ceremoniarum  
 a sinistris; si vero Prælatum extra Curiam mo-  
 retur, illius Procurator dextrum, Magister vero  
 Ceremoniarum sinistrum, Advocatus autem  
 Consistorialis medium locum tenebit; atque hic  
 pro supradicti Pallii concessione demissas Pontifici  
 preces exhibebit. Et nisi agatur de Ecclesia in  
 Partibus Infidelium existente, vel qui ad instan-  
 tiam, et juxta Decretum Congregationis S. R.  
 E. Cardinalium negotiis de Propaganda Fide  
 præpositæ de Pastore provisum fuerit, Advocatus  
 prædictus decem Ducatos auri de Camera,  
 qui præcedenter depositi esse debent, pro hu-  
 jusmodi petitione percipiet. Ad has vero peti-  
 tiones in Consistorio proponendas soli admittentur  
 septem Advocati seniores seu Participantes,  
 per turnum, exclusis Junioribus et Coadjuto-  
 ribus, nisi ex persona alicujus ex Senioribus  
 prædictis ad postulandum accesserint.

ANNO  
 1744.

§. 19. Alterum vero Officiorum genus, quod  
 eidem Advocatorum Consistorialium Collegio  
 privative incumbit, ad hujusce Almæ Urbis  
 Nostræ Archigymnasii et Studii Generalis regi-  
 men spectat; Cujus Gymnasii Rectoratus cum  
 olim uni ex Prælatibus Romanæ Curiae ad ejus  
 vitam concedi et assignari soleret, a Sixto Papa  
 V. Prædecessore Nostro per ejus Literas Anno  
 Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo  
 octuagesimo septimo decimo Kalendas Septem-  
 bris sub Plumbo datas, pluribus ex causis ani-  
 mum ipsius moventibus, necnon in compensa-  
 tionem certæ pecuniarum summæ a prædicto  
 Advocatorum Consistorialium Collegio in eum  
 finem persolutæ, eidem Advocatorum Consis-  
 torialium Collegio cum omnibus et singulis il-  
 lius Officii juribus, redditibus, et emolumentis,  
 necnon cum quibusvis honoribus, oneribus,  
 jurisdictionibus, facultatibus, et privilegiis su-  
 prædicto Rectori Prælato aliàs competentibus,

V.  
 Advocatorum  
 Consistorialium  
 Collegii  
 jura, quo-  
 ad regi-  
 men Ar-  
 chigym-  
 nasii Ur-  
 bis ejus  
 Rectora-  
 tus eorum  
 Collegii  
 alias uni-  
 tum fuit.

**PONT.** perpetuo unitum, annexum et incorporatum  
**A. V.** fuit.

**Idque a Pontifice confirmatur, cum facultate deputandi Rectorem pro tempore etc.**

§. 20. Quam proinde unionem et perpetuam annexionem et incorporationem Officii Rectoratus hujusmodi, una cum facultatibus ipsum Gymnasium, ejusque Ecclesiam, Scholas et Bibliothecam regendi, asservandi, et gubernandi, unumque ex proprio Collegio in singulos annos Studiorum Rectorem, atque alterum Bibliothecarium, tum etiam Bibliothecæ prædictæ Custodes, aliosque Gymnasii prædicti Officiales, et Ministros, respective eligendi et deputandi, salvo eorum jure, quibus vel oneroso, vel alio legitimo titulo nonnullorum Officialium hujusmodi deputatio competere dignoscatur; necnon ejusdem Bibliothecæ libros permutandi; statuta quoque, ordinationes, et provisiones pro Gymnasii prædicti meliori regimine et utilitate condendi, faciendi, et publicandi, atque illa seu illas, toties quoties eisdem, seu eorum majori parti expedire videbitur, mutandi et innovandi, sicuti per Prædecessores Nostros Sixtum V., Clementem VIII. et Alexandrum VII. Romanos Pontifices eisdem alias concessæ fuerunt, approbamus et confirmamus, et quatenus opus sit, de novo concedimus et indulgemus.

**Eorundem jure in electione Lectorum, et Artium Professorum.**

§. 21. In eligendis autem per concursum, quoties ita Nobis, et Successoribus Nostris placuerit, tam Juris Canonici, et Cæsarei in Archigymnasio prædicto Antecessoribus, quam aliorum, Theologiæ, Linguae Sanctæ, aliorumque, necnon rationalis et experimentalis Philosophiæ, Medicinæ, et cæterarum artium et facultatum, quæ in Archigymnasio hujusmodi publice traduntur, et explicantur, Professoribus atque Lectoribus; volumus, ut concurrentium examini coram Venerabili Fratre Nostro Annibale Episcopo Portuensi S. R. E. Cardinali Camerario, et ejusdem Archigymnasii, atque Universitatis Studii generalis Cancellario, S. Clementis nuncupato, ejusque in Officio Camerariatus hujusmodi Successoribus, habendo,

Advocati prædicti collegialiter semper assistant ; et pro eorum , qui examinati fuerint , eléctione , una cum Camerario prædicto , qui tamen duplicis suffragii jure gaudere debeat , iidem Advocati Consistoriales suffragium ferant. Et quidem examen eorum , qui ad obtinendas Cathedras in Decretis , seu in jure civili scientiam et peritiam suam profitentur , ab ipsis Advocatis Consistorialibus peragendum erit. Ad aliarum vero scientiarum , sive facultatum , aut Linguarum Lectores Candidatos experiendos atque probandos , ab Archigymnasii Rectore pro tempore deputato , cum prædicti S. R. E. Cardinalis Camerarii participatione , et assensu alii assumuntur Assessores in scientiis , facultatibus , et Linguis hujusmodi præstantes , juxta quorum consilium atque sententiam tam Camerarius , quam Advocati prædicti in suffragiis ferendis super concurrentium peritia judicia sua dirigere valeant. Ac denique totius examinis , sive concursus , et suffragiorum latorum relatio , Nobis seu Romano pro tempore Pontifici fiet , ut vacanti Cathedræ , sive Lecturæ , de persona habili et idonea auctoritate Apostolica provideatur.

§. 22. Firmamque præterea , et ratam perpetuo esse volumus privativam facultatem Candidatos in utroque seu alterutro Jure Canonico et Cæsareo experiendi , probandi , eosdemque Doctores in utroque seu alterutro Jure prædictis in Romana Curia et Urbe creandi , eisque Doctoratus hujusmodi insignia conferendi , super prædicto Advocatorum Consistorialium Collegio tum antiquæ consuetudinis , et possessionis jure competentem , tum etiam expressis Prædecessorum Nostrorum Indultis et Privilegiis multoties concessam et attributam , præsertim vero a fel. recor. Sixto Papa IV. , Julio Papa III. , Sixto Papa V. , et Clem. Papa VIII. , prout in eorum Litteris decima octava Sept. anni millesimi quadringentesimi octuagesimi tertii , sexta Febr. anni millesimi quingentesimi quinquagesimi secundi ,

A N N O  
1744

VI.  
Facultas  
privativa  
doctorandi  
in Urbe  
in utroque  
vel  
altero  
Jure.

PONT. perpetuo unitum, annexum et incorporatum  
A. V. fuit.

Idque a §. 20. Quam proinde unionem et perpetuam  
Pontifice annexionem et incorporationem Officii Recto-  
confirma- ratus hujusmodi, una cum facultatibus ipsum  
tur, cum Gymnasium, ejusque Ecclesiam, Scholas et Bi-  
facultate Bibliothecam regendi, asservandi, et gubernandi,  
deputan- di Rectorem, unumque ex proprio Collegio in singulos annos  
di Recto- Studiorum Rectorem, atque alterum Bibliothec-  
rem pro carium, tum etiam Bibliothecæ prædictæ Cu-  
tempore stodes, aliosque Gymnasii prædicti Officiales,  
etc. et Ministros, respective eligendi et deputandi,  
salvo eorum jure, quibus vel oneroso, vel alio  
legitimo titulo nonnullorum Officialium hujus-  
modi deputatio competere dignoscatur; necnon  
ejusdem Bibliothecæ libros permutandi; statuta  
quoque, ordinationes, et provisiones pro Gy-  
mnasii prædicti meliori regimine et utilitate com-  
dendi, faciendi, et publicandi, atque illa seu  
illas, toties quoties eisdem, seu eorum majori  
parti expedire videbitur, mutandi et innovandi,  
sicuti per Prædecessores Nostros Sixtum V., Cle-  
mentem VIII. et Alexandrum VII. Romanos  
Pontifices eisdem alias concessæ fuerunt, ap-  
probamus et confirmamus, et quatenus opus  
sit, de novo concedimus et indulgemus.

Eorum- §. 21. In eligendis autem per concursum,  
dem jura quoties ita Nobis, et Successoribus Nostris pla-  
in electio- cuerit, tam Juris Canonici, et Cæsarei in Ar-  
ne Lecto- chigymnasio prædicto Antecessoribus, quam  
rum, et aliorum, Theologiæ, Linguæ Sanctæ, aliorum-  
Artium que, necnon rationalis et experimentalis Phi-  
Professe- losophiæ, Medicinæ, et cæterarum artium et  
rum. facultatum, quæ in Archigymnasio hujusmodi  
publice traduntur, et explicantur, Professori-  
bus atque Lectoribus; volumus, ut concurren-  
tium examini coram Venerabili Fratre Nostro  
Annibale Episcopo Portuensi S. R. E. Cardinali  
Camerario, et ejusdem Archigymnasii, atque  
Universitatis Studii generalis Cancellario, S.  
Clementis nuncupato, ejusque in Officio Ca-  
merariatus hujusmodi Successoribus, habendo,

Advocati prædicti collegialiter semper assistant ; et pro eorum , qui examinati fuerint , elèctione , una cum Camerario prædicto , qui tamen duplicis suffragii jure gaudere debeat , iidem Advocati Consistoriales suffragium ferant. Et quidem examen eorum , qui ad obtinendas Cathedras in Decretis , seu in jure civili scientiam et peritiam suam profitentur , ab ipsis Advocatis Consistorialibus peragendum erit. Ad aliarum vero scientiarum , sive facultatum , aut Linguarum Lectores Candidatos experiendos atque probandos , ab Archigymnasii Rectore pro tempore deputato , cum prædicti S. R. E. Cardinalis Camerarii participatione , et assensu alii assumantur Assessores in scientiis , facultatibus , et Linguis hujusmodi præstantes , juxta quorum consilium atque sententiam tam Camerarius , quam Advocati prædicti in suffragiis ferendis super concurrentium peritia judicia sua dirigere valeant. Ac denique totius examinis , sive concursus , et suffragiorum latorum relatio , Nobis seu Romano pro tempore Pontifici fiet , ut vacanti Cathedræ , sive Lecturæ , de persona habili et idonea auctoritate Apostolica provideatur.

§. 22. Firmamque præterea , et ratam perpetuo esse volumus privativam facultatem Candidatos in utroque seu alterutro Jure Canonico et Cæsareo experiendi , probandi , eosdemque Doctores in utroque seu alterutro Jure prædictis in Romana Curia et Urbe creandi , eisque Doctoratus hujusmodi insignia conferendi , supradicto Advocatorum Consistorialium Collegio antiquæ consuetudinis , et possessionis jure competentem , tum etiam expressis Prædecessorum Nostrorum Indultis et Privilegiis multoties concessam et attributam , præsertim vero a fel. recor. Sixto Papa IV. , Julio Papa III. , Sixto Papa V. , et Clem. Papa VIII. , prout in eorum Litteris decima octava Sept. anni millesimi quadringentesimi octuagesimi tertii , sexta Febr. anni millesimi quingentesimi quinquagesimi secundi ,

VI.  
Facultas  
privativa  
doctorandi  
in Urbe  
in utroque  
vel  
altero  
Jure.



PONT. tertia Septemb. anni millesimi quingentesimi  
 A. V. octuagesimi septimi, et duodecima Sept. anni  
 millesimi sexcentissimi primi, respective datis  
 plenius disponitur et continetur. Asserta vero  
 Privilegia, Indulta, Licentias, et Facultates,  
 quorum prætextu aliæ personæ, seu Collegia  
 cujuscumque status, gradus, conditionis, et  
 præminentia; id sibi licere contendunt; licet  
 aliàs a prædictis aliisque Prædecessoribus nostris  
 declarata; moderata, seu respective revocata,  
 annullata, et viribus vacuata fuerint; Nos etiam;  
 quacumque auctoritate; et potestate, et qui-  
 buscumque ex causis, etiam ex titulo oneroso,  
 et sub quibusvis verborum formulis, expres-  
 sionibus, clausulis, et Decretis, etiam per Nos,  
 et Prædecessores Nostros, Sedemque Apostoli-  
 cam, eadem prædictis concessa forent, et quan-  
 tumvis longæ et immemorabilis consuetudinis  
 usu ab eisdem sive personis, sive Collegiis pos-  
 sessa et obtenta fuerint, præsentium pariter te-  
 nore, quatenus opus sit, revocamus, annulla-  
 mus, et viribus perpetuo vacuamus.

Revocatis  
 quibusvis  
 prætextu  
 privile-  
 giis aliis  
 Personis,  
 et Colle-  
 giis con-  
 cassis.

Lis in- §. 23. Et nihilominus attendentes, quod in-  
 ter Proto- ter Dilectos Filios Collegium Nostrorum et Sedis  
 notarios Apostolicæ Notariorum, Protonotariorum nun-  
 Apostoli- cupatorum, de numero Participantium, ex una,  
 cos et Ad- prædictumque Collegium Nostræ Consistorialis  
 vocatos aulæ Advocatorum, ex alia parte, lis, et Causa  
 Consisto- super facultate promovendi ad gradum Docto-  
 riales su- ratus in utroque, vel alterutro Jure, tam in  
 per jure Urbe ejusque Districtu, quam extra illam et  
 Docto- in illum, in Causarum Palatii Nostri Apostolici  
 randi: in Auditorio, coram certo illius Auditore intro-  
 utroque ducta, adhuc pendet indecisa: Nos, qui jura,  
 Jure in rationes, et exceptiones utriusque Partis, tam  
 Rota pen- voce nostris auribus insinuata, quam scripto  
 dens, ex- deducta, per Nos ipsos accurate examinavimus,  
 tinguitur. et matura consideratione perpendimus; Volen-  
 tes, ab utroque Collegio tam Notariorum, quam  
 Advocatorum hujusmodi, quorum singulares  
 personæ familiares Nostri existunt, omnes et  
 quascumque super hac. re lites, et controver-

ANNO  
1744.

sias penitus e medio tollere, eorumque respective jura, facultates, et privilegia certis, congruisque limitibus præfinire; Motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, prædictam, ac quamcumque aliam, si qua sit, litem et causam, in prædicto Auditorio, vel alio quovis Tribunali, coram quocumque Judice, et in quacumque instantia, inter utrumque Collegium hujusmodi super præmissis pendentem (illius respective statum, merita, et alia quæcumque, etiam de necessitate juris vel facti omnino exprimenda, neenon utriusque Collegii prædicti concessionès, indulta, privilegia, et Litteras Apostolicas, eorumque totales, et integros tenores satis Nobis cognitos, et perspectos, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes,) harum serie, ad Nos avocamus, penitusque et omnino supprimimus, et extinguimus, perpetuumque desuper silentium imponimus, atque os occludimus. Eisdem vero Notariis de numero prædicto nullatenus licuisse, aut licere statuimus et declaramus, obtentu et vigore Litterarum fel. rec. Sixti Papæ V. Prædecessoris Nostri incipien. *Laudabilis* super eorum privilegiis editarum, sub datum videlicet Nonis Februarii Pontificatus sui Anno primo, vel quarumvis aliarum Litterarum Apostolicarum sub quacumque forma eidem Collegio concessarum, examinationem cujusquam, Doctoratus gradum in altero vel utroque Jure suscipere cupientis, ad Partes, et extra Urbem committere, nec sub aliena fide, et relationibus examinationis hujusmodi, absentem quemquam, cum clausula, ac si esset præsens, prout sæpius hactenus factum fuisse intelligimus, ad hujusmodi doctoratus gradum in eadem Urbe promovere; sed tantummodo Notarios Nostros prædictos, eorumque Collegium quatuor personas singulis annis, easque in Urbe prædicta vere, et réaliter præsentés, prævio rigoroso examine, personaliter, et collegialiter per ipsosmet Notarios faciendo,

Definitur non licuisse, neque licere Protonotariis Doctoratus gradum concedere postulanti- bus absentibus.

Sed quatuor tantam Personas in Urbe præ-

PONT. A. V. **et non aliter, nec alio modo, ad normam Indulti Apostolici a recol. mem. Urbano Papa VIII. etiam Prædecessore Nostro eidem Collegio concessi, per suas Litteras datas sub Anno Piscatoris die quinta Septembris Anni millesimi sexcentissimi vigesimi noni, ad Doctoratus gradum hujusmodi promovere, libere, et licite posse præsentis nostræ declarationis oraculo definimus: Decernentes sic, et non aliter intelligendas, et interpretandas fuisse, atque imposterum intelligi, et interpretari debere eorundem Sixti, et Urbani Prædecessorum Litteras prædictas, quas pro majori Cautela, et quatenus sit, eatenus limitamus, revocamus, et abolemus, quatenus præsentibus nostris Litteris in aliquo adversentur, easdem in omnibus, et per omnia ad viam, et terminos earundem præsentium reducentes; Ne in re, quæ tanti momenti est, pro recto ac felici Sanctæ Ecclesiæ et Reipublicæ gubernio, vel periculum immineat, quod sub aliena fide, et relationibus, ad gradum hujusmodi promoveantur indocti, et qui, si diligentem examinationem per ipsosmet Notarios personaliter et collegialiter adhibitam subiissent, minus idonei forsitan reperti fuissent; Vel id quod absurdum reputamus, sequatur, ut scilicet prædicto Notariorum Nostrorum Collegio, cui de vere, et realiter præsentibus in eadem Urbe, non nisi quatuor singulis annis, diligenti præmisso examine, juxta memoratum Urbani Prædecessoris indultum, ad gradum prædictum promovere concessum fuit; id ipsum in numero indefinito permissum censeatur, quoad eos, qui ab eadem Urbe absentes, et in remotissimis fortasse regionibus constituti permaneant.**

Promotiones tamen absentium ab ipsis jam factæ revali-  
dantur. §. 24. Ad consulendum tamen indemnitati eorum, qui hactenus a Dilectis Filiis Sedis Apostolicæ Notariis prædictis extra Urbem, et in absentia, contra præsentis nostræ declarationis tenorem, Doctoratus gradum in utroque, vel alterutro Jure susceperint; omnes et singulas hujusmodi promotiones ad hunc diem peractas

auctoritate nostra perpetuo revalidamus et quas- A N N O  
1744.  
cumque promotionum hujusmodi nullitates,  
ex potestatis dumtaxat defectu provenientes,  
earundem præsentium tenore sanamus; Eas-  
demque promotiones, et gradus hactenus ita  
collatos, et respective susceptos, ad omnes ef-  
fectus, ad quos de cætero valere censebantur,  
eisdem sic, ut præfertur, promotis imposterum  
etiam suffragari debere statuimus.

§. 25. Quia vero illustre, et perantiquum eo- Utque  
ipsi Pro-  
tonotarii  
singulis  
annis im-  
posterum  
valeant in  
Urbe non  
quatuor,  
sed sex  
Personas  
in utro-  
que Jure  
doctorate  
indulge-  
tur.  
rundem Notariorum de numero Participantium  
Collegium hujusmodi, ob grata devotionis, et  
familiaritatis obsequia, quæ Nobis, et Aposto-  
licæ Sedi incessanter impendit, aliaque illius,  
et Notariorum prædictorum merita speciali be-  
nevolentia prosequimur, volentes aliquam pro-  
pensæ nostræ erga illud voluntatis significatio-  
nem exhibere, eisdem Notariis de numero præ-  
dicto, eorumque Collegio plenam liberamque  
licentiam, facultatem, et potestatem per eas-  
dem præsentibus tribuimus et impertimur, ut  
ipsi de cætero in perpetuum singulis annis, non  
quatuor dumtaxat personas, easque familiares,  
et pauperes, prout in dictis Urbani Prædeces-  
soris Litteris præscriptum reperitur, sed vigore  
præsentium, sex quidem personas, etiamsi non  
familiares, nec pauperes, ( dummodo tamen in  
Urbe præsentibus existant, aliaque necessaria re-  
quisita illis suffragentur) ad prædictum gradum  
Doctoratus in altero, vel utroque jure promo-  
vere possint, et valeant; Ita quod sic per eos  
pro tempore promoti, et laureati omnibus et  
singulis favoribus, honoribus, gratiis, et pri-  
vilegiis, quibus similes Doctores in publico Ar-  
chigymnasio Sapientiæ Urbis Laureati de jure,  
usu, privilegio, consuetudine, aut aliâ quomodo-  
libet utuntur, fruuntur, et gaudent, pariformi-  
ter, et æque principaliter uti, frui, potiri et  
gaudere possint et debeant, ac ad omnes et  
quoscumque effectus, etiam Ecclesias Cathedra-  
les assequendi, ab omnibus ubique censeri,  
haberi, et reputari, ac si in prædicto Archi-

DECRETUM XIV.

... et laureati fuissent ;  
... quoad hæc utrasque  
... Litteras prædi-  
... quod iidem Notarii ;  
... in promotione ;  
... alterius, vel utrius-  
... omnia et singula ad  
... Urbani Prædecessoris ;  
... servanda et adim-  
... et adimplere te-  
... dictorum sex, et  
... uno anno non  
... nec valeat subsequenti-  
... reintegrari ; quodque  
... cum nominibus,  
... intra  
... a die cujuslibet  
... ad Archivum Ur-  
... per Secre-  
... vel per ipsos pro-  
... deferri omnino debeat ; Et  
... postquam nota prædicta  
... delata fuerit, et non  
... se gerere,  
... et promoti ad quos-  
... haberi possit : Aliàs pro-  
... vel privatim  
... et jure in-

... et crea-  
... utroque, seu altero Jurium,  
... ab  
... aut per ipsos  
... eorumque  
... præscriptam for-  
... in Romana  
... factas vel  
... secutis et sequen-  
... nulliusque  
... ac pro nullis  
... et censeri, neminique ad

quoscumque effectus ullo unquam tempore suffragari debere, ipsosque ab aliis, quam Advocatis prædictis; etiam per eosdem Notarios de numero prædicto, ultra sex præfatos, ad gradum Doctoratus hujusmodi nulliter et attentate promotos vel assumptos, pro non Doctoribus haberi, eadem Apostolica Auctoritate statuimus, atque decernimus.

§. 28. Præterea supradictos Nostræ Consistorialis Aulæ Advocatos, eorumque Collegium amplioribus favoribus, et gratis prosequi, et tam prædicti Archigymnasii Almæ Urbis Nostræ splendori et dignitati, quam feliciori, atque utiliori Romanæ Curiæ statui, et regimini plenius consulere et providere volentes, simulque dignum rationique consonum reputantes, ut quicumque ad Dignitates, Prælaturas, Magistratus, aliaque munia, et Officia dictæ Curiæ, quæ in eadem Curia, et in Romana Urbe consistunt, et in ea exercentur, et quæ Doctoratus gradum in utroque vel altero Jurium annexum habent, aut quomodolibet requirunt, pro tempore assumi, et promoveri desiderant, eorum doctrinæ et idoneitatis, in prædicto Archigymnasio publicum præbeant experimentum; Apostolica Auctoritate prædicta, motuque, scientia, et potestatis plenitudine paribus, statuimus atque sancimus, ut ii quidem, qui ante diem publicationis præsentium ad hujusmodi Doctoratus gradum in quacumque publica et approbata tam Status Ecclesiastici, quam extera Universitate Studii generalis, legitime promoti extiterint, ad Prælaturas, Magistratus, Judicaturas, Lecturas, et Dignitates, etiam Ecclesiasticas dictæ Urbis, necnon ad facultatem scribendi tam in jure, quam in facto, et patrocinandis ut Procuratores in causis coram prædicto Rotæ Romanæ Auditorio, dummodo cætera necessaria requisita illis aliàs respective suffragentur, admitti, illasque et illos seu illa recipere, retinere, et exercere libere et licite possint et valeant, nec ob id eundem Doctoratus gradum

ANNO  
1744.

Ad Officia et Beneficia Urbis et Curiæ Romanæ Doctoratus gradum requirunt, admittuntur Doctores in extera Universitate jam nunc promoti.

**PONT.** gymnasio vere promoti et laureati fuissent ;  
**A. V.** Ampliantes et extendentes quoad hæc utrasque  
 Sixti, et Urbani Prædecessorum Litteras prædi-  
 ctas, de cætero in suo robore permansuras.

**Servatis** §. 26. Volumus autem, quod iidem Notarii,  
 tamen ser- eorumque Collegium prædictum in promotione,  
 vandis : et creatione dictorum sex, alterius, vel utrius-  
 quodq, nu- que Juris Doctorum ; omnia et singula ad  
 merus u- præscriptum dictarum Urbani Prædecessoris,  
 no anno et Nostrarum præsentium servanda et adim-  
 non com- plenda ; omnino servare et adimplere te-  
 netur ; Et quod numerus dictorum sex, et  
 pleatus ne- non ultra, quavis de Causa uno anno non  
 queatsub- completus, non possit, nec valeat subsequenti-  
 sequenti bus annis compleri vel reintegrari ; quodque  
 anni rein- integrari.

**Promo-** nota rogitus promotionum, cum nominibus,  
 tionum et cognominibus ac Patria promotorum, intra  
 rogitus in Mensem ex tunc proximum, a die cujuslibet  
 tra men- promotionis computandum, ad Archivum Ur-  
 sem ad banum, ad instar aliorum rogitiuum ; per Secre-  
 Archi- tarium Collegii hujusmodi, vel per ipsos pro-  
 vum Ur- motos, et laureatos, deferri omnino debeat ; Et  
 banum de feratur, tunc solum, videlicet, postquam nota prædicta  
 ad Archivum Urbanum delata fuerit, et non  
 antea, talis promotus pro Doctore, se gerere,  
 et pro legitime laureato, et promotus ad quos-  
 cumque Juris effectus haberi possit : Aliàs pro-  
 motus ipse pro Doctore publicæ, vel privatim  
 se gerens, pœnam falsi ipso facto et jure in-  
 currat.

**Omnes** §. 27. Omnes vero alias promotiones, et crea-  
 promotio- tiones Doctorum in utroque, seu altero Jurium,  
 nes ab atque Insignium Doctoralium traditiones ab  
 aliis et a aliis, quam Advocatis Consistorialibus prædi-  
 liter in ctis, etiam per Comites Palatinos, aut per ipsos  
 Urbe fa- Notarios de numero Participantium, eorumque  
 ciendæ ir- Collegium, præter, vel contra præscriptam for-  
 ritantur. mam, et ultra præfinitum numerum in Romana  
 Curia et Urbe prædicta imposterum factas vel  
 faciendas cum omnibus inde secutis et sequen-  
 dis quibuscumque, irritas et inanes, nulliusque  
 roboris vel momenti esse et fore, ac pro nullis  
 et infectis haberi, et censeri, neminique ad

quoscumque effectus ullo unquam tempore suffragari debere, ipsosque ab aliis, quam Advocatis prædictis; etiam per eosdem Notarios de numero prædicto, ultra sex præfatos, ad gradum Doctoratus hujusmodi nulliter et attentate promotos vel assumptos, pro non Doctoribus haberi, eadem Apostolica Auctoritate statuimus, atque decernimus.

ANNO  
1744.

§. 28. Præterea supradictos Nostræ Consistorialis Aulæ Advocatos, eorumque Collegium amplioribus favoribus, et gratis prosequi, et tam prædicti Archigymnasii Almæ Urbis Nostræ splendori et dignitati, quam feliciori, atque utiliori Romanæ Curiae statui, et regimini plenius consulere et providere volentes, simulque dignum rationique consonum reputantes, ut quicumque ad Dignitates, Prælaturas, Magistratus, aliaque munia, et Officia dictæ Curiae, quæ in eadem Curia, et in Romana Urbe consistunt, et in ea exercentur, et quæ Doctoratus gradum in utroque vel altero Jurium annexum habent, aut quomodolibet requirunt, pro tempore assumi; et promoveri desiderant, eorum doctrinæ et idoneitatis, in prædicto Archigymnasio publicum præbeant experimentum; Apostolica Auctoritate prædicta, motuque, scientia, et potestatis plenitudine paribus, statuimus atque sancimus, ut ii quidem, qui ante diem publicationis præsentium ad hujusmodi Doctoratus gradum in quacumque publica et approbata tam Status Ecclesiastici, quam extera Universitate Studii generalis, legitime promoti extiterint, ad Prælaturas, Magistratus, Judicaturas, Lecturas, et Dignitates, etiam Ecclesiasticas dictæ Urbis, necnon ad facultatem scribendi tam in jure, quam in facto, et patrocinandis ut Procuratores in causis coram prædicto Rotæ Romanæ Auditorio, dummodo cætera necessaria requisita illis aliàs respective suffragentur, admitti, illasque et illos seu illa recipere, retinere, et exercere libere et licite possint et valeant, nec ob id eundem Doctoratus gradum

Ad Officia et Beneficia Urbis et Curiae Romanæ Doctoratus gradum requirunt, admittuntur Doctores in extera Universitate jam nunc promoti.



**PONT.** in dicto Archigymnasio iterato suscipere cogantur. Contra vero ii, qui ante diem publicationis earundem præsentium Literarum non-  
**A. V.** Sed excluduntur qui in posterum in Archigymnasio Urbis pro moti non fuerint. **Canonum, aut generalium Conciliorum, vel Constitutionum Apostolicarum, seu aliarum Sanctionum dispositione, vel etiam ex lege fundationis, gradus, et qualitas Doctoralis requiratur, ac etiam ad Prælaturas, Magistratus, Judicaturas, etiam alieno nomine exercendas, et Lecturas publicas Urbis, et Curie prædictarum, necnon ad facultatem patrocinandam tanquam Procuratores in causis coram eodem Rotæ Auditorio, aut respondendi de jure, seu scribendi pro Advocati munere eorum quocumque Judice, seu Tribunali; ac demum ad quodcumque munus, vel Officium Urbis, et Curie prædictarum in ipsa Urbe exercendum, quod de jure pariter, vel statuto, aut ex aliqua Apostolica Constitutione et Ordinatione, vel etiam ex longa et inveterata consuetudine gradum et qualitatem Doctoralem hujusmodi exigat, vel requirat, non possint, nec valeant recipi, vel admitti, illasque ac illos et illa respective obtinere vel exercere, etiamsi Prælaturæ, et Judicaturæ prædictæ ejusdem Rotæ, et Cameræ, et Cancellariæ Apostolicæ, Signaturæ Nostræ, Populi Romani, vel cujusvis Collegii etiam privilegiati, et privilegiatissimi, ac specialem et specialissimam, ac specificam, et individuum mentionem et expressionem requirentis existant; nisi ante admissionem et receptionem hujusmodi, vel, quoad prædicta Beneficia et Dignitates Ecclesiasticas, infra tempus a jure, vel Constitutionibus, et Canonicis Sanctionibus prædictis aut in fundatione respective præfixum, Doctoratus gradum in ipso publico Urbis Nostræ**

Archigymnasio susceperint : Decernentes , et eadem Auctoritate statuentes , quod gradus Doctoratus hujusmodi post earundem præsentium publicationem in alia quavis studii generalis Universitate tam extera , quam Status Nostri Ecclesiastici , quantumvis publica , approbata , celebri , et famosa , ac specialissima mentione digna , datus et receptus , ipsis graduatis ad quemcumque alium , non autem unquam ad effectum assequendi suprædictas Dignitates , Prælaturas , Judicaturas , Lecturas , Munera , et Officia prædicta in Curia et Urbe Nostra , suffragari de reliquo valeat ; immo pro effectu præmissorum Doctoratus gradus alibi datus , et receptus , habeatur , et haberi debeat , ac si nullo modo datus , ac receptus fuisset .

§. 29. Ab hac tamen generali lege illos dumtaxat exceptos esse volumus , quos in vim Apostolici privilegii seu Indulti alicui Nationi , Civitati , Universitati , seu Collegio ab hac S. Sede concessi , vel ad munus Advocati Consistorialis , ut supra , vel ad Auditoratum Causarum Palatii Nostri Apostolici nominari , et Nobis seu Romano Pontifici pro tempore existenti , præsentari , seu aliis juxta Indultorum hujusmodi tenorem eligi et deputari contingat : Ut scilicet , si illi , qui ad prædicta officia nominati seu electi fuerint , in aliqua conspicua Universitate illius Nationis , aut Civitatis , vel in ea respective Universitate aut Collegio , quibus Indulta hujusmodi seu privilegia concessa fuerunt , ad Doctoralem gradum in utroque jure promoti fuisse dignoscantur , hujusmodi gradus ab iis , ut præfertur , susceptus , juncto illius seu illorum testimonio , qui eos præsentaverint , necnon Pontificis judicio , qui eosdem ad prædicta Officia elegerit et deputaverit , satis eisdem suffragari censeatur , ad effectum assequendi hujusmodi Officia , eaque servatis servandis exercendi ; absque eo quod ad iteratam prædicti gradus susceptionem in dicto Sapientiæ Archigymnasio compelli possint .

ANNO:  
1744.

Exceptis  
hisquide-  
stinantur  
ad Officia  
alicui Ci-  
vitati vel  
Nationi  
affecta.

PONT.

A. V.

Commissio specialis omnibus Tribunalium et Collegiorum Urbis Capitibus pro præmissorum executione.

§. 30. Ut igitur ordinatio et Statutum nostrum hujusmodi perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur, Venerabilibus Fratribus Nostris Thomæ Episcopo Ostien., et Velitern. S. R. E. Cardinali Vice-Cancellario Rufo, et Annibaldi Episcopo Portuen. ejusdem S. R. E. Cardinali Camerario S. Clementis; necnon dilecto Filio Nostro Nereo S. Eustachii prædictæ S. R. E. Diacono Cardinali Corsino nuncupatis, Signaturæ nostræ Justitiæ Præfecto, eorumque in dictis Officiis Successoribus; et dilectis præterea Filiis, Collegiis Notariorum Apostolicorum, Protonotariorum nuncupatorum de numero Participantium, et Cappellanorum Nostrorum, Causarum Sac. Palatii Auditorum, necnon Clericorum Camerae Nostræ Apostolicæ, et Signaturæ Justitiæ Referendariorum Votantium, atque Abbreviatorum de Pareo Majori, ipsorumque Aulae Nostræ Consistorialis Advocatorum, et Procuratorum Causarum Sacri Palatii, eorumque respective Decanis; Capitulis quoque, seu Collegiis Basilicarum, Collegiatarum, et aliarum Ecclesiarum dictæ Urbis, aliisque Superioribus et Personis præsentibus, et futuris, ad quos nunc quomodolibet spectat, et pro tempore spectabit, per hæc eadem scripta committimus et injungimus, quatenus ordinationi et statuto prædictis humiliter intendentes, præmissa observari et adimpleri curent, nec quemquam in posterum ad Dignitates, Prælaturas, Magistratus, Judicaturas, Lecturas, Munera, Officia, et Beneficia prædicta, qui Doctoratus gradum in prædicto Archigymnasio non susceperit, extra casus a Nobis, ut supra, exceptos, admittant, seu recipiant, neque contra ordinationis et statuti Nostri hujusmodi seriem, dispositionem, et tenorem, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari ullo unquam tempore permittant.

VII.

Collegio Advocatorum

§. 31. Quæcumque demum Romanæ Curie munera prædicto Advocatorum Consistorialium Collegio, tam expressis prædecessorum Nostrorum

rum

rum concessionibus, quam longæ consuetudinis usu privative, ut præfertur, attributa esse dignoscuntur, ea omnia et singula ita supradicto Collegio addicta et acquisita esse declaramus, ut perpetuis futuris temporibus neque munus Promotoris Fidei; de quo decretum adest Urbani VIII. sub datum die decima tertia Januarii anni millesimi sexcentissimi trigesimi primi, in favorem ipsius Collegii hæcenus inviolabiliter observatum; et quo Nos ipsi, dum, in minoribus constituti, in eodem Collegio locum obtineremus, plures annos perfuncti fuimus; neque Officium Advocati Pauperum, aut aliud Advocati Fisci et Cameræ Nostræ Apostolicæ, quæ olim Seniori de Collegio prædicto pro tempore incumbebant, deinde verò arbitrio Summi Pontificis, in aliquem tamen de ipso Collegio semper conferri consueverunt; nec illud pariter Advocati Fabricæ Basilicæ Apostolorum Principis; aut illud Advocati Senatus, et Populi Almæ Urbis Nostræ; vel denique munus Commissarii Conclavis Sede vacante; alteri cuiquam personæ, præterquam alicui ex dicto Collegio Advocatorum Aulæ Nostræ Consistorialis, quacumque in contrarium consuetudine, si qua forte circa aliquod ex præmissis muneribus allegari posset, minime obstante, concedi debeat aut assignari.

§. 32. Volumus tamen, prædicta Officia Promotoris Fidei, et Advocati Fisci, quæ duo olim ab una eademque persona conjunctim obtineri et exerceri consueverant, sed a recol. mem. Prædecessore Nostro Clemente Papa XI. justis et rationabilibus de Causis ab invicem disjuncta et separata fuerunt, per ejus Literas perpetuo valituras die septima Aprilis anni millesimi septingentesimi septimi in forma Brevis expeditas, sic etiam in posterum separatim conferri, et a duobus respective Advocatis Consistorialibus exerceri; quidquid deinceps in praxi servatum fuerit, et obtineat de præsentis in persona dilecti Filii Magistri Ludovici de Valentibus mo-

ANN 6

1744.

torum  
Consistorialium  
perpetuo  
asseruntur  
infra-  
scripta  
Officia.

Promo-  
toris Fi-  
dei.

Advocati  
Paupe-  
rum Ad-  
vocati Fi-  
sci, et Ca-  
meræ A-  
postolicæ.

Advocati  
Fabricæ  
Basilicæ

S. Petri.

Advocati  
S. P. Q. R.

Et. Com-  
missarii  
Concla-  
vis, Sede  
vacante.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

Officia  
Promoto-  
ris Fidei,  
et Advo-  
cati Fisci  
deinceps  
disjunctim  
conferantur.

PONT.  
A. V.

derni Fidei Promotoria, et Fisci Advocati, per specialem gratiam eidem a fel. record. Prædecessore Nostro Clemente Papa XII. concessam, et ultra ipsius personam nullatenus extendendam. Proindeque assignationem portionis panis, et vini, necnon scûtorum trecentorum monetæ Romanæ, quæ deinde laudatus Clemens Papa XI. per alias suas in simili forma Literas datas die trigesima Aprilis anni millesimi septingentesimi decimi quarti, ex salariis et emolumentis Advocati Fisci detracta, una cum hujusmodi portione panis, et vini, prædicto Fisci Advocato ex Palatio Apostolico antea dari solita, Promotori Fidei pro tempore existenti de cætero persolvi mandavit, auctoritate prædicta et harum serie approbamus, confirmamus, et innovamus, atque in posterum, quum casus evenerit demandatæ separationis reipsa iterum exequendæ, perpetuo servari mandamus.

Advocatus Fisci, et Advocatus Pauperum abstineant a Patrociniis Causarum ad eorum Officium non pertinentium.

§. 33. Præterea districte præcipimus, ut quicumque ex prædictis Advocatis ad munus Advocati Fisci et Cameræ Apostolicæ, itemque ad aliud Advocati Pauperum deputati fuerint, omnino abstineant a suscipiendo Patrociniis aliarum Causarum, quæ ad Officium sibi respective commissum minime pertineant; quacumque pariter in contrarium consuetudine minime obstante.

VIII.  
Licentia celebrari facienda in Oratorio privato.

§. 34. Ut autem tot tantisque publicis gravissimisque muneribus assiduam operam impendere Advocati prædicti commode valeant, et spirituali simul eorundem consolationi per Apostolicæ benignitatis favorem consultum sit, quod jam per alias Nostras in forma Brevis Literas sub die vigesima octava Februarii anni millesimi septingentesimi quadragesimi secundi expeditas, eidem elargiti fuimus, id etiam præsentium tenore, et auctoritate prædicta confirmamus et innovamus, ut scilicet eidem Advocatis Consistorialibus eorumque Coadjutoribus nunc et pro tempore quodcumque existentibus, in privato Domus cujuslibet eorum habitationis, etiam in hac Alma Urbe Nostra, Oratorio ad

ANNO  
1744.

hoc decenter muro extracto et ornato, seu extruendo et ornando, ab omnibus Domesticis usibus libero, per dilectum Filium Nostrum in eadem Urbe ejusque Districtu Vicarium in spiritualibus Generalem, quoad Oratoria in dicta Urbe, et quoad alia extra eandem Urbem, per Ordinarium Loci respective, prius visitando et approbando, unam Missam pro unoquoque die, dummodo in Domo hujusmodi celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per se ipsos, si Sacerdotes fuerint, celebrare, seu per quemcumque Sacerdotem approbatum Sæcularem, vel de Superiorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus Anni festis diebus exceptis, in sua, ac quatenus conjugati existant, in eorum respective Uxoribus, necnon in eorumdem Filiorum, Consanguineorum, et affinium secum insimul in eadem Domo habitantium, ac cujuslibet eorum Familiæ præsentia, celebrari facere libere et licite possint, ita tamen ut Uxores, et nati, ac Consanguinei et Affines supradicti prædictam unicam Missam ipsis quidem Advocatis præsentibus audire tantummodo, numquam vero celebrari facere valeant, quodque Familiæ eorum servitiis non necessarii ibidem Missæ interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de præcepto liberi minime censeantur. Utque hujusmodi gratia ii dumtaxat ex Advocatis Consistorialibus fruantur, qui super illa Apostolicas in forma Brevis Literas ad uniuscujusque favorem expediendas petierint, atque obtinuerint, et non aliàs.

## IX.

## Collegii

§. 35. Præterea omnia et singula supra expressa, atque alia Collegio Advocatorum hujusmodi concessa Privilegia et Indulta, necnon ejusdem Collegii laudabiles stylos, usus, et consuetudines, ordinationes quoque, Constitutio-

Statuta,  
styli, et  
omnia alia  
Privilegia  
collegia con-  
firmantur

PONT.  
A. V.

nes, atque Statuta pro ipsius Collegii felici regimine et gubernio facta et condita, licita tamen et honesta, ac Sacris Canonibus et Concilii Tridentini Decretis, Constitutionibus Apostolicis, et præsentium tenori ac dispositioni minime contraria, Apostolica auctoritate earundem tenore præsentium perpetuo confirmamus et approbamus, illisque plenariæ et inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes et singulos tam juris, quam facti, necnon solemnitatum quarumcumque quomodolibet omissarum, aliosque defectus, si qui forsân intervenerint in eisdem, supplemus; illaque omnia auctoritate, et tenore prædictis innovamus, et de novo concedimus, ac ab omnibus et singulis personis, ad quas pro tempore spectat et spectabit in futurum, inviolabiliter perpetuo servari volumus, et mandamus.

Cum facultate  
condendi  
Statuta.

Utque supradicta eorum Statuta, Constitutiones, Ordinationes, stylos, usus, et consuetudines pro rerum tempore et personarum qualitate, ac quoties eis expedire videbitur, abrogare, cassare, mutare, alterare, et alia illorum loco facere, condere, edere, et servare libere et licite valeant, quæ postquam facta, condita, et edita fuerint, dummodo, ut præmittitur, licita et honesta, Sacrisque Canonibus et Decretis dicti Concilii, Constitutionibus Apostolicis, ac præsentium tenori contraria non existant, eo ipso dicta auctoritate confirmata sint, ac ab omnibus et singulis, quos ea concernunt, in futurum sub pœnis in eis contentis obser-

Et deputandi ac  
amovendi  
Collegii  
Officiales  
atque Ministros.

vari debeant: Insuper ut ipsorum Collegii Secretarium, aliosque Officiales et Ministros pro suo arbitrio eligere et deputare, amovere, dimittere, et mutare valeant, quoties id eis expedire videbitur, eisdem auctoritate et tenore præsentium, etiam perpetuo concedimus et indulgemus, plenamque, liberam, et omnimodam facultatem et auctoritatem impertimur, quacumque in contrarium consuetudine minime obstante.

§. 36. Decernentes easdem præsentés Literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentię, vel dignitatis existant, sive aliàs specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causæ propter quas eadem præsentés emanaverint, adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam Motu parì, et de Apostolicæ potestatis plenitudine simili concessò, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentés semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, ac dicto Collegio et Advocatis pro tempore existentibus in omnibus et per omnia etiam perpetuo suffragari, ipsumque Collegium ad verificationem seu justificationem præmissorum, vel partis eorum, minime teneri, aut ullo modo quacumque auctoritate compelli debere; sed easdem, et in eis contenta quæcumque, ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore, quandocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse servari.

§. 37. Sicque, et non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinariorum, et Delegatos, etiam Causarum Palatii hibetur.

ANN 6

1744.

X.

Clausulæ  
præserva-  
tiva.



**PONT.** Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ec-  
**A. V.** clesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos,  
 et Apostolicæ Sedis prædictæ Nuntios, aliosve  
 quoslibet quacumque præminentia, ac pote-  
 state fungentes, et funtores, sublata eis, et  
 eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi  
 facultate, judicari, et definiri debere; ac irri-  
 tum et inane, si secus super his a quoquam  
 quavis auctoritate scienter vel ignoranter con-  
 tingerit attentari.

Deputatio  
 Judicum  
 Executo-  
 rum.

§. 38. Quocirca eisdem Ven. Fratribus Nostris  
 Thomæ Episcopo Ostiensi, et Veliterno S. R. E.  
 Cardinali Vice-Cancellario Rufo, et Annibali  
 Episcopo Portuen. ejusdem S. R. E. Cardinali  
 Camerario S. Clementis respective nuncupatis;  
 necnon dilecto Filio Magistro Flavio Chisio  
 Causarum Curie Camerae Nostræ Apostolicæ  
 Auditori Generali, eorumque pro tempore in  
 Officiis hujusmodi Successoribus, per hæc Apo-  
 stolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel  
 duo, aut unus eorum, per se, vel alios, seu  
 alium, auctoritate nostra, prædictis Aulae No-  
 stræ Consistorialis Advocatis, eorumque Colle-  
 gio, in præmissis omnibus et singulis, efficaci  
 defensionis præsidio assistant, faciantque eos,  
 et eorum singulos, quoties pro ipsorum parte  
 super hoc fuerint requisiti, omnibus et singulis  
 præfatis pacifice frui et gaudere, non permit-  
 tentes eos, et eorum aliquem, per quoscumque  
 desuper quomodolibet indebite molestari, in-  
 quietari, aut impediri: Contradictores quosli-  
 bet et rebelles cujuscumque status, gradus, or-  
 dinis, dignitatis, vel præminentie fuerint, per  
 Censuras Ecclesiasticas, et pecuniarias pœnas,  
 aliaque opportuna juris et facti remedia, ap-  
 pellatione postposita, compescendo.

Contra-  
 riis ple-  
 nissime  
 derogatur

§. 39. Non obstantibus Nostra et Cancellariæ  
 Apostolicæ regula *de jure quæsito non tollendo*,  
 necnon præmissis omnibus, aliisque Apostoli-  
 cis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Sy-  
 nodalibus Conciliis editis generalibus vel spe-  
 cialibus Constitutionibus et Ordinationibus; nec-

non quibusvis Almæ Urbis Nostræ, Collegiorum quorumcumque, Tribunalium, Universitatum, necnon prædicti Advocatorum Consistorialium Collegii, et Gymnasii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, exemptionibus, et indultis, etiam incorpore juris clausis, aut Literis Apostolicis quibusvis personis, et eisdem Urbi, necnon dilectis Filiis Populo Romano, aliisque Civitatibus, et locis, Collegiis quoque, Tribunalibus, Universitatibus, aliisque quibuslibet specifica et individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam clausulis, et decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, et de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu Consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exactissime servatis et specificatis respective habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hæc vice dumtaxat, ad præmissorum effectum, plenissime et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 40. Volumus insuper et eadem auctoritate prædicta mandamus, ipsas præsentis, seu earum transumpta in locis solitis Almæ Urbis Nostræ per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, et affigi, sicque publicatas, et affixas, omnes et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ et notificatæ fuissent.

Publicat  
præsentis  
Constitu-  
tionis in  
Urbe, tri-  
buitur via  
persona-  
lis inti-  
mationis  
omnibus  
factæ.

По н т. §. 41. Utque earundem præsentium transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis. §. 42. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostrarum constitutionis, provisionis, concessionis, confirmationis, statuti, necnon prohibitionis, decreti, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 29. Aug. 1744. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, quarto Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

*D. Cardinalis Passioneus.*

*J. Datarus.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Public. die 26 Septembris ejusdem Anni.*

## DE RITIBUS,

CVII.

Ceremoniis, Usibus, et Consuetudinibus in Regnis Madurensi, Mayssurensi, et Carnatensi Indiarum Orientalium observandis, seu vitandis, permittendis, aut abolendis. Confirmantur Prædecessorum Decreta: Et ad nova Postulata dantur opportunæ Declarationes, et Responsiones.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**O**MNIUM sollicitudinum, quæ demandatum Nobis, Divino prorsus consilio, nulloque merito nostro, supremi universalisque Pontificis gravissimum præter modum, formidandumque constituunt, potissima sane, quæque magis animum nostrum exstimulat, Nosque perpetuo trepidantes, et anxios habet, ea est, ut creditum Nobis Fidei depositum, integrum, illibatumque servemus; ideoque omne studium nostrum operamque in id conferamus, ut late diffuentes super faciem Terræ Cœlestis doctrinæ latices nullo aut corruptelæ luto, aut erroris inficiantur veneno, dumque Evangelica lux undequaque diffunditur, nulla forte Gentilitatis superstitione obumbretur; atque ut ii, quos e potestate tenebrarum erutos, confractis ferreis infidelitatis vectibus, in admirabile lumen suum vocavit misericors Deus, in spemque evexit æternæ salutis, et hæreditatis, corde credentes ad justitiam, operibusque quod credunt com-

Proce-  
mum.  
Pontificis  
studium  
pro tuen-  
da Fidei  
et disci-  
plinæ pu-  
ritate, et  
Ecclesiæ  
concordia

**PONT.** probantes, et mystici Corporis Christi, quod  
**A. V.** est Ecclesia, digna se membra exhibentes, id  
 ipsum dicant, ut Apostolus exoptabat arden-  
 ter, et sint perfecti in eodem sensu, et in ea-  
 dem sententia. Hinc cum primum Altissimo  
 placuit humilitatem nostram ad summi Aposto-  
 latus apicem evehere, nulli unquam labori par-  
 cere decrevimus, quem non solum ad propa-  
 gandam in omnem Terram Fidei, et salutis  
 scientiam, sed etiam ad unitatem spiritus, et  
 doctrinæ inter Fideles ubique fovendam et con-  
 firmendam, vel, sicubi opus esset, reconci-  
 liandam et stabiliendam, opitulante Deo, pro-  
 ficuum et necessarium fore deprehenderemus.

**Refert** §. I. Verum quum eam ob causam ad ex-  
**dissensio-** tremas usque Orbis Terræ Plagas mentis nostræ  
**nes super** obtutus dirigeremus, eosque peculiariter fige-  
**observan-** remus in novella illa germina Christianitatis,  
**tia vario-** quæ Divina irrorante gratia, in novis Ecclesiis  
**rum Ri-** Regnorum Madurensis, Mayssurensis, et Car-  
**tuum in** natensis dudum pullularunt, non parvam No-  
**Missioni-** bis inde laborum, atque curarum materiam  
**bus Indja-** allatum iri verebâmur, dum animo recense-  
**rum obor-** remus quantum, et quam diu Apostolica Præ-  
**tas.** decessorum Nostrorum desudasset industria, ut

**Quas per** nostram collocantes in Domino, qui humanos  
**præsen-** animos, ubi vult, fortiter, suaviterque infle-  
**tium pu-** ctit; potissimum vero quum delatis ad Nos ar-  
**blicatio-** gumentis filialis obedientiæ, qua plerique illa-  
**nem ex-** rum Partium Missionarii suprema hujus Apo-  
**tinguen-** stolicæ Sedis Decreta se excipere professi sunt,  
**das esse** Nobis expositum fuit, ad omnes demum iis de  
**non sine** causis controversias sedandas, ac prædictarum  
**causa con-** fidit.

Ecclesiarum statum componendum, atque firmandum, nil aliud jam reliquum esse, quam ut ad nonnulla postulata, quæ ex parte aliquorum Operariorum hujusmodi Nobis proponebantur, congruæ resolutiones, et responsiones Apostolica auctoritate prodirent; magnam in spem erecti sumus, fore, ut sublatis per opportuna rescripta propositis dubitationibus, ac finitivis demum nostris et hujus Apostolicæ Sedis mandatis atque præceptis editis, ac promulgatis, optatus aliquando finis imponeretur diuturnis molestisque dissensionibus, quæ Prædicationis Evangelicæ in prædictis Regnis olim disseminatæ fructum late inficientes, ipsasque novarum Ecclesiarum soboles vehementi discordiarum turbine agitantes, eo rem adduxerant, ut tot Verbi Dei præcones eximii sine causa adhuclaborasse, largosque sudores, et sanguinem ipsum frustra effudisse viderentur.

§. 2. Ut enim multa prætereamus, quæ retroactis temporibus hac in re acciderunt; gravioriores, quas innuimus, controversiæ hoc ipso ineunte sæculo eruperunt, seu potius renovatæ fuerunt, quum a fel. record. Prædecessore Nostro Clemente Papa XI. missus, ad Oram Coromandeli appulit bon. mem. Carolus Thomas, tunc Patriarcha Antiochenus, cum potestate Legati a Latere in Indiis Orientalibus Commissarius, et Visitator Apostolicus, deinde hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Tournonius nuncupatus. Is enim, eo cum appulisset, ad trutinam vocatis nonnullis cæremoniis, quæ ab aliquibus Missionariis observabantur, vel permittebantur, ab aliis vero tanquam Christianæ pietatis spiritui minime conformes rejiciebantur, unde discordiarum, et funestissimarum disputationum semina, exploratis, ea, qua par erat, diligentia, factis, et circumstantiis, e re Christiana esse, sui que Officii partes exigere judicavit, plures hujusmodi cæremonias gravi interdico proscribere, atque damnare; latoque Edicto, seu Decreto, certam Missionariis mor-

Appulus  
bo. mem.  
Card. de  
Tournon,  
Commiss.  
Apostol.  
ad Indias  
Orientales.

Ejusdem  
judicium;  
et Decretum  
super  
Ritibus  
Malabari-  
cis.

P O R T.  
4. V.

mam præscribere, quam in excolendo Dominico illo Agro cuncti servarent; ut Divini Verbi semen, præcisio lolio, et vepribus; altas agere radices, et felicissime posset propagari. Quod quidem a se editum Decretum a Missionum illarum Provincialibus, et Superioribus, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, a cæteris vero Subditis Missionariis, sub pœna suspensionis a Divinis ipso facto incurrendæ, inviolabiliter observari et executioni mandari præcepit, donec aliter Apostolica Sedes provideret. Exemplum autem Decreti ejusmodi est, videlicet:

Tenor  
Decreti ab  
eo editi  
Budiche-  
rii die 23.  
Januarii 1704

§. 3. *Carolus Thomas Maillard de Tournon, Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Patriarcha Antiochenus, Sanctissimi Domini Nostri Clementis Divina Providentia Papæ XI. Prælati Dometicus, ejusque Pontificio Solio Assistens, necnon Sanctæ Romanæ, et Universalis Inquisitionis contra hæreticam pravitatem Consultor, ac in Indiis Orientalibus, et Sincorum Imperio, senitænsisque Insulis Commissarius, et Visitator Apostolicus cum facultate Legati de Latere etc.*

Proce-  
ssum.

*Inter graviores, quibus premimur, curas pro Apostolici Visitatoris munere nobis, licet tanto oneri imparibus, injuncto, et sane est præcipua, cum nos huc missos esse consideramus ad expurgandum Dominicum agrum a zizaniis novella Christi germina suffocantibus, et de alienis peccatis rationem esse reddituros, qui æternam Dei ultionem pro nostris nunquam satis expiandis jure formidamus: Quamobrem statim atque ad has Indiarum oras appulimus, mentis nostræ oculos per vastissimas illas Orientales Regionem circumferentes, dum corpus pertinaci morbo jaceret detentum, Missionum necessitates undique inquirere curavimus, ut eisdem pro viribus de opportuno remedio prospiceremus. Et quidem merito inter primas nostræ sollicitudini occurrerunt novæ Domini vineæ in Regnis Madurensi, et Maissur, recentiusque Carnatensi, eisdem fere legibus, parique laboribus, ab Evangelicis Societatis Jesu Operariis, Lazarianis, et*

*Gallis plantatæ, ubi inter Ethnicorum, atque Gentilium persecutiones, ac inter tot vitæ asperitates, virentes germinant Evangelii palmites, assiduis Missionariorum sudoribus irrigati. Illuc sane fuisset, non minus laboris, quam gaudii in Christo Jesu participes esse vehementer cupientes, nisi hoc nobis diuturna infirmitas prohibuisset. Quod autem per nos ipsos immediate obtinere non licuit, exhibitum erga nos, et Sanctam Sedem Apostolicam obsequium a Patribus Venantio Bouchet Carnatensis Missionis Superiore, et Carolo Michaelæ Bartoldo Madurense Missionario, viris doctrinæ, et propagandæ Fidei zelo præstantibus, opportune suppeditavit. Epim vero cum ab illis, in moribus, lingua, et Religione istarum Regionum ex longa in his vitæ consuetudine apprime versatis, plura certius cognoverimus, quæ eosdem palmites enerves reddant, et fructu vacuos, utpote qui Gentilium vanitatibus magis inhæreant, quam viti, quæ est Christus; in multo experimento tribulationis abundantia gaudii nostri fuit. Rebus itaque maturo examini suppositis, dictisque Patribus oretenus ac in scriptis fuisse auditis, atque Dei ope publicis precibus implorata, ut Fidei puritati, spiritualique Christianorum proventui salubriter in Domino consulamus, utque fiat oblatio Gentilium accepta, et sanctificata in Spiritu Sancto, ad præsens Decretum auctoritate Apostolica, etiam cum facultate Legati de Latere, devenimus.*

Referuntur causæ edendi Decretum hujusmodi, in quo statuit, ut infra.

*Et a Sacramentorum administratione exordium sumentes, districte prohibemus, ne in baptizandis tam pueris, quam adultis cujuscumque sexus, et conditionis, omittantur Sacramentalia, sed omnia palam adhibeantur et signanter saliva, sal, et insufflatio, quæ ex Apostolica traditione Catholica Ecclesia recepit, ac ob recondita in his sacris cæremoniis Divinæ erga nos bonitatis mysteria, sancte, et inviolabiliter custodivit; Decreto Sanctæ Universalis Romanæ Inquisitionis de anno 1656. pro Sinis facti, ob*

I. De Baptismo. Quod in eo administrando non omittantur Sacramentalia.



**PONT.** *diversas rationes, et circumstantias, minime ob-*  
**A. V.** *stante.*

**Quod Ba-** *Item præcipimus, ut juxta laudabilem Ecclesiæ*  
**ptizato** *consuetudinem semper imponatur Baptizando a*  
**impona-** *Baptizante nomen alicujus Sancti in Martyro-*  
**tur no-** *logio Romano descripti, omnino interdictis no-*  
**men ali-** *minibus Idolorum, vel falsæ Religionis Pœni-*  
**cujusSan-** *tientium, quibus Gentiles utuntur, et Neophyti*  
**cti.** *hactenus appellari consueverant, antequam es-*

*sent per Baptismum Divinæ Gratix renati. Nec*  
**Et gene-** *Parochis, seu Missionariis sub quovis prætextu*  
**raliterno-** *liceat, Crucis, Sanctorum, et rerum Sacrarum*  
**mina re-** *nomina per translata immutare, nec ea ullo idio-*  
**rum Sacra-** *mate explicare, nisi Latino, vel saltem Indico,*  
**rum non** *quatenus voces Indicæ Regionis latinæ signifi-*  
**depraven-** *cationi liquido, et adamussum respondeant.*  
**tur.**

**Quod col-** *Et quia audivimus, Baptismum Infantium ex*  
**latio Ba-** *Christianis Parentibus ortorum, eorumdem incuria*  
**ptismiIn-** *sæpe sæpius diu protrahi, non sine maximo di-*  
**fantibus** *ctorum Infantium salutis discrimine, monemus*  
**non pro-** *Evangelicos Operarios, ut Sacrorum Canonum*  
**trahatur.** *memores, terminum breviorum, quam fieri pos-*  
*sit, attentis circumstantiis, Genitoribus præfi-*  
*gant, graviter conscientiam eorum onerantes, nisi*  
*filios intra præfixum tempus ad Ecclesiam defe-*  
*rant sacro fonte abluendos.*

**II. Ma-** *Præterea cum moris hujus regionis sit, ut In-*  
**trimonia** *fantes sex, vel septem annorum, interdum etiam*  
**non con-** *in teneriori ætate, ex Genitorum consensu, ma-*  
**trahantur** *trimonium indissolubile de præsentis contrahant*  
**ante pu-** *per impositionem Tally, seu aureæ tesseræ nu-*  
**bertatem.** *ptialis, uxoris collo pensilis; Missionariis man-*  
*damus, ne hujusmodi irrita matrimonia inter*  
*Christianos fieri permittant, nec Sponsos sic con-*  
*junctos cohabitare sinant, donec completa legi-*  
*timu ætate, et explorato eorum consensu, in fa-*  
*ciem Ecclesiæ, juxta formam a Sacro Conc. Trid.*  
*præscriptam, verum, et Canonicum matrimonium*  
*contraxerint. Et quoniam apud peritiores impie*  
**Prohibe-** *illius Religionis Sectatores Tally præseferet una-*  
**tur Mu-** *ginem, licet informem, Pulleyaris, sive Pylla-*  
**lieribus** *jaris Idoli nuptialibus cæremoniis præpositi, cum*  
**æsus Tal-**

que dedeceat Christianas mulieres talem effigiem collo deferre in signum matrimonii; districtè prohibemus, ne in posterum audeant Tally cum hac effigie collo appendere; et ne uxores innuptæ videantur, poterunt uti alio Tally Sanctissimæ Crucis, vel Domini Nostri Jesu Christi, vel Beatissimæ Virginis, vel alia quavis religiosa imagine ornato: Et cum superstitione non careat funiculus centum et octo filis compositus, et croceo succo delinitus, quo plerique dictum Tally appendunt; prohibemus etiam dictorum Filorum numerum, et unctiōnem.

Cæremoniæ etiam nuptiales juxta harum regionum morem tot sunt, tantaque superstitione maculatæ, ut tutius remedium aptari non posset, quam eas omnino interdicens, cum undique noxia Gentilitatis labe scateant, et difficillimum sit eas a superstitionis expurgare. At vero ut faciliiori conversionum viæ, et Neophytorum commo, quantum fieri potest, in Domino indulgeamus, Missionariis; et præcipue Missionum Superioribus injungimus; ut novis adhibitis diligentis, severiorique calculo, superstitionis omnia a dictis cæremoniis expungant, ita ut nihil inultum relinquatur, quod Christianam pietatem offendant, et Gentilium superstitionem redoleat; et signanter præter eas, quas audivimus jam statutas in hac materia ab iisdem Missionariis reformationes, ramus arboris Aresciomara omnino auferatur; ferculorum numerus, non minus ac cibi præscripta qualitas, varietur; Circuli super caput sponsorum ad tollenda maleficia, omittantur; Et quod de ferculis diximus, de luteis vasis ibidem adhiberi solitis a nobis dictum, et prohibitum intelligatur; fructus etiam, vulgo dictus Cocco; ex cujus fractione prosperitatis, vel infortunii auspicia Gentiles temere ducunt, vel omnino a Christianorum nuptiis rejiciatur; vel saltem, si illum comedere velint, non publice, sed secreto, et extra solemnitatem aperiatur ab iis, qui Evangelica luce edocti, ab hujusmodi auspiciorum deliramento sunt alieni.

ANNO  
1744.  
ad in-  
star Gen-  
tilium.

Nuptia-  
rum ritus  
ab omni  
supersti-  
tione ex-  
urguntur.

Fructus  
vulgo Coc  
non  
frangatur  
sed capien-  
da auspi-  
cia.

**PONT.** *Nullus rite, et sufficienter dispositus arceatur a Sacramento penitentiae, ad peccatorum remissionem, tanquam instrumento divinae Misericordiae, a Christo Domino instituto, et signanter mulieres menstruali morbo laborantes; non attentis diebus purificationis juxta morem Gentilium, cum haec Sacramentalis vera animae purificatio, et non alia, sit attendenda a Christianis, et a Pastorumque Pastoribus; quibus praeterea non licet nec per se ipsos, nec per Catechistas, nec per alios quoscumque, dictis mulieribus prohibere accessum ad Ecclesiam, vel ad Confessarium, durante dicta infirmitate, et dicto purificationis tempore.*

**Damnata** *festiva honestatem prima vice dicto morbo laborantis, illum gratulatio Cognatis, Vicinis, et Amicis notum facere, ac super prima purgatione Puellis con- invereconde publicare, iisque, Ethnicorum more et ritu, in ejus domum collectis, super re tam sordida festum instituire; Quocirca hujusmodi celebritates et ritus orthodoxis puellis penitus interdiciamus, et abolemus; Missionariisque injungimus, ut non solum eas, verum etiam Genitores moneant, quam dissona sit Virginei pudoris legibus hujusmodi obscena consuetudo, quae a Gentilium impudentia videtur inducta, ut ita labefactata puellarum verecundia, eas effrenate ad libidinem provocare valeant.*

**IV. Quod** *Ferre pariter non possumus, quod a Medicis Pareis spiritualibus pro animarum salute ea charitatis omne praestetur spirituale subsidium etiam in ipsorum domibus. officia denegentur, quae Medici Gentiles, nobilis etiam generis, seu Castae, pro corporis salute praestare non dedignantur Infirmis etiam abjectae, et infirmae conditionis, vulgo dictis Pareas. Quapropter districte mandamus Missionariis, ut, quantum in ipsis erit, nemini e Christianis aegrotis, quantumvis Pareas, et vilioris, si adessent, generis hominibus, desideranda relinquatur in infirmitate copia Confessarii; et ne ingravescentibus morbis, cum gravissimo vitae temporalis periculo, aeternae consulere cogantur, iisdem Missionariis praecipimus, ut Infirmos hujusmodi conditionis ad Ecclesiam deferendos expectent,*

*sed consultius domos, ubi ægrotant, pro viribus petant, ad eos invisendos, ac piis sermonibus et precibus, Sacramentorumque pabulo recreandos, atque demum eos in extremo vitæ discrimine constitutos Sancto Infirmorum Oleo deliniant, absque personarum, aut sexus acceptione, expresse damnantes quamcumque praxim huic Christianæ pietatis officio contrariam.*

*Non sine maximo animi nostri mœore acceptimus etiam, Christianos tympanorum pulsatores, Tibicines, aut alterius cujuscumque musici instrumenti sonatores ad Idolorum festivitates, et sacrificia accersiri, ad ludendum, et interdum etiam cogi, ob quamdam servitutis speciem, erga publicum ab ipsis contractæ per hujusmodi artis exercitium, nec facile esse Missionariis eos ab hoc detestabili abusu avertere: Quocirca considerantes, quam gravem rationem essemus Deo reddituri, si hujusmodi Christifideles a Dæmoniorum honore et cultu pro viribus non revocaremus, illis prohibemus, ne imposte audiant, nec in Pagodis, nec extra, tum occasione Sacrificiorum, tum quarumcumque solemnitatum supersticioso cultu imbutarum, sonare, aut canere, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, cum nullo modo liceat Christi famulis Belial inservire; Ideoque Missionarii non solum eos monere tenebuntur de præfata prohibitione, verum etiam illam omnino executioni demandare, et contrusacientes ab Ecclesia expellere, donec ex corde resipiscant, et publicis pœnitentiæ signis patratum scandalum emendaverint.*

*Declaramus præterea Pontificiam Constitutionem Gregorii Papæ XV. incipientem: Romanæ Sedis Antistes: ad petitionem Patrum Societatis Jesu editam, qua indigenis Christifidelibus lavacra, non alia occasione et fine, quam corporis reficiendi, et a naturalibus sordibus mundandi, ab Apostolica Sede permittuntur, interdictis tempore, et modo, quibus a Gentibus adhiberi solent, æque afficere Evangelicos Operarios, quibus propterea non liceat sub quacumque alia*

V. Christiani Tibicines, alique artis Musicæ Professores operam non præstent in Idolorum Pagodis, et festivitibus.

VI. Quod Constitutio Greg. XV. circa lavacra, et ablutiones comprehendat etiam Missionarios.

**PONT.** *causa et fine, etiam ad effectum, ut existimentur*  
**A. V.** *Sanias, seu Brachmanes, præ cæteris dediti hujusmodi ablutionibus, illis uti, præsertim statutis eorum horis, et ante, vel immediate post quamcumque sacram functionem.*

**VII. Pro-**  
**hibetur**  
**usus Ci-**  
**nerum,**  
**præter**  
**modum,**  
**et tempus**  
**ab Eccle-**  
**sia rece-**  
**ptam, et**  
**omnia si-**  
**gna super-**  
**stitiosa**  
**damnau-**  
**tur.**

*Cineres itidem ex Vaccæ stercore confectos, et impiam Gentilium pœnitentiam a Rutren institutam redolentes, benedicere, eosque fronti Sacro Chrismate delinitæ impingere, sive alia quæcumque signa albi, vel rubei coloris, quibus Indi superstitiosissimi in fronte, vel in pectore, aut in alia quavis corporis parte utuntur, deferre prohibemus; Mandantes, ut Sanctæ Ecclesiæ consuetudo, pique ritus Cineres benedicendi, illisque Christianorum caput Cruce signandi, ad humanæ infirmitatis memoriam recolendam, religiose serventur, tempore, ac modo ab Ecclesia præscripto, scilicet feria quarta Cinerum, et non aliàs.*

**VIII.**  
**Quid ser-**  
**vandum**  
**sit circa**  
**librorum**  
**Genti-**  
**lium u-**  
**sum.**

*Et demum, quia, ex librorum de falsa religione, et de rebus vobœcænis superstitiosisque tractantium lectura, venenum ut plurimum serpere solet ad cor Fidelium, quo non minus Fidei puritas offenditur, quam mores corrumpuntur, magnopere commendantes zelum, ac studium Missionariorum, qui libros sacram Ecclesiæ Catholicæ doctrinam, rerumque Sacrarum monumenta continente, pro Indorum Christifidelium eruditione, in linguam Malabaricam, seu Tamulicam transtulere, vel novos pro illorum commodo, et institutione composuerunt; iisdem Christifidelibus expresse interdiximus fabulosos Gentilium libros, eosque legere, et retinere prohibemus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, nisi prius habita licentia Parochi, seu Missionarîi curam animarum exercentis, quorum prudentis committimus facultatem super hoc dispensandi, et libros (si qui forte sunt) noxia superstitiones vacuos: et nihil contra bonos mores tractantes, pro Christianorum usu seligendi, eorumque lecturam permittendi.*

**Mandat**  
**hoc De-**

*Ea igitur universa, et singula auctoritate Apostolica, et tenore prædictis damnamus, ac distri-*

ctiori, quo possumus, modo prohibemus. Mandantes Patri Provinciali Provinciæ Malabaricæ, cæterisque Superioribus Societatis Jesu in Indiis Orientalibus, ut hoc nostrum Decretum notificent singulis Missionariis, sive aliis quibuscumque curam animarum exercentibus sibi subjectis, illudque perpetuo, et inviolabiliter exequi faciant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ quoad Provinciales, et Superiores, et suspensionis a Divinis ipso facto incurrendæ quoad Subditos contrafacientes, seu aliter permittentes. Atque ita decernimus, et mandamus in omnibus, donec aliud fuerit ab Apostolica Sede, vel a Nobis ejusdem auctoritate provisum, inviolabiliter servari, non obstantibus quibuscumque.

Et ne ex his, quæ expresse præcepta, vel prohibita a nobis fuere, tacitum quis deducere valeat, in reliquis practicari solitis in istis Missionibus, nostrum assensum, seu approbationem, (cum plura forsan reformatione digna nostram cognitionem effugerint, et alia maturius examen postulantia indecisa remanserint), hanc interpretationem omnino rejicimus, et nexti nostræ esse contrariam declaramus. Volumus autem justis de causis, ut hoc nostrum Decretum afficiat, et pro publicato habeatur post illius traditionem a nostro Cancellario faciendam Patri Guidoni Tachard Vice-Provinciali Patrum Gallorum Societatis Jesu in Indiis; cui propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ onus injungimus, quatuor similia exemplaria transmittendi ad Patrem Provinciæ Malabaricæ, ac ad Patres Superiores Missionum Madurensis, et Maissur, et Carnatensis, quibus post bimestre, et reliquis Missionariis post trimestre a die consignationis faciendæ dicto Patri Tachard, idem Decretum pro publicato, et notificato pariter habeatur.

Datum Pudicherii in Sancta Visitatione Apostolica hac die 23. Junii 1704., et publicatum die 8. Julii ejusdem anni 1704. per traditionem factam coram Illustrissimo, et Reverendissimo Domino per me Cancellarium infrascriptum Rev.

А н н о  
1744-  
cretum  
publicari,  
et obser-  
vari, do-  
nec aliud  
fuerit a  
S. Sede  
provi-  
sum, sub  
pœnis etc.

Declarat,  
quod per  
Decretum  
hujusmo-  
di non in-  
tendit ap-  
probare  
alia, si  
quæ sint,  
reforma-  
tione di-  
gna.

Præscri-  
bit publi-  
cationis  
formam,  
ejusdem-  
que ser-  
vatæ ef-  
fectam.

Dat. 23.  
Junii, et  
publicat.  
8. Julii  
1704.

PONT. *Patri Guidoni Tachard Patrum Gallorum Societatis Jesu in Indiis Orientalibus Superiori, presentibus R.R. Patribus Francisco Laines, Superiore Missionis Madurensis, ac Venantio Bouchet Superiore Missionis Carnatensis.*

*Carolus Thomas Patriarcha Antiochenus Visitator Apostolicus.*  
*Andreas Candela Sacrae Visitationis Apostolicae Cancellarius.*

Relatum §. 4. Quoniam autem de re maxima, eaque  
Decretum gravissima agebatur, idem Antiochenus Patriar-  
confirma- cha Literis suis totam rei gestae seriem Aposto-  
tura Clem- licae Sedi exactissime renunciavit, latumque ab  
XI. Pont. se Decretum supremo illius judicio subjecit.  
Max. cum Quibus ad Urbem allatis Literis, idem Prae-  
clausula dessor Noster Clemens Papa XI. supradictum  
donec etc. Vicarii Apostolici Decretum rite perpensum,  
atque etiam in Congregatione Sancti Officii di-  
ligenti examini subjectum, in omnibus servan-  
dum, et exequendum esse statuit, ea tamen  
addita clausula: *Donec aliter a Sede Aposto-  
lica provisum fuerit, postquam eos audierit, si  
qui erunt, qui aliquid adversus contenta in hu-  
jusmodi Decreto afferendum habuerint. Ea Pon-  
tificis in Congregatione Sancti Officii resolutio  
sequentis est tenoris, videlicet:*

Tenor §. 5. *Feria v. die VII. Januarii 1706. In Con-  
resolutio- gregatione Generali Sanctae Romanae et Univer-  
nis in Con- sals Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico  
greg. S. Vaticano, coram Sanctissimo Domino Nostro  
Officii die Domino Clemente Divina Providentia Papa XI.  
7. Jan. ac Eminentissimis et Reverendissimis Dominis  
1706. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus in tota  
Republica Christiana contra haereticam pravita-  
tem Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede  
Apostolica specialiter deputatis.*

*Idem Sanctissimus Dominus Noster, relato  
tenore Decreti editi Pudicherii die 23. Junii 1704.  
a D. Carolo Thoma de Tournon Patriarcha An-  
tiocheno Commissario, et Visitatore Apostolico in*

*Imperio Sinarum et aliis Indiarum Orientalium Regnis, necnon literarum inde scriptarum ab eodem D. Patriarcha, nempe die 9. Julii dicti anni 1704. ad præfatos Eminentissimos, et Reverendissimos Dominos Cardinales, ac die 10.*

ANNO  
1744.

*ejusdem mensis ad R. P. D. Assessorem, diserte super iisdem de more loquutus fuit, Auditis deinde Votis præfatorum Dominorum Cardinalium, dixit, rescribendum esse Domino Patriarchæ, commendando illius prudentiam, ac zelum, et quod exacte observari debeant ea omnia, quæ in Decreto supradicto fuerunt ab ipso præscripta, donec aliter a Sede Apostolica provisum fuerit, postquam eos audierit, si qui erunt, qui aliquid adversus contenta in hujusmodi Decreto afferendum habuerint.*

Commen-  
dat zel-  
lum, et  
pruden-  
tiam Car-  
dinalis de  
Tournon  
pro De-  
creto edi-  
to, quod  
ab omni-  
bus ob-  
servari de-  
beat, do-  
nec aliter  
etc.

*Jussit quoque Sanctitas Sua, quod per Patrem Consultorem Joannem Damascenum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium reassumantur ea omnia, quæ circa nonnullos ritus, ut asseritur, supersticiosos Christianis Malabariis in Indiis Orientalibus a quibusdam Missionariis, ut prætenditur, permixtos, jampridem ad eandem Apostolicam Sedem delata fuerunt a Fratre Francisco Maria Turonensi Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci Cappuccinorum Missionario illarum partium, ad hoc, ut idem Pater Consultor de iis, quæ sive a san. mem. Gregorio XV. in suis literis die xxxi. Januarii 1623. in forma Brevis desuper expeditis, sive ab eodem Domino Patriarcha in suo Decreto prædicto expresse damnata, vel prohibita non fuerint, conficiat Summarium, super quo discuti, ac decerni valeat, quid sit agendum.*

Mandat  
reassumi  
omnia cir-  
ca Ritus  
Malabari-  
cos, etiam  
nondum  
expresse  
damna-  
tos, ad  
Apostoli-  
cam Se-  
dem dela-  
ta.

*Quo vero ad quæestionem de quibusdam Ignobilibus, ac infimæ sortis hominibus, qui in eisdem Regionibus vocantur Pareas, et a Nobilibus tamquam infames, et damnati vitantur, Sanctitas Sua dixit, quod separatim examinari debeat.*

Quæstio-  
nem de  
Pareas se-  
paratim  
examina-  
ri jubet,

§. 6. Verum hanc providentiam, uberesque, quos inde spes erat proventuros, fructus frustratus est falsus rumor, qui paucos post annos Indias

rumor per



**PONT.** per Indias increbuit, ipsum nempe Clementem  
**A. V.** XI. Prædecessorem, et relatum Patriarchæ De-  
 cretum revocavisse, et nonnullas ex iis cæremoni-  
 is adprobasse, quas ille tamquam superstitioni-  
 as, minimeque ferendas proscripserat. Cui falso  
 rumoribus cursum intercepturus laudatus Pontifex  
 Clemens Undecimus, utque omnibus manifesta  
 redderet animi sui sensa, atque impugnatori-  
 bus Decretorum a Patriarcha prædicto editorum  
 omne penitus effugium adimeret, quo a præ-  
 standis eisdem Decretis debita obedientia se  
 subtrahere quoquo modo possent, die prima  
 Septembris Anni MDCCXII. extrahi ex Tabula-  
 riis mandavit authenticum exemplum Decreti,  
 quod prædicta die VII. Januarii Anni MDCCVI.  
 emanaverat, et superius transcriptum est, illud-  
 que Episcopo Meliapurensi transmitti jussit, ut  
 ex eo, et is probe nosceret, et aliis etiam Epi-  
 scopis, et Missionariis earum Regionum palam  
 faceret, quid eo usque de Patriarchæ Antio-  
 cheni Decreto Apostolica Sedes judicasset. Ac  
 ne ullo modo Pontificiæ mentis Oraculum in  
 dubium posset revocari, Decreti exemplo jun-  
 gendas alligandasque voluit Literas Apostolicas  
 in forma Brevis, ut sequitur.

*Epistola in forma Brevis ab eo scripta Episcopo Meliapuren. die 17. Sep. 1712.*

§. 7. *Venerabilis Frater etc. Non sine gravi animi nostri molestia istis in partibus evulgatum fuisse audivimus, quod præscripta in quodam Decreto die 23. Junii 1704. Pudicherii edito a bon. memor. Cardinali de Tournon, cum illuc ad Sinensis Imperii oras transmigraturus accessit, a Nobis rescissa, et abrogata, ac simul cæremoniæ, et Ritus, qui eodem Decreto superstitionis labe infecti declarantur, vel omni, vel aliqua ex parte approbati, ac permessi fuerint. Cum autem maxime cupiamus, ut in re tanti momenti non modo Fraternalitati tuæ, verum etiam, te curante, cæteris istarum Partium Antistitibus, ac Missionariis aperte veritas innotescat; Tibi conjuncta folia a Notario Sanctæ Romanæ et Universalis Inquisitionis subscripta, ac ejusdem Inquisitionis signo roborata, mittenda duximus, ex quibus*

*Cum qua eadem transmittit exem-*

*abunde, ac luculenter intelliges, quænam ejusmodi in rebus hactenus fuerit, et adhuc sit nostra mens, donec a Nobis, et Apostolica Sede aliter decernatur. Quod superest, Pastorum Principem enixe rogamus, ut in arduis Pastoralis Officii curis cœlesti ope sua tibi jugiter adesse velit. Et Fraternitati Tuæ Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.*

*Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Septembris Anni 1712. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.*

§. 8. Quoniam autem unus, et alter annus elapsus jam erat, necdum constiterat, Sancti Officii Decretum, Pontificiasque Literas Meliapurensi Episcopo redditas fuisse, idcirco Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis de Propaganda Fide præpositorum novum Decreti Literarumque exemplum Episcopo Claudiopolitano in Cucichensi Provincia Apostolico Vicario die xxiv. Julii Anni MDCCXIV. transmitti curavit, ipsique Pontificio nomine mandavit, ut si forte priores Literæ deperiissent, aliave de causa Decreti promulgatio secuta non esset, caveret ipse diligenter, ut posteriores hæ saltem Meliapurensi Episcopo juridice redderentur, eoque debitam Pontificiis mandatis obedientiam præstare, aut reluctante, aut differente, idem ipse Claudiopolitanus Episcopus Apostolicæ Sedis judicium, nulla interposita mora, executioni mandaret.

§. 9. Cum tamen Patriarchæ Antiocheni Visitatoris et Commissarii Decretum confirmatum quidem fuisset, sed ea addita reservatione: *Donec aliter a Sede Apostolica provisum fuerit, postquam eos audierit, si qui erunt, qui aliquid adversus contenta in hujusmodi Decreto afferendum habuerit*; haud difficilem se præbuit Clemens XI. audiendis Missionariis, qui post Decreti confirmationem, aliisque temporibus, Romam venerant, eorumque preces benigne excepit, quibus enixe petebant, ut censurarum, quæ in eo Decreto continebantur, suspensio-

ANNO  
1774.  
pla ar-  
thentica  
confirma-  
tionis De-  
creti Car-  
dinalis  
prædicti.

Congre-  
gatio de  
Propa-  
ganda Fi-  
de ad E-  
pisc. Clau-  
diop. si-  
militer  
scribit  
pro relati  
Decreti  
publica-  
tione.

Clem. XI.  
ad instan-  
tiam Mis-  
sionario-  
rum to-  
tam Ri-  
tuum cau-  
sam reas-  
sumit,

**PONT.** nem, unaque simul moderationem aut ipsius-  
**A. V.** met Decreti interpretationem concederet: utque  
 Ejuſque res maturius expediretur, auditis jam non se-  
 ſummam, mel Missionariis prædictis, Nobis in minoribus  
 et relationem con- agentibus, Sanctæque Universalis Inquisitionis  
 ſici man- Consultoris munus obeuntibus mandavit, ut  
 data R. P. ab initio rem totam penitus cognosceremus,  
 D. de Lam- atque collectis, quæ ex utraque Parte affereban-  
 bertinis, tur, rationum momentis, de illa ad Sancti  
 nunc Sum Officii Congregationem plenissime referremus.  
 mo Pon- Hinc productis, ex una Parte a Decreti impu-  
 tifice fel. gnatoribus, facti, jurisque non exiguæ molis  
 Regnante. voluminibus, prodiſſisque antiquis, et recentibus  
 documentis, quibus vetitas Decreto obser-  
 vantias ſuperſtitione vacare, omnique labe ca-  
 rere conabantur ostendere: exhibitisque ex  
 alia, quæ Decreto favebant, rationibus multi-  
 plicibus; plenam inde hausimus cauſæ totius  
 cognitionem, eoque res, quod ad Nos attine-  
 bat, adducta erat, ut poſſemus jam de ea  
 exacte referre.

**Innoc.** §. 10. Verum Clemente XI. vita functo, ejus  
**XIII. de-** Successor fel. pariter record. Innocentius Papa  
**putat Con-** XIII. huic cauſæ cognoscendæ peculiarem Cong-  
**gregat.** gregationem ex lectissimis conflata Viris non  
**Particu-** minus integritate, quam prudentia, doctrina-  
**larem.** que præstantibus, (quos inter Nos etiam, etsi  
 prædictis qualitalibus minime præditi, adscri-  
 pti fuimus) deputavit. Qui selecti Viri sæpius,  
 per duos et amplius annos, inter se convenien-  
 tes, communicatis consiliis, longa rerum inda-  
 gine, et exquisita adhibita diligentia, articu-  
 latim rem totam discusserunt, Partibus, tam  
 voce, quam scripto iterum, et sæpius auditis.  
**Cujus de-** Cum autem eo res pervenisset, Innocentio XIII.  
**putatio a** e vivis sublato, ad Petri Cathedram evectus  
**Bened.** est san. mem. Benedictus Papa XIII. qui eo-  
**XIII. con-** rum omnium, quæ in hac causa gesta fuerant,  
**firmatur.** certior apprime factus, nec minori flagrans de-  
 siderio eam ad optatum finem perducendi, su-  
 prædictam Congregationem pro ejusdem cauſæ  
 recto expeditoque cursu ab Innocentio Dece-  
**Eaque**  
**exami-**  
**finem im-**  
**ponit.**

sore institutam confirmavit, atque inceptum **ANNO**  
examen prosequi jussit; eaque non multo post **1744.**  
examine finem imposuit.

§. 11. His ita peractis, idem prælaudatus **Resolutio**  
Pontifex Benedictus XIII. causa ad se avo- **capta a**  
cata, Apostolicas Literas in forma Brevis anno **Benedict.**  
MDCCXXVII. exeunte, ad universos Episcopos, **XIII.**  
et Missionarios Regnorum Madurensis, Mayssu-  
rensis, et Carnatensis dedit, quibus prædicti  
Caroli Thomæ Cardinalis Tournonii Decretum  
confirmavit, observandumque præcepit, Literæ  
sunt hujusmodi, videlicet :

§. 12. *Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Fi-*  
*liis, Episcopis, et Apostolicis Missionariis in*  
*Regnis Indiarum Orientalium Madurensi, Mays-*  
*surensi, et Carnatensi.*

Ejus E-  
pistola in  
forma Bre-  
vis ad E-  
piscopos,  
et Missio-  
narios di-  
ctorum  
Regno-  
rum data  
die 12.  
Dec. 1727.

### BENEDICTUS PAPA XIII.

*Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, salutem, et*  
*Apostolicam Benedictionem.*

*Ad aures nostras pervenit, vocationem Gen-*  
*tium, Ecclesieque incrementa, propter subortas*  
*inter Operarios Evangelicæ Messis controversias,*  
*magnis isthic difficultatibus laborare. Quæ qui-*  
*dem eo graviolem nobis dolorem attulerunt, quo*  
*remedia salubriter alias adhibita diutius a non-*  
*nullis repudiari intelleximus. Jam enim per bon-*  
*mem. Carolum Thomam Patriarcham tunc An-*  
*tiochenum, cum potestate Legati de latere Apo-*  
*stolicum Visitatorem, deinde hujus Sanctæ Ro-*  
*manæ Ecclesie Cardinalem, pleraque ad gli-*  
*scientes lites componendas, explicandasque diffi-*  
*cultates sapienter præscripta fuerant, decreto*  
*condito Pudicherii in Sacra Visitatione Aposto-*  
*lica die XXIII. mensis Junii Anni MDCCIV.*  
*die vero octava Julii ejusdem anni promulgato.*  
*Partibus autem nondum acquiescentibus, de*  
*mente fel. record. Clementis XI. Prædecessoris*  
*Nostri diversa opinantibus, et evulgantibus, idem*  
*Prædecessor Noster, datis ad Venerabilem Fra-*  
*Tom. II.*

Refert  
Decretum  
Cardina-  
lis de  
Tournon,  
et confir-  
mationem  
Clementis  
Papæ XI.

PONT. *trem Episcopum Meliapurensem literis die XVII.*  
 A. V. *mensis Septembris Anni MDCCXII. suam de*  
*observandis Decretis mentem opportune declaravit.*

Eaque de *Ut igitur nostræ quoque sollicitudinis partes ad*  
 novo con- *controversias avertendas, et salutem gentium con-*  
 firmat. *cordibus studiis facilius a Vobis procurandam*  
*adhibeamus; præsertim ne quis ex silentio no-*  
*stro detractum aliquid esse suspicetur mandatis,*  
*et declarationibus antedictis; laudati Anteces-*  
*soris nostri vestigiis inhærentes, decreta ejusdem*  
*Patriarchæ Antiocheni nostra etiam auctoritate*  
*confirmamus, eorumque obedientiam, et obser-*  
*vantiam similiter mandamus, et requirimus, De-*

Decretum *cretum quoque de Sacramentis administrandis*  
 quoque *moribundis hominibus infimæ conditionis, quos*  
 circa Pa- *moribundis hominibus infimæ conditionis, quos*  
 reas con- *Pareas appellant, ulteriori dilatione remota, pa-*  
 firmat, et *riter servari, et impleri præcipimus. Vestrum au-*  
 observari *tem erit, ut mandata per Antecessorem nostrum,*  
 jubet. *et per Nos ipsos Apostolica auctoritate, tenore*  
*præsentium, in omnibus confirmata, impigre, et*  
*obsequenter facientes opus Dei, quod tanta cum*  
*animi alacritate suscepistis, rite, unanimiter,*  
*studioseque perficiatis. Ac vobis, Venerabiles*  
*Fratres, dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem*  
*peramanter impertimur,*

*Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub An-*  
*nulo Piscatoris die XII. Decemb, MDCCXXVII.*

Supplica- *Pontificatus Nostri Anno Quarto.*

tur Clem.

XII. pro

revisione

Causæ in

Congre-

gat. S. Of-

ficii.

§. 13. Tantum vero abfuit, ut qui pro Riti-  
 bus eo Decreto damnatis pugnabant, huic novæ  
 ejusdem Decreti confirmationi acquiescerent,  
 quin potius Anno MDCCXXXII. Prædecessori  
 Nostro Clementi Papæ XII. in Benedicti locum  
 subrogato declaraverint, se nihil de nova con-  
 firmatione audivisse, neque aliquid, quod ad  
 eam spectaret, Episcopis, et Missionariis In-  
 diarum fuisse legitime denuntiatum, ideoque  
 enixis precibus ab eo postulaverint, ut, non  
 obstante Benedicti XIII. dispositione, dignaretur  
 hanc eandem causam denuo Sancti Officii

Congregationis examini et cognitioni subicere : et quamquam, aliis earum Partium Missionariis causam finitam esse, et in rem judicatam abiisse reputantibus, seu excipientibus, non deessent, qui postulatis haud annuendum esse crederent, iisque adversarentur; attamen idem Pontifex Clemens XII. supremum tandem acerrimis perniciosisque dissidiis finem fieri peroptans, supradictorum preces admittendas existimavit, declaravitque in causa posse procedi. Quare totius materiae instaurata disceptatione, et per duos fere annos continuata, documentis certis et necessariis ex utraque Parte productis : factaque praesertim Decreti impugnatoribus amplissima facultate afferendi quidquid in controversam quemque Articulum deducendum, allegandumque e re sua judicarent; post plures Congregationes habitas in Conventu S. Mariae supra Minervam a S. R. E. Cardinalibus in negotiis Fidei Generalibus Inquisitoribus per universam Christianam Rempublicam deputatis, ii tandem, quid ipsorum iudicio in controversis Articulis aut confirmandum, aut moderandum, declarandum denique, aut aliqua ex parte remittendum esset, aperuerunt; eorumque resolutiones probavit, confirmavitque praëlaudatus Clemens Papa XII. illasque inserendas decrevit Apostolicis literis in forma Brevis, quibus Madurensibus, Mayssurensibus, et Carnatensibus Episcopis, ac Missionariis, Apostolica auctoritate mandavit, injunxitque, ut lata abs se decreta tum religiose ipsi observarent, tum ab aliis omnibus summa fide, ac diligentia observari curarent. Literæ in forma Brevis sunt sequentis tenoris,

ANNO  
1744.  
Eaque  
concedi-  
tur, et a  
praedicta  
Congre-  
gat. Patri-  
bus audi-  
tis, perfi-  
citur.

Clemens  
XII. con-  
firmat re-  
solutio-  
nes a Con-  
gregat. ca-  
ptas.

Tenor Li-  
terarum  
prohujus-  
modi Con-  
firmatio-  
ne edita-  
rum die  
24. Aug.  
1734.

§. 14. *Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Episcopis, et Apostolicis Missionariis in Regnis Indiarum Orientalium Madurensi, Mayssurensi, et Carnatensi.*

POST.  
A. V.

CLEMENS PAPA XII.

*Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

Prolatio  
Decreti a  
Cardinali  
de Tour-  
non Pudi-  
cherii fa-  
cta, ejus-  
que Con-  
firmatio-  
nes refe-  
runtur.

*Compertum, exploratumque Vobis esse non am-  
bigimus, Carolum Thomam bon. mem. tunc Pa-  
triarcham Antiochenum cum potestate Legati a  
latere Apostolicum Commissarium et Visitatorem,  
deinde hujus S. R. E. Cardinalem de Turnon,  
a Prædecessore nostro fel. rec. Clemente XI. ad  
Sinam anno 1702. missum, ubi primum ad Ar-  
cem Pudicherii appulit, ut gravibus et urgentibus  
Missionum in Regnis Madurensi, Maysaurensi,  
et Carnatensi saluberrime dirigendarum necessi-  
tatis opportune prospiceret, condidisse die 23.  
mensis Junii Anni 1704. Decreta nonnulla, que  
die 8. mensis Julii ejusdem anni promulgavit.  
Cum autem aliquot ex Venerabilibus Fratribus,  
et Dilectis Filiis, Episcopis, et sacris Indiarum  
Orientalium Operariis, quibusdam in iisdem De-  
cretis contentis minime acquiescentes, reclama-  
rent, laudatus Prædecessor noster Clemens XI.  
Litteris in forma Brevis ad Episcopum Melia-  
purensis die 17. mensis Septembris anni 1712.  
datis, eorumdem Decretorum obedientiam, et ob-  
servantiam tamdiu requisivit, ac mandavit, donec  
Apostolica hæc Sedes Causæ momentis fideliter  
relatis, et accuratius inspectis, quas novisset Ju-  
stitiæ magis consentaneas, et propagandæ Chri-  
stianæ Fidei magis idoneas providentiæ suæ vias,  
ac rationes iniret. Benedictus etiam XIII. fel. rec.  
eadem Prædecessor noster provide Clementis XI.  
Mandatis, declarationibus, atque vestigiis inhæ-  
rens, Literis quoque in forma Brevis die 12.  
mensis Decembris anni 1727. datis, memorata  
Cardinalis Turnonii Decreta confirmationis ro-  
bore similiter munivit. Nos vero, qui plane im-  
merentes ipsis Summis Pontificibus in Apostolica  
servitute successimus, nihil optamus impensius,  
quam ut Sacrosancta Jesu Christi Fides amplius*

Clemens  
XII. fina-  
lem Cau-  
sæ reso-

*in dies promoveatur, atque omni ope curemus, ut si qua forte magnis ejusdem incrementis, et propagationi occurrant impedimenta, (Deo votis nostris obsecundante) penitus auferantur. Itaque postquam necessaria, et certiora habuimus documenta, Theologorum, ac præsertim Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium per universam Christianam Rempublicam Generalium Inquisitorum suffragia exquisivimus, quæque iidem Venerabiles Fratres nostri Cardinales confirmanda, aut moderanda, vel declaranda, atque in nonnullis remittenda Nobis consulere decreverunt, ex sequentibus Dubiis hic insertis plene vos dignoscetis.*

« Dubia pro Missionibus Madurensi, Mayssurensi, et Carnatensi exorta occasione Decreti clar. mem. R. P. D. Caroli Thomæ Maillart de Tournon Patriarchæ Antiocheni, postea S. R. E. Cardinalis, editi Ponthicherii die 23. Junii 1704. proposita in Congregationibus Generalibus S. Officii, habitis in Conventu S. Mariæ supra Minervam, coram Eminentissimis et Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, præsentibus DD. Consultoribus, infrascriptis diebus: Super quibus Dubiis iidem Eminentissimi suam protulerunt sententiam, prout infra, videlicet.

*Feria 4. die 21. Januarii 1733.*

**DUBIUM PRIMUM.** *An, et quomodo Decretum clar. mem. Eminentissimi Cardinalis de Tournon sit exequendum in ea parte, quæ est tenoris sequentis* « Districte prohibemus; ne in baptizandis tam Pueris, quam Adultis cujuscumque sexus, et conditionis, omittantur Sacramentalia, sed omnia palam adhibeantur, et signanter Saliva. Sal, et insufflatio, quæ ex Apostolica Traditione Catholica Ecclesia recepit, et ob recondita in iis Sacris Cæramoniis Divinæ erga nos bonitatis Mysteria, sancte, et inviolabiliter custodivit; Decreto Sanctæ, et Universalis Inquisitionis de anno

ANNO  
1744.  
lutionem  
cum voto  
Congr. S.  
Officii e-  
dere in-  
tendit.

Dubia in  
Congre-  
gat. pro-  
posita.

I. Dub.  
super præ-  
cepto ad-  
hibendi  
Sacramen-  
talia in  
conferen-  
de Baptis-  
mo.



- P. O N T.** » 1656. pro Sinis facta, ob diversas rationes,  
**A. V.** » et circumstantiis, minime obstante.
- Resolutio.** **EMINENTISSIMI DIXERUNT.** « Confirmandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon : sed consulendum Sanctissimo, quod Missionariis Regnorum Madurensis, Mayssurensis, et Carnatensis Dispensationem concedat ad Decennium duraturam, omittendi in collatione Baptismi Salivam, et occulte utendi insufflationibus, in casibus tamen particularibus, et in quibus gravis et proportionata necessitas urgeat, super qua conscientia Missionariorum operatur : dummodo non laborent errore habendi Salivam, et anhelitum, tamquam materiam ineptam, vel incapacem ad inserviendum pro Sacramentalibus Cæremoniis in Baptismo, utpote omnino incapaces Baptismi; Eisque Missionariis injungendum, ut debitam instructionem, aliasque omnes posibles diligentias adhibeant, ut aversio Populorum a Saliva, et Insufflatione amoveatur, et de instructione, aliisque diligentibus adhibitis Sanctam Sedem intra tempus Decennii certiorent.
- Monitum ad Missionarios.** » Insuper monendos esse Missionarios super gravi negligentia non recurrenti ad S. Sedem pro obtinenda facultate dispensandi, et male se gessisse Episcopos concedendo hujusmodi Dispensationem, inconsulta Apostolica Sede.
- II. Dub. super impositione nominis alicujus Sancti in Baptismo.** **SECUNDUM DUBIUM.** *An, et quomodo dictum Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est tenoris sequentis.* « Item præcipimus, ut juxta laudabilem Ecclesiæ consuetudinem, semper imponatur Baptizando a Baptizante nomen alicujus Sancti in Martyrologio Romano descripti, omnino interdictis Nominibus Idolorum, vel falsæ Religionis Pœnitentium, quibus Gentiles utuntur, et Neophiti hactenus appellari consueverunt, antequam per Baptismum essent Divinæ Gratiae renati.
- Resolutio.** **EMINENTISSIMI DIXERUNT.** « Moderandum esse Decretum, deleto verbo, *Præcipimus;*

» Cum clausula : *Curent quantum fieri potest ;* ANNO  
 » firma remanente Interdictione, quoad nomina 1744.  
 » Idolorum, et falsæ Religionis Pœnitentium.

*Feria 4. die 22. Aprilis 1733.*

TERTIUM DUBIUM. *An, et quomodo dictum* III. Dub.  
*Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est* supertran-  
*tenoris sequentis.* » Nec Parochis, seu Missionariis slatione  
 » sub quovis prætextu liceat SS. Crucis, Sancto- nominum  
 » rum, et rerum sacrarum nomina per trans- rerum sa-  
 » lata immutare, nec ea alio Idiomate expli- crarum in  
 » care, nisi Latino, vel saltem Indico, quate- aliud idio-  
 » nus voces Indicæ Regionis, latinæ significa- ma.  
 » tionis liquido et adamussim respondeant.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. « Quod serve- Resolutio  
 » tur Decretum Eminentissimi de Tournon, et  
 » declaretur, non habere locum in vocibus, et  
 » nominibus jam ab Institutione Missionis com-  
 » muniter receptis, quæ tamen per hanc de-  
 » clarationem nec approbantur, neque repro-  
 » bantur.

QUARTUM DUBIUM. *An, et quomodo dictum* IV. Dub.  
*Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est* super Ba-  
*tenoris sequentis.* » Et quia audivimus, Baptis- ptismo In-  
 » mum Infantium ex Christianis Parentibus or- fantium  
 » torum, eorundem incuria, sæpe sæpius diu non pro-  
 » protrahi, non sine maximo dictorum Infan- trahendo.  
 » tium salutis discrimine, monemus Evangelicos  
 » Operarios, ut sacrarum Canonum memores,  
 » terminum breviorum, quam fieri possit, at-  
 » tentis circumstantiis, Genitoribus præfigant,  
 » graviter conscientiam eorum onerantes, nisi  
 » filios intra præfixum tempus ad Ecclesiam  
 » deferant Sacro Fonte abluendos.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. » Servandum Resolutio  
 » esse Deoretum Eminentissimi Cardinalis de  
 » Tournon.

QUINTUM DUBIUM. *An, et quomodo prædi-* V. Dub.  
*ctum Decretum sit exequendum in ea parte, quæ* super Ma-  
*est tenoris sequentis.* » Præterea cum moris hu- trimoniis  
 » jusmodi Regionis sit, ut Infantes sex vel se- impube-  
 » ptem annorum, interdum etiam in teneriori rum.  
 » ætate, ex Genitorum consensu, matrimonium

PONT.  
A. V.

» indissolubile de præsentibus contrahant per im-  
» positionem Taly, seu aureæ Tesserae Nuptialis  
» Uxoribus collo pensilis; Missionariis mandamus,  
» ne hujusmodi irrita matrimonia inter Chri-  
» stianos fieri permittant, nec Sponsos sic con-  
» junctos cohabitare sinant, donec completa  
» legitima ætate, et explorato eorum consensu,  
» in faciem Ecclesiæ, juxta formam a Sac. Concilio  
» Tridentino præscriptam, verum, et canonicum  
» Matrimonium contraxerint.

Resolutio EMINENTISSIMI DIXERUNT. » Exequendum  
» esse Decretum Eminentissimi de Tournon;  
» cum declaratione tamen, servandam esse for-  
» mam pro Matrimoniis a Sac. Concilio Triden-  
» tino præscriptam in locis, in quibus Decre-  
» tum dicti Concilii in cap. primo sess. 24.  
» de Reform. Matrim. publicatum est, et im-  
» posteram publicabitur, neque ejus observan-  
» tia sit impossibilis; et Missionarii curent,  
» quantum fieri potest, ut in omnibus locis  
» Missionum illarum Partium dictum Concilii  
» Decretum publicetur.

*Feria 4. die 13. Maji 1733.*

VI. Dub.  
super pro-  
hibitione  
Mulieribus.  
facta de-  
ferendi  
Taly in  
signum  
Matrimo-  
nii con-  
tracti.

SEXTUM DUBIUM. *An, et quomodo dictum*  
*Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est*  
*tenoris sequentis.* » Et quoniam apud Peritiores  
» impiæ illius Religionis Sectatores, Taly præ-  
» seferet Imaginem, licet informem Pulleyaris,  
» seu Pyllejaris idoli nuptialibus Cæremoniis  
» præpositi; Cumque dedecet Christianas Mu-  
» lieres talem effigiem collo deferre in signum  
» Matrimonii; districte prohibemus, ne impo-  
» sterum audeant Taly cum hac effigie collo ap-  
» pendere; et ne Uxores innuptæ videantur,  
» poterunt uti alio Taly, vel Sanctissimæ Cru-  
» cis, vel Sanctiss. Domini Nostri Jesu Christi,  
» vel Beatæ Virginis, vel alia quavis Religiosa  
» Imagine ornato.

Resolutio

EMINENTISSIMI DIXERUNT. » Servandum  
» esse Decretum Eminentissimi de Tournon,  
» quamvis Missionarii asserant, nunquam per-  
» misisse gestationem dicti Taly.

**SEPTIMUM DUBIUM.** *An, et quomodo prædictum Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est tenoris sequentis.* » Et cum superstitione non careat Funiculus centum et octo filis compositus, et croceo succo delinitus, quo plerique dictum Taly appendunt, prohibemus etiam dictorum filorum numerum, et unctionem.

Ann. 1744.  
VII. Dub.  
super prohibitione delationis Funiculi 108. filorum, cui dictum

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** » Servandum esse Decretum Eminentissimi de Tournon.

Taly appenditur.

**OCTAVUM DUBIUM.** *An, et quomodo dictum Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est tenoris sequentis.* » Cæremoniæ etiam Nuptiales juxta harum Regionum morem tot sunt, tanquam taque superstitione maculatæ, ut tutius re medium aptari non possit, quam eas omnino interdicendo, cum undique noxia Gentilitatis labe scateant, et difficillimum sit eas a superstitiosis expurgare. At vero, ut faciliori conversionum viæ, et Neophitorum commo, quantum fieri potest, in Domino indulgeamus, Missionariis, et præcipue Missionum Superioribus injungimus, ut novis adhibitis diligentibus, severiorique calculo, superstitiosa omnia a dictis Cæremoniis expungant, ita ut nihil inultum relinquatur, quod Christianam pietatem offendat, et Gentilium superstitionem redoleat, et signanter, præter eas, quas audivimus jam statutas in hac materia ab iisdem Missionariis reformationes, ramus arboris Aresciomara omnino auferatur, ferculorum numerus, non minus ac sibi præscripta qualitas, varietur: Circuli super caput spon sorum ad tollenda maleficia, omittantur; Et quod de ferculis diximus, de luteis Vasis ibidem adhiberi solitis à nobis dictum, et prohibitum intelligatur.

Resolutio VIII Dub. super superstitiosis Nuptiarum Ritibus abolendis

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** » Servandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon.

Resolutio

*Feria 4. die 22. Julii 1733.*

PONT. NONUM DUBIUM. *An, et quomodo dictum*  
 A. V. *Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est*  
 IX. Dub. *tenoris sequentis.* » Fructus etiam, vulgo dictus  
 super fra- » Cocco, ex cujus fractione prosperitatis vel  
 ctione fru » infortunii auspicia Gentiles temere deducunt,  
 ctus vulgo » vel omnino a Christianorum Nuptiis rejicia-  
 Cocco » tur, vel saltem, si illum comedere velint,  
 nuncupat » non publice, sed secreto, et extra solemnita-  
 » tatem aperiat ab iis, qui Evangelica luce  
 » edocti, ab hujusmodi auspiciis delira-  
 » mento sunt immunes.

Vide infr. EMINENTISSIMI DIXERUNT, Dilata.  
 post Dab. DECIMUM DUBIUM. *An, et quomodo dictum*  
 XI. *Decretum sit exequendum in ea parte, quæ est*

X. Dub. *tenoris sequentis.* » Nullus rite, et sufficienter  
 super ad- » dispositus arceatur a Sacramento Pœnitentiæ,  
 missione » et signanter Mulieres menstruali morbo labo-  
 Mulierum » rantes, non attentis diebus purificationis  
 ad Sacra- » juxta morem Gentilium; Cum hæc Sacramen-  
 mento- » talis vera Animæ purificatio, et non alia,  
 rum par- » sit attendenda a Christifidelibus, eorumque  
 ticipatio- » Pastoribus, quibus præterea non liceat, nec  
 nem tem- » per seipsos, nec per Catechistas, nec per  
 pore pur- » alios quoscumque, dictis Mulieribus prohibere  
 gationis. » accessum ad Ecclesiam, vel ad Confessarium,  
 » durante dicta infirmitate, et dictæ purifica-  
 » tionis tempore.

Resolutio. EMINENTISSIMI DIXERUNT. » Servandum  
 » esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de  
 » Tournon.

XI. Dub. UNDECIMUM DUBIUM. *An, et quomodo*  
 super fe- *exequendum sit dictum Decretum in ea parte,*  
 stivis gra- *quæ est tenoris sequentis.* » Dedecet etiam Chri-  
 tulationi- » stianæ Virginis honestati prima vice dicto  
 bus pro » morbo laborantis, illum Cognatis, Vicinis,  
 prima » et Amicis notum facere, et inverecunde pu-  
 Puellæ- » blicare, iisque Ethnicorum more et ritu in  
 rum pur- » ejus domum collectis, super re tam sordida  
 gatione » festum instituere; Quocirca hujusmodi so-  
 abolendis » lemnitates et ritus Orthodoxis Puëllis inter-  
 » dicimus, et abolemus, Missionariisque injun-  
 » gimus, ut non solum eas, verum etiam Ge-

» nitores moneant, quam dissona sit virginei  
 » pudoris legibus ejusmodi obscæna consuetudo,  
 » quæ a Gentilium impudentia videtur inducta,  
 » ut ita, labefactata Puellarum verecundia,  
 » eas effrenate ad libidinem provocare valeant.

ANNO  
1744.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. » Quod curent  
 » Missionarii abolere festum sub titulo Menstrui,  
 » sed sub titulo Nuptiarum tantum permittant.

Resolutio

*Feria 4. die 9. Septembris 1733.*

Nonum Dubium supradicta die 22. Julii pro- Dub. IX.  
 positum, sed non resolutum. *An, et quomodo dilati re-*  
*prædictum Decretum sit exequendum in ea parte, solutio.*

*quæ est tenoris sequentis.* » Fructus etiam vulgo  
 » dictus Cocco, ex cujus fractione prosperita-  
 » tis, vel infortunii auspicia Gentiles temere  
 » ducunt, vel omnino a Christianorum nuptiis  
 » rejiciatur, vel saltem, si illum comedere ve-  
 » lint, non publice, sed secreto, et extra so-  
 » lemnitatem aperiatur ab iis, qui Evangelica  
 » luce edocti, ab hujusmodi auspiciorum de-  
 » liramento sunt immunes.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. » Servandum  
 » esse Decretum prædicti Eminentissimi Cardi-  
 » nalis de Tournon.

DECIMUM SECUNDUM DUBIUM. *An, et quo-* XII. Dub.  
*modo Decretum prædicti Eminentissimi Card. de super spi-*  
*Tburnon sit exequendum in ea parte, quæ est rituali as-*  
*tenoris sequentis.* » Ferre pariter non possumus, sistentia  
 » quod a Medicis Spiritualibus pro Animarum Pareis  
 » salute ea charitatis Officia denegentur, quæ restan-  
 » Medici Gentiles Nobilis etiam generis, seu da.  
 » Castæ, pro Corporis salute præstare non de-  
 » dignantur Infirmis, licet abjectæ et infimæ  
 » conditionis, vulgo dictis Pareas. Quapropter  
 » districte mandamus Missionariis, ut, quan-  
 » tum in ipsis erit, nemini è Christianis  
 » ægrotis, quantumvis Pareas, et vilioris, si  
 » adessent, generis hominibus, desideranda re-  
 » linquatur in Infirmitate copia Confessarii: et  
 » ne, ingravescentibus morbis, cum gravissimo  
 » vitæ corporalis periculo, æternæ consulere  
 » cogantur; iisdem Missionariis præcipimus, ne

POST. » infirmos hujusmodi conditionis ad Ecclesiam  
 A. V. » deferendos expectent, sed consultius Domos,  
 » ubi ægrotant, pro viribus petant ad eos in-  
 » visendos, ac piis sermonibus, et precibus,  
 » Sacramentorumque pabulo recreandos, atque  
 » demum eos in extremo vitæ discrimine con-  
 » stitutos Sancto Infirmorum Oleo deliniant,  
 » absque Personarum, aut sexus acceptione,  
 » expresse damnantes quamcumque praxim huic

Resolutio » Christianæ pietatis officio contrariam.  
 EMINENTISSIMI DIXERUNT. » Servandum  
 » esse Decretum Eminentissimi de Tournon;  
 » Præterea monendos Missionarios, quod neque  
 » ad Baptismum admittant Indos, qui in ea  
 » sunt opinione, Pareas a Deo esse reprobos,  
 » et ideo nullam posse sperare salutem nisi eam  
 » opinionem deposuerint.

XIII Dub. » DECIMUM TERTIUM DUBIUM. *An, et quo-*  
 super pro- » modo dictum Decretum exequendum sit in ea  
 hibitione, » parte, quæ est tenoris sequentis. « Non sine  
 ne Tibici- » maximo animi nostri mœrore accepimus, etiam,  
 nes Chri- » Christianos Tympanorum pulsatores, Tibici-  
 stiani etc. » nes, vel alterius cujuscumque Musici Instru-  
 iuser- » menti Sonatores ad Idolorum Festivitates et  
 viant in » Sacrificia accersiri, ad ludendum, et interdum  
 sacrificiis » etiam cogi, ob quamdam servitutis speciem  
 et Tem- » erga Publicum ab ipsis contractæ per hujus-  
 plis Gen- » modi artis exercitium, nec facile esse Missio-  
 tilium. » nariis, eos ab hoc detestabili abusu avertere;  
 » Quocirca considerantes, quam gravem ratio-  
 » nem essemus Deo reddituri, si hujusmodi  
 » Christifideles a Dæmoniorum honore et cultu  
 » pro viribus non revocaremus, illis prohibe-  
 » mus, ne imposterum audeant, nec in Pago-  
 » dis, nec extra, tum occasione Sacrificiorum,  
 » tum quarumcumque Solemnitatum supersti-  
 » tioso cultu imbutarum, sonare, aut canere,  
 » sub pœna Excommunicationis latæ Sententiæ;  
 » cum nullo modo liceat Christi famulis Belial  
 » inservire; ideoque Missionarii non solum eos  
 » monere tenebuntur de prædicta prohibitione;  
 » verum etiam illam omnino executioni deman-  
 » dare, et contrafacientes ab Ecclesia expellere,

» donec ex corde resipiscant, et publicis pœnitentiae signis patratum scandalum emandaverint. Anno 1744.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. « Servandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon. Resolutio.

DECIMUM QUARTUM DUBIUM. *An, et quomodo dictum Decretum exequendum sit in ea parte, quæ est tenoris sequentis.* XIV Dub. super lavacris et ablutionibus tam Christi-fidelium quam Missionariorum.

» præterea Pontificiam Constitutionem Gregoræ XV., incipien. *Romanæ Sedis Antistes;* ad petitionem PP. Societatis Jesu editam, quia indigenis Christifidelibus lavacra non alia occasione, et fide, quam corporis reficiendi, etiam naturalibus sordibus mundandi, ab Apostolica Sede permittuntur, interdictis tempore, et modo, quibus a Gentilibus adhiberi solent, æquè afficere Evangelicos Operarios, quibus propterea non liceat sub quacumque alia causa, et fine, etiam ad effectum, ut existimentur Sanias, seu Brachmanes, præ cæteris dediti hujusmodi ablutionibus, illis uti, præsertim statutis eorum horis, et ante, vel immediate post quamcumque Sacram functionem.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. « Servandum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de Tournon. Resolutio

*Peria 4. dia 16. Septembris 1733.*

DECIMUM QUINTUM DUBIUM. *An, et quomodo Decretum Cardinalis de Tournon, sit exequendum in ea parte, quæ est tenoris sequentis.* XV. Dub. super prohibitione delineandi frontem cineribus, et aliis signis.

» Cineres itidem ex Vaccæ stercore confectos, et impiam Gentilium Pœnitentiam a Rutren institutam redolentes, benedicere, eosque fronti Sacro Chrismate delinitæ impingere, sive quæcumque alia signa albi, vel rubei coloris, quibus Indi supersticiosissimi in fronte, vel in pectore, aut in alia quavis corporis parte utuntur, deferre prohibemus, mandantes, ut Sanctæ Ecclesiæ consuetudo, piique ritus Cineres benedicendi, illisque Christia-



PONT. » norum caput Cruce signandi ad humanæ in-  
 A. V. » firmitatis memoriam recolegendam, religiose  
 » serventur, tempore, ac modo ab Ecclesia  
 » præscripto, scilicet Feria 4. Cinerum, et non  
 » alias.

Resolutio EMINENTISSIMI DIXERUNT. « Confirman-  
 » dum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis  
 » de Tournon, servata in omnibus Constitu-  
 » tione Gregorii XV. edita die 31. Januarii 1623.,  
 » quæ incipit: *Romanæ Sedis Antistes.*

Decretum PRÆTEREA EMINENTISSIMI DIXERUNT.  
 generale, » Quod fiat Decretum, quod imponatur Missio-  
 ne Genti- » nariis, cujuscumque Ordinis, etiam Societatis  
 lium Ri- » Jesu, in Partibus Infidelium degentibus, ne  
 tus ad- » audeant permittere Ritus, vel Consuetudines  
 mittan- » proprias Gentilium, nec illos, aut illas pro-  
 tur, aut » proprio arbitrio vertere in Ritus, vel Consue-  
 in Chri- » tudines Christianæ Religionis, inconsulta S.  
 stianos u- » Sede; et Missionarii meminerint præceptionis  
 sus ver- » Alexandri VII. in sua Constit. incipien. *Sa-*  
 tantur in- » *cro sancta* la 46., sequentibus verbis express.  
 consulta »  
 S. Sede. »

Et serve- » Ne ob Instructionis defectum, qui Sacro Bap-  
 tur Con- » ptismate initiantur, immaculatam Christi le-  
 stitutio » gem profanis ac gentilitiis Institutis ex igno-  
 46. Alex. » rantia fœdent, ac Idololatriam cum Ortho-  
 VII. » doxa Fide confundant, ut sæpe inibi evenire  
 » nunciatum est; caveant ii, qui iisdem in-  
 » struendis incumbunt, ne imposterum ullus  
 » ad Baptisma admittatur, qui gentilitios mo-  
 » res prorsus non exuerit, et in fide non sit  
 » sufficienter instructus.

XVI Dub. DECIMUM SEXTUM, ET ULTIMUM DU-  
 super pro- BIUM. *An, et quomodo dictum Decretum exe-*  
 hibitione *quendum sit, in ea parte, quæ est tenoris se-*  
 librorum *quentis.* » Et demum quia ex librorum de falsa  
 Gentili- » Religione, et de rebus obscænis, et supersti-  
 lium. » tiosis tractantium lectura, venenum, ut plu-  
 » rimum serpere solet ad Cor Fidelium, quo  
 » non minus Fidei puritas offenditur, quam  
 » mores corrumpuntur, magnopere commen-  
 » dantes zelum, ac studium Missionariorum,  
 » qui libros Sacram Ecclesiæ Catholicæ doctri-

ANNO  
1744

» nam, rerumque Sacrarum monumenta con-  
 » tinentes, pro Indorum Christifidelium eru-  
 » ditione, in linguam Malabaricam, seu Tamu-  
 » licam transtulere, vel novos pro illorum  
 » commodo, et institutione composuerunt, iis-  
 » dem Christifidelibus expresse interdiximus fa-  
 » bulosos Gentilium libros, eosque legere, et  
 » retinere prohibemus, sub poena Excommuni-  
 » cationis latæ Sententiæ, nisi prius habita li-  
 » centia Parochi, seu Missionarii Curam Ani-  
 » marum exercentis, quorum prudentiæ com-  
 » mittimus facultatem super hoc dispensandi,  
 » et libros (si qui forte sunt) noxia supersti-  
 » tione vacuos, et nihil contra bonos mores  
 » tractantes, pro Christianorum usu seligendi,  
 » eorumque lecturam permittendi.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. « Servandum Resolutio  
 » esse Decretum Eminentissimi Cardinalis de  
 » Tournon.

*Quibus dubiis, et eorum resolutionibus Nobis Pontifex  
 per Venerabilem Fratrem Archiepiscopum Da- Clemens  
 miatæ, Congregationis Sancti Officii Assessorem, XII. reso-  
 relatis, Resolutiones ipsas plene approbantes, lutiones  
 cuncta ea, quæ juxta earum tenorem confirman- hujusmo-  
 da, aut moderanda, vel declaranda, ac in non- di confir-  
 nullis remittenda visa sunt, respective confirma- mat.  
 vimus, moderavimus, declaravimus, et in non-  
 nullis remisimus: Quocirca, Venerabiles Fratres, Earum-  
 Dilecti Filii, Vobis injungimus et mandamus, que obser-  
 ut pro singulari vestra in Nos atque hanc Sanct- vantiam,  
 tam Sedem reverentia, quæcumque per hasce et execu-  
 nostras Literas de Apostolicæ Auctoritatis ple- tionem in-  
 nitudine, vel confirmata, vel decreta, aut præ- jungit.  
 scripta sunt, sanctissime custodiatis, atque ab  
 omnibus servanda studiosissime curetis: Obse-  
 erantes Vos in Domino per viscera misericordiæ Dei  
 nostri, ut Controversiis jam semotis, et omnino  
 evulsis, alacres atque animi nostri sensibus con-  
 cordes, studia et labores vestros in Animarum  
 salutem, quæ præstantissimus vestræ vocationis  
 est finis, pro viribus conferatis. Atque Vobis,  
 Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Apostolicam*

**POPT.** » norum caput Cruce signandi ad humanæ in-  
**A. V.** » firmitatis memoriam recolendam, religiose  
 » servantur, tempore, ac modo ab Ecclesia  
 » præscripto, scilicet Feria 4. Cinerum, et non  
 » alias.

**Resolutio**

**EMINENTISSIMI DIXERUNT.** « Confirman-  
 dum esse Decretum Eminentissimi Cardinalis  
 » de Tournon, servata in omnibus Constitu-  
 » tione Gregorii XV. edita die 31. Januarii 1623.,  
 » quæ incipit : *Romanæ Sedis Antistes.*

**Decretum**

**generale,**  
**ne Genti-**  
**lium Ri-**  
**tus ad-**  
**mittan-**  
**tur, aut**  
**in Chri-**  
**stianos u-**  
**sus ver-**  
**tentur in-**  
**consulta**  
**S. Sede.**

**PRÆTEREA EMINENTISSIMI DIXERUNT.**  
 » Quod fiat Decretum, quod imponatur Missio-  
 » nariis, cujuscumque Ordinis, etiam Societatis  
 » Jesu, in Partibus Infidelium degentibus, ne  
 » audeant permittere Ritus, vel Consuetudines  
 » proprias Gentilium, nec illos, aut illas pro-  
 » prio arbitrio vertere in Ritus, vel Consue-  
 » tudines Christianæ Religionis, inconsulta S.  
 » Sede; et Missionarii meminerint præceptionis  
 » Alexandri VII. in sua Constit. incipien. *Sa-*  
 » *crosancta* la 46., sequentibus verbis express.

**Et serve-**  
**tur Con-**  
**stitutio**  
**46. Alex.**  
**VII.**

» Ne ob Instructionis defectum, qui Sacro Ba-  
 » ptismate initiantur, immaculatam Christi le-  
 » gem profanis ac gentilitiis Institutis ex igno-  
 » rantia scædant, ac Idololatriam cum Ortho-  
 » doxa Fide confundant, ut sæpe inibi evenire  
 » nunciatum est; caveant ii, qui iisdem in-  
 » struendis incumbunt, ne imposterum ullus  
 » ad Baptisma admittatur, qui gentilitios mo-  
 » res prorsus non exuerit, et in fide non sit  
 » sufficienter instructus.

**XVI Dab.**  
**super pro-**  
**hibitione**  
**librorum**  
**Genti-**  
**lium.**

**DECIMUM SEXTUM, ET ULTIMUM DU-**  
**BIUM.** *An, et quomodo dictum Decretum im-*  
*pendendum sit, in ea parte, quæ est tenoris se-*  
*quentis.* » Et demum quia ex librorum de falsa  
 » Religione, et de rebus obscenis, et supersti-  
 » tiosis tractantium lectura, venenum, ut plu-  
 » rimum serpere solet ad Cor Fidelium, quo  
 » non minus Fidei puritas offunditur, quam  
 » mores corrumpuntur.  
 » dantes  
 » qui

» nam, rerumque Sacrarum monumenta con-  
 » tinentes, pro Indorum Christifidelium cru-  
 » ditione, in linguam Malabaricam, seu Tam-  
 » licam transtulere, vel novas pro illorum  
 » commodo, et institutione composuerunt, iis-  
 » dem Christifidelibus expresse interdictum fa-  
 » bulosos Gentilium libros, eosque legere, et  
 » retinere prohibemus, sub pena Excommuni-  
 » cationis latae Sententiae, nisi prius habita li-  
 » centia Parochi, seu Missionarii Curam Ani-  
 » marum exercentis, quorum prudentiae com-  
 » mittimus facultatem super hoc dispensandi,  
 » et libros (si qui forte sunt) noxia supersti-  
 » tione vacuos, et nihil contra bonos mores  
 » tractantes, pro Christianorum usui religendi,  
 » eorumque lecturam permittendi.

EMINENTISSIMI DIXERUNT. « *Servanda Resolutio*  
 » esse Decretum Eminentiissimi Cardinalis de  
 » Tournon.

Quibus dubiis, et eorum resolutionibus Nos Pontifex  
 per Venerabilem Fratrem Archiepiscopum La-  
 miatæ, Congregationis Sancti Officii Antiquari-  
 relatis, Resolutiones ipsas plene approbantes,  
 cuncta ea, quae iuxta eorum tenorem confirman-  
 da, aut moderanda, vel declaranda, ac in  
 nullis remittenda vix sunt, respective confirma-  
 vimus, moderavimus, declaravimus, et in  
 nullis remisimus: Quocirca, Venerabilis Pater  
 Dilecti Filii, Vobis injungimus et mandavimus  
 ut pro singulari vestra in His obsequio hanc  
 ctam Sedem reverentia, quatenus per nos  
 nostras Litteras de Apostolica Auctoritate  
 nitudine, vel confirmata, vel decreta, ac  
 scripta sunt, observatione custodiat, et in  
 omnibus servanda studiose observetis.

crantes Vos in Domino per misericordiam  
 nostri, ut Con-  
 evulsis, alac-  
 cordes, stud-  
 sub-

**PONT.** *benedictionem peramanter impertimur: Datum*  
**A. V.** *Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo*  
*Piscatoris die XXIV. Augusti MDCCXXXIV.*  
*Pontificatus nostri anno quinto.*

**Partes** §. 15. Post diutinam accuratamque factorum  
**acquies-** atque rationum in utramque Partem discepta-  
**cunt. Re-** tionem, post tam solemne denique causæ judi-  
**latum** cium, in magnam spem venerat Apostolica Se-  
**Breve pu-** des, non secus ac Romæ litigiis finis erat im-  
**blicatur,** positus, ita et in Indiis tandem aliquando a  
**et a Mis-** discordiis abusibusque cessatum iri; cum præ-  
**sionariis** sertim ii, qui Decretum impugnaverant, sive  
**subscribi-** illius æquitate cognita, seu moderationibus,  
**tur.** declarationibus, et relaxationibus jam impetra-  
 tis satis sibi factum existimantes, non solum  
 æquo animo illud recepissent, sed fidem quoque  
 suam obligassent, se omnino operam duros,  
 ut quæcumque in Literis Apostolicis essent præ-  
 scripta, integre executioni mandarentur. Huc  
 accedebat, quod Apostolicæ Sedi non fama so-  
 lum, sed certis gravissimisque testimoniis alla-  
 tum erat, publicatas jam fuisse Pontificias Li-  
 teras, et subscriptas ab omnibus Missionariis,  
 et mutuum inter Partes perfectæ communionis,  
 atque concordiæ vinculum redintegratum, quod  
 multis annis, non sine ingenti Missionum damno,  
 inter illas fuerat interruptum.

**Sed non** §. 16. At tam felicibus initis conceptum gau-  
**ab omni-** dium statim evanuit; tristissimus siquidem nun-  
**bus ob-** tius quam citissime Sedi Apostolicæ allatus est,  
**servatur:** Missionarios scilicet, qui Cardinalis Tournonii  
 Decretum impugnaverant, non obstantibus Cle-  
 mentis XII. Literis Apostolicis solemnibus formula  
 ab iis acceptatis, publicatisque, damnatos ta-  
 men ritus ac cæremonias juxta earundem Lite-  
 rarum præscriptum minime aboleri posse cau-  
 santes, tantum sibi licentiæ sumere, ut eos  
 easque adhuc usu permittere et retinere non  
 dubitarent. Cumque de tandiu dilata ab iis  
 obedientia in dies fama increbesceret, præfatus  
**Quid con-** Clemens Papa XII., ut debitum Pontificiis man-  
**silii cõpe-** datis obsequium, et observantiam vindicaret,  
**rit Cle-**  
**mens XII.**

certamque redderet in posterum eorum, quæ in prædictis Pontificiis Literis mandabantur, executionem, alteris in simili forma Brevis datis die XIII. Maji anni MDCCLXXXIX. Apostolicis Literis, earum Regionum Episcopis, et Missionariis præceptum iteravit, gravioribus etiam poenis impositis, ut nedum exactissime servarent, quæ in suis præmissis Literis mandabantur, sublata cuilibet secus interpretandi facultate, verum ad id illico se adstringerent solemnijurejurando interposito, juxta formulas respective eisdem præscriptas. Literæ in forma Brevis sunt sequentis tenoris.

§. 17. *Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Episcopis, et Apostolicis Missionariis in Regnis Indiarum Orientalium Madurensi, Maysurensi, et Carnatensi.*

ANNO  
1744.

Altera  
ejusdem  
Epistola  
in forma  
Brevis ad  
Episcopos  
et Missionarios  
data die 13.  
Maji 1739

### CLEMENS PAPA XII.

*Venerabiles Fratres, dilecti Filii, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

*Concredita Nobis Dominici Gregis cura continuo Nos urget in id præcipue et tota sollicitudine incumbere, ut ab iis maxime, qui sortiti sunt partem Ministerii hujus, et in lucem Gentium sunt missi, erga S. Sedem; ac Apostolica mandata filiale obsequium exhibeatur, atque Fidei dogmata, sacrosque Ecclesie ritus et ipsi integeratè retineant, et alios edoceant, ut quos locorum immensa spatia a Petri Sede longe disjungunt, eos tamen Fides eadem in unitate spiritus; et doctrinæ conglutinet. Alias itaque per similes Literas nostras sub datum 24. Aug. 1734. incipientes, Compertum, exploratumque: Fratemitates Vestras, omneseque Missionarios eo majori, quo potuimus, Paterno charitatis affectu requisivimus, et declaravimus, quam impense exoptaremus, ut qui in Regnis istis Christi fidei veritatem agnoscentes, convertuntur, superstitiones Gentilium ritus omnino abjicerent, atque aver-*

Exordium  
cum men-  
tione su-  
perioris  
Epistolæ  
ad eosdem  
conscri-  
ptæ.

PONT.  
A. V.

*sarentur, ne habeantur et ipsi ad instar eorum, qui: Cum Dominum colerent, Diis quoque serviebant juxta consuetudines Gentium: utque in re tanti momenti nulla esset offendiculi occasio, auditis Theologorum, ac præsertim Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium per universam Christianam Rempublicam Generalium Inquisitorum suffragiis, plura, juxta dubia tunc proposita, provide statuimus, et a Missionariis observanda præscripsimus; Quorum omnium in Nos observantia, ac studium amplificandæ Fidei, in certam spem Nos erigunt, ut pari contentione pro viribus obtemperare satagent, nec ullus erit, qui detestabili indulgentia aliter fieri posse cogitet, et veluti infideles filii, Peccare eos faciant peccatum magnum: Sane etsi hisce mediis muneri Nostro satisfacisse, ac sine sollicitudine esse suaderemur; attamen rei momentum, a qua Fidei puritas atque integritas pendent, nunquam hanc in nobis curam delebit, nisi ad magnitudinem negotii opportuniora semper*

Illius  
observan-  
tia, et exe-  
cutio ipsis  
demandat-  
ur sub  
censur. et  
aliis pœ-  
nis.

*comparemus remedia. Quare Fraternitatibus Vestris, et Missionariis omnibus, quibus prædictas Nostras Literas direximus, sive Sæculares, sive Regulares cujuscumque Religionis, Congregationis, Instituti, Societatis etiam Jesu, fuerint, demandamus et præcipimus, ut omnia et singula, quæ in dictis nostris Literis continentur, integrè, exacte, ac inviolabiliter observetis, atque ab eis, quorum cura ad vos spectat, remota penitus quavis aliter interpretandi potestate, adamussim observari faciatis, in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium, Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, et respective excommunicationis latæ Sententiæ, a qua nemo Vestrum a quoquam, præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, excepto tantum mortis articulo, absolvi possitis, et quoad Regulares insuper privationis vocis activæ, et passivæ, etiam ipso facto, et sine ulla alia declaratione incurrendæ. Itidem, sub iisdem pœnis, et censuris, pari auctoritate præcipimus et*

Sub qui-  
bus præ-  
cipitur  
eisdem, ut

mandamus, ut omnes et singuli, qui ab hac Sancta Sede, sive ab eorum respective Superioribus ad ista Regna sacris obeundis Missionibus missi eritis statim ac de hisce Literis nostris certiores facti fueritis, vel quavis alia denunciations de illis notitiam habueritis, juramentum præstetis, integre, exacte, ac omnimode implere, quæ provide a Nobis in iisdem Literis constituta fuerint, neque illis ulla in parte quovis sub prætextu contraire. Illis etiam, qui quodcumque hoc munus suscepturi erunt mandamus, ac præcipimus sub iisdem omnibus censuris, et pœnis, ut nullo pacto audeant vel minimum actum explere, nisi antea et ipsi juramentum prædictum præstiterint, quin nec tanquam Presbyteri Sæculares ab Ordinariis Locorum deputari, seu veluti simplices Religiosi, vel quovis alio titulo et nomine, Christifidelium Confessiones excipere, Conciones habere, aut Sacramenta ministrare, sed omni prorsus careant potestate; derogando quibusvis privilegiis, sibi ipsis, aut vestris respective Religioni, Ordini, Congregationi, et Societati, etiam Jesu, specialiter, aut generaliter a Nobis, et a Prædecessoribus nostris quacumque ex causa concessis, Juramenta prædicta sæculares Missionarios coram Locorum Ordinariis, Regulares coram Superioribus, vel Apostolicis Vicariis præstare demandamus, Vicarios vero ipsos et Superiores in manibus Episcoporum. Nec eadem tantum verbo proferre, sed scripto juxta formam per Nos præscriptam, et infra denotandam, ac propria manu subsignare teneamini, sub iisdem Censuris, et pœnis. Hoc etiam juramentum præstandum fore mandamus, ac requirimus ab illis, qui ad Episcopale munus ab hac Sancta Sede promoveri meruerint, vel ipsomet die, quo in manibus Episcoporum solemnem emissuri erunt Fidei professionem, vel in actu eorum consecrationis. Quorum juramentorum subsignata exemplaria, relicta isthic in Archivii authentica copia, ad Congregationem de Propaganda Fide, per Episcopos, et Superiores Regulares respective transmitti vo-

ANNO  
1744.

juramentum præstent de implendis omnibus in ea contentis.

Nullus in posteram quocumque titulo Missionis exercitio se immisceat nisi juramentum hujusmodi emiseric.

Idem servetur ab Episcopis.

Cum onere remittendi ad Congr. de Prop. Fide exem



**P O R T.** *humus, a qua ad illam S. Officii remittantur,*  
**A. V.** *ut sint obsequii erga Nos, nostrasque jussiones,*  
*puritatis, integritatisque Fidei vestrae monumenta.*  
*Ne vero tam Literarum nostrarum sub praedicta*  
*die 24. Augusti 1734. quam praesentium, ullus*  
*ignorantiam allegare valeat, hortamur Fraternalitates*  
*vestras, ac in Domino obtestamur, ut quo pri-*  
*imum illas atque praesentes receperitis, statim publi-*  
*care faciatis, ac ad singulos Missionarios, sive Sa-*  
*culares, sive Regulares fuerint, sub vestra respective*  
*Jurisdictione degentes, easdem transmittatis. Hoc*  
*ipsam praecipimus Apostolicis Vicariis, aliisque*  
*Regularium Superioribus. Contra facientes, vel ne-*  
*gligentes declaramus incurrere ipso facto poenam*  
*suspensionis ab exercitio Pontificalium, et inter-*  
*dicti ab ingressu Ecclesiae; Regulares autem Ex-*  
*communicationis latae sententiae, privationis Officio-*  
*rum, et vocis activae, et passivae.*

**Formula** *Formula autem juramenti, sicut praemittitur,*  
**Juramen-** *a Missionariis praestandi, est, quae sequitur,*  
**ti a Mis-** *videlicet. » Ego N. Ordinis N. seu Societatis*  
**sionariis** *» Jesu Missionarius ad Regnum N. vel ad Pro-*  
**praestandi** *» vinciam N. in Indiis Orientalibus a Sede A-*  
*» postolica, vel a meis Superioribus juxta fa-*  
*» cultates eis a Sede Apostolica concessas mis-*  
*» sus, vel destinatus; parendo praeepto San-*  
*» ctissimi Domini Nostri Papae Clementis XII.*  
*» per Literas Apostolicas in forma Brevis datas*  
*» die 13. Maji anno 1739. injuncto omnibus*  
*» Missionariis in dictis Missionibus, praestandi*  
*» juramentum fideliter servandi dispositionem*  
*» Apostolicam circa ritus Malabaricos ad for-*  
*» mam Literarum Apostolicarum in forma Bre-*  
*» vis ejusdem Sanctissimi Domini Nostri die 24.*  
*» Augusti 1734. incipien. *Compertum, exploratumque**  
*» mihi per integram ejusdem Brevis*  
*» lecturam optime noto; promitto, me plene*  
*» et fideliter parituro, illudque exacte, inte-*  
*» gre, absolute, et inviolabiliter observaturum,*  
*» et absque ulla tergiversatione adimpleturum,*  
*» necnon ad formam dicti Brevis instructurum*  
*» Christianos mihi commissos tam in Concio-*

» nibus , quam in privatis instructionibus , ac Anno  
 » præsertim Cathecumenos , antequam bapti- 1744.  
 » zentûr , et nisi promittant observantiam dicti  
 » Brevis , ejusque dispositionum , et prohibitio-  
 » num , me ipsos non baptizaturum , prout  
 » quoque curaturum omni studio , quo potero ,  
 » ac omni diligentia , ut sublatis Gentium cæ-  
 » remonijs , illi a Christianis suscipiantur et  
 » retineantur ritus , quos Catholica Ecclesia pie  
 » præscripsit. Si autem ( quod Deus avertat ) in  
 » toto , vel in parte contravenerim , toties pœ-  
 » nis a Sanctissimo Domino Nostro impositis in  
 » Decreto , seu Literis Apostolicis , ut supra ,  
 » super præstatione hujus juramenti , mihi pa-  
 » riter per integram lecturam notis , me sub-  
 » jectum agnosco , et declaro. Ita tactis SS.  
 » Evangeliiis promitto , voveo , et juro. Sic me  
 » Deus adjuvet , et hæc SS. Dei Evangelia.

» Ego N. manu propria.

*Formula vero juramenti , ut supra , præstandi*  
*ab Episcopis , est , quæ sequitur , videlicet :* Formula  
 » Ego N. Episcopus Civitatis N. memor jura- Juramen-  
 » menti a me præstiti in actu meæ solemn- ti ab Epi-  
 » Consecrationis , quo Romano Pontifici fidem , scopis præ-  
 » subjectionem , et obedientiam promisi , tum standi.  
 » insuper eorum , quæ provide sanxit Clemens  
 » XII. Pontifex Maximus circa ritus Malabaricos  
 » in Literis Apostolicis in forma Brevis , Episco-  
 » pis , et Missionariis usque sub die 24. Augusti  
 » 1734. transmissis ; parendo mandatis Sancti-  
 » tatis Suxæ per alias similes Literas die 13. Maji  
 » anno 1739. injunctis , ut in argumentum meæ  
 » erga Apostolicam Sedem obedientiæ non mi-  
 » nus , quam filialis obsequii , me jurisjurandi  
 » Religione obstringam , juro , et promitto , me  
 » plene ; et fideliter easdem Literas Apostolicas  
 » sub dicta die 24. Augusti 1734. executurum ,  
 » atque ea , quæ in illis præscripta sunt , exacte ,  
 » integre , absolute , ac inviolabiliter observa-  
 » turum , curaturum pariter , quantum in me  
 » erit ; ut ii omnes , qui mea in Diocesi Mis-  
 » sionarii , et Sacerdotes sunt , vel futuri erunt ,

POST. » illas eodem prorsus modo in omnibus ser-  
 A. V. » vent, atque exequantur, et contra inobe-  
 » dientes, si qui fuerint, me processurum ad  
 » formam Brevis sub die 13. Maji anno 1739.,  
 » ut tandem sublatis Gentium cæremoniis, illi  
 » a Christianis recipiantur ritus, quos Catholica  
 » Ecclesia pie præscripsit, ac jugiter servat.  
 » Utque de hac mea voluntate, juramento,  
 » filialique obsequio erga Romanum Pontificem,  
 » ejusque mandata perenne existat monumen-  
 » tum, propria manu me subscribo.

Ego N. Episcopus. N.

Adhorta-  
 tio pro  
 omnium  
 executio-  
 ne.

*Cæterum etsi magna Nobis spes sit, Fraterni-  
 tates Vestras, et Missionarios omnes, nostras  
 voces, et monita excipere diligenter, ac filiali  
 obsequio exequi, curam insuper sollicitudinemque  
 plurimam gerere, ut tam Orthodoxæ Religionis  
 puritati, integritatique, quam Gentium saluti ad-  
 jumento sitis, omnesque in hanc unicam rem,  
 maximam utique, labores, sudoresque conferre,  
 ut tandem, qui Christi amplectuntur Fidem su-  
 perstitiosos aversentur ritus: eosque tantum sus-  
 cipiant, et retineant, quos Catholica Ecclesia  
 pie præscripsit, ac jugiter servat; attamen pro  
 Pastoralis Officij debito, ac Paternæ Charitatis  
 stimulo, iterum, iterumque commonere non de-  
 sistimus; ne a Pastorum Principe in custodia  
 Gregis sui minus vigilasse dijudicemur; et Vobis  
 interim in auspiciis bonorum omnium Apostoli-  
 cam Benedictionem impertimur. Datum Romæ  
 apud S. Mariam Majorem sub Annullo Pesca-  
 toris die XIII. Maji MDCCXXXIX. Pontifica-  
 tus Nostri Anno Nono.*

Idem Cle-  
 mens XII.  
 ad Epi-  
 scopos pec-  
 culariter  
 scribit  
 sub eadem  
 data.

§. 18. Hasce Clementis XII. Literas aliæ sub-  
 secutæ sunt prænominatis earum Regionum Epi-  
 scopis peculiariter inscriptæ, quibus idem Pon-  
 tificex et conceptum animo intimum dolorem,  
 ob nondum sibi delatam certam exoptatamque  
 notitiam de præstita Apostolicis mandatis de-  
 bita observantia, gravibus verbis patefecit, et  
 eorundem Episcoporum zelum ac religionem  
 excitare curavit, ut ipsi exemplo ac diligentia

sua præeuntes, cæterorum obedientiam sollicitè promoverent. Harum Literarum hujusmodi exemplum est.

§. 19. *Venerabilibus Fratribus, Episcopis in Regnis Indiarum Orientalium Madurensi, Maysurensi, et Carnatensi.*

Tenor  
Epistolæ  
in simili  
forma  
Brevis.

CLEMENS PP. XII.

*Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

*Continere labia nostra non possumus, quin vos, Venerabiles Fratres, Apostolica voce iterum alloquamur; Molestè Nos, imò graviter ferre, usque adhuc certam denuntiationem minime accepisse, qui tandem exitus contigerit Nostris Literis, quas die 24. Augusti 1734. Vobis, et Missionariis istic commorantibus dedimus. Sane taciturnitas hæc curarum, et angustie nostro paterno erga vos amori causa est, tum et maxime quia, incertæ licet, sparsæ hic sunt voces, easdem Nostras Literas, et Decreta in publicum ab omnibus minime posita fuisse, nec exacte, prout oportet, adimpleri, quin non dæesse aliquos, qui diversa opinantes, ac loquentes, adducunt discipulos post se. Quare primum Fraternitates Vestras ex animo requirimus, ut quomodo isthic res se habeat, quamprimum renunciatis, ne longior tarditas acerbiorem Nobis afferat molestiam; deinde firma spe ducimur, zelo Dei vos impellente, in doctrina sana nobiscum exurgere in eos, qui contradicunt, ut memores officii, cui se addixerunt, sedulo caveant, ac diligenter prospiciant, ne culpa eorum: Gentes istæ sint timentes Dominum, sed nihilominus et Idolis suis servientes. Hac de causa alteras misimus Literas Fraternitatibus Vestris, atque Missionariis, quibus gravioribus sub pœnis demandamus, ut nostræ voluntatis sensibus et Decretis obediant, et opere compleant. Ne vero, ut hactenus, unus alterum incuset, et Nos, qui licet præsentès isthic*

Conqueritur de incerto exitu primæ Epistolæ, et debita responsa exquirunt.

Significat superioris Epistolæ sensum, et Episcoporum zelum excitationem pro omnium demandatorum implemento.

PONT.  
A. V.

*spiritu, corpore tamen absentes, suspensos incerti nuncii diu retineant, Juramentum ab unoquoque ex Missionariis propria manu subsignandum, expetere duximus, quo quisque profiteatur Nostris jussionibus promptam atque exactam prestare obedientiam, prout latius in iisdem Literis continetur. Hoc etsi tuto Nobis polliceamur pro omnium pietate, et religione; attamen plurimum collatura erit Fraternitatum Vestrarum exempli auctoritas, quoties idem Jurisjurandi sacramentum, in certum erga S. Sedem, et in Nos obsequii vestri testimonium, præstitisse, atque Nobis misisse vos intelligant, prout in Domino etiam atque etiam obtestamur. Porro hanc unam esse detegendæ veritatis viam, unum præsidium ad obstruendum os loquentium iniqua, vosmet facile cognoscere non dubitamus: quare Pontificiam voluntatem, cæteroquin in vos propensam, magis magisque Vobis devincetis, si industriæ, cogitationi, studio denique vestro vim addatis exemplo; nec sane veremur, quin eam reverentiam, quam suscipientes Episcopale munus, huic S. Sedi, et Apostolicis mandatis spondidistis, hac tamen opportuna occasione explicaturi luculentius eritis, ut quos, ad Juramentum proferendum, vos adire obstringimus, ex facto etiam vestro obedire præceptis Nostris arctius impellantur, ac Vobis, Venerabiles Fratres, in perpetuum amoris Nostri pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Maji MDCCXXXIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.*

Superiores  
Generales Mis-  
sionario-  
rum one-  
rat de præ-  
missarum  
Literarum  
transmis-  
sione, pu-  
blicatio-  
ne, et  
implemen-  
to.

§. 20. Neque vero his, quamvis adeo enucleate præscriptis, plane contentus idem Clemens Papa XII. Superiores quoque Generales Missionariorum in Orientalibus Indis degentium, eorum præsertim, qui, ut Apostolicæ Sedi relatum erat, detrectabant adhuc obsequentis animi erga ejusdem Sedis mandata, certa argumenta exhibere, adstrinxit, eosque sub pœnis suspensionis a Divinis, privationis vocis activæ et passivæ,

passivæ, aliisque gravioribus arbitrio suo reservatis, Apostolicæ etiam Sedis indignationis, formali præcepto, eoque juridice indicto, adegit ad transmittenda suis respective Religiosis exempla Apostolicarum Literarum a se tunc editarum, atque ad earum publicationem, et exactam, integram, inviolabilemque observantiam pro viribus præcipiendam; ea lege addita, ut si aliquis esset e Missionariis, qui mandatis reluctaretur, aut contra facere auderet, solemni statim præcepto per Superiorem Generalem cogeretur, relictis Missionibus, et Provincia decedere, atque in Europam reverti. Et ne in re adeo gravi intentatum aliquod remedium relinqueretur, terminum annorum trium constituit, intra quem Superiores Generales prædicti tenerentur certis authenticisque documentis Sedi Apostolicæ plenam atque integram Decretorum Literarumque observantiam indubitata probare, atque præsertim exempla jurisjurandi, ut præfertur, præstandi, propria uniuscujusque Missionarii manu, cujuscumque fuerit Instituti, subscripta exhibere.

A 1110  
1744.

Ac de  
juramenti  
præstiti  
exemplis  
infra  
trien-  
nium San-  
ctæ Sedi  
repræsen-  
tandis.

§. 21. His ita constitutis, atque mandatis **Episco-** obtemperantes omnes Episcopi, et Missionarii **pi, et Mis-** Apostolici Regnorum Madurensis, Mayssurensis, **sionarii** et Carnatensis, nominatimque, qui pridem **obtempe-** contra Cardinalis Tournonii Decretum steterant, **rant, et** fide data, sacramentoque interposito, exactam, **juramen-** integram, absolutam, inviolabilem observantiam **ta sub-** Literarum, quarum superius exemplum inser- **scripta** tum est, quodque incipit, *Compertum explora-* **exhiben-** *tumque*, promiserunt, secundum formulas aliis **turSS.Do-** in Literis Pontificiis expressas, quæ pariter **mino No-** enuntiatae jam sunt, quæque incipiunt, *Con-* **stro.** *credita Nobis Dominici Gregis*. Utque suum Nobis ad Pontificatus apicem evectis, Sanctæque Sedi fidele obsequium, et submissionem certo probarent argumento, ad manus nostras exempla reddi curarunt solemnis jurisjurandi, quod singuli præstiterunt.

*Tom. II.*

S

PONT.

A. V. Qui reli-  
qua ad huc  
dubia cum  
consilio  
Congre-  
gat. S. Of-  
ficii defi-  
nire sta-  
toit.

§. 22. Hunc igitur fructum ex prudenti constantique, quam hactenus recensuimus, Prædecessorum Nostrorum agendi ratione Nobis colligere datum est; neque jam temere vide-  
mur hanc animo spem concepis-  
se, ut quæcum-  
que dubia super executione eorum, quæ ab  
iisdem Prædecessoribus præscripta memoravi-  
mus, adhuc reliqua sunt, resolutis, ut infra,  
propositis quæstionibus, penitus submoveantur:  
omnesque demum inter sacros istarum Regio-  
num Operarios dissensiones, et controversiæ  
compositæ conticescant, atque Apostolica man-  
data et Decreta, quæ, gravi præmissa ponde-  
ratione, ac de consilio Venerabilium Fratrum  
Nostrorum in tota Republica Christiana in ne-  
gotiis Fidei Generalium Inquisitorum specialiter  
deputatorum, aliorumque Virorum pietate ac  
doctrina præstantium, harum serie edituri su-  
mus, pari obedientiæ alacritate ab omnibus  
istarum Partium Missionariis excipiantur, ac  
debitæ executioni demandentur.

Missio-  
nariorum  
postulata.

§. 23. Nonnulli siquidem, postquam Literis  
professi sunt servatas ab se fuisse Apostolicas  
Literas *Compertum exploratumque*, seque accu-  
satos idcirco perperam fuisse tamquam refrac-  
tarios; affirmantes nihilominus, in maximas  
atque extremas animi angustias se esse con-  
jectos, ob Jurisjurandi religionem, ob excom-  
municationis periculum, aliasque gravissimas  
pœnas, quibus inobedientes, legive repugnan-  
tes inevitabili nexu obligati sunt atque obnoxii;  
communi illorum omnium nomine qui in pari  
muneris et periculi societate versantur, ad sub-  
levandas suas, ut ajunt, oneratas trepidantes-  
que conscientias, atque ad plurimorum Chri-  
stianorum salutem, qui recenter conversi per-  
secutionum procellis assidue conflictantur, in  
tuto collocandam, tria a Nobis flagitarunt.

I. Super  
tollendis  
censuris,  
et jura-  
mento.

§. 24. Primum illud est, ut onere subleventur (quod quidem onus gravissimum, intol-  
randumque appellant) tot juramentorum, cen-  
surarumque, quibus inextricabilibus veluti la-

queis eorum conscientiæ vincuntur, quibusque fit, ut propriæ amittendæ salutis periculo expositi, de aliena procuranda cogitationem prope omnem deponere cogantur.

ANNO  
1744.

§. 25. Alterum, ut dispensatio aliàs concessa super insufflationum, atque salivæ ritu, in Sacramento Baptismatis ministrando, prorogetur, eo vel maxime, quod non tali lege sit hujusmodi ritus inductus in quo dispensatio locum habere non possit; imo, ut ea concedatur necessarium esse ajunt, ad conservandam propagandamque disseminatam jam ac diffusam Fidem in vastissimis illis Regionibus, quarum Incolæ ingenito veluti horrore, seu potius inventerato et communi præjudicio, ita salivam aversantur, ut de eo evellendo prope jam sit ab eis desperatum.

II. Ut prorogetur dispensatio super commissione Sacramentalium in Baptismo conferendo.

§. 26. Tertium, ut aperta, atque plana tradatur interpretatio præcepti a Cardinali Tournonio Missionariis gravissime injuncti, atque ab Apostolica Sede confirmati, eisque inculcati, ut abjectissimum hominum genus, vulgo *Pareas*, minime deserant, sed cum domi aliquo morbo laborantes detinentur, eos invisant, eisque, cum opus fuerit, Sacramenta ministrent, omnibusque erga eos charitatis atque pietatis officii defungantur. Nam, sine aliqua præfati Decreti declaratione, perniciem eis, qui Christianæ Religionis nomen dederunt, imminere prorsus arbitrântur, Gentiliumque ad Fidem conversionem impossibilem penitus evasuram. Itaque eorum salutem providendum esse rentur, non adigendo Sacros Operarios ad ingrediendum eorum Domos, quod certe ut asserunt, exitio Missionibus foret, sed alia ratione; atque ea potissimum, quam ipsi primo induxerunt, quaque usi sunt post Apostolicas etiam Literas promulgatas, quarum initium *Comperitum exploratumque*, obtentu verbalis cujusdam declarationis, quam ipsis suis Missionum Procurator significaverat.

III. Ut detur explicatio Articuli de assistentia Parris præbenda.

Juxta prætensum vivæ vocis oraculum Clementis XII.



**POST.** §. 27. Rumore itaque ad Nos allato de hujusmodi vocali declaratione, quæ Clementi A. V. Papatæ XII. Prædecessori nostro tribuebatur, et cujus etiam exemplum monumentumque in Actis, et Tabulario Sanctæ Inquisitionis relatum fuisse atque reconditum ferebatur, exemplum monumentumve hujusmodi diligentissime exquiri mandavimus. Cumque illud nusquam inventum sit, longa licet atque exactissima indagine investigatum; cum etiam Administri, quorum custodiz mandatum fuerat, ea de re per Nosmetipsos interrogati, nihil hujusmodi a se visum, nihil auditum fuisse, et nunquam ad se pervenisse prædictam declarationem, proptereaque et in actis, et in Archivo desiderari, constanter et indubitate affirmaverint: cum denique ipsius Nostri Prædecessoris ea de re mentem atque sententiam, in Apostolicis ejus Literis supra relatis luce ipsa clarius expressam, exploratamque haberemus; totum hoc gravissimum et inveteratum negotium, cum approbatione et consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Generalium Inquisitorum, ut supra, deputatorum, tandem dijudicare ac definire deliberavimus. Auditisque propterea tum eorundem Venerabilium Fratrum Nostrorum, tum etiam Consultorum sententiis, ac rursus ad trutinam revocatis et coram Nobis multum diuque perpensis atque discussis moderationibus illis, quas postularunt a Nobis illi, qui duram atque difficilem Decretorum toties enunciatorum integram absolutamque observantiam existimarunt, in hunc, qui sequitur, modum, statuimus, atque decrevimus.

Quod tam in omnibus nunquam constitutum decernitur.

Et Pontifex, eo non attento, circa relatas questiones statuit, ut infra.

L. Juramentum præstari et servari jubet et censuras

§. 28. Ac primo quidem, animadvertentes impositam Jurisjurandi legem esse veluti saluberrimum antidotum extinguendo gliscentium litium, discordiarumque veneno, aptissimumque ad cohibendam licentiam libertatemque opinandi, interpretandi, agendi denique prohibito in re tam gravi et periculosa, frænum existere; Censuras quoque a prædicto Clemente

XII. Prædecessore Nostro in enunciatis Literis, incipientibus *Concredita Nobis* constitutas, ad solos dumtaxat pertinere Apostolicæ legis præceptorumque violatores, easdemque in hujusmodi tantum refractarios, quorum animos neque Ecclesiasticæ mansuetudinis officia, neque paternæ admonitionis charitas vincere, aut inflectere ullo modo possent, justissimam pœnam esse et fore reputantes; non solum inopportuno censuimus, Jusjurandum aliqua in parte remittere, aut moderari Censuras, quod primo fuit ab illis propositum; verum etiam, de prædicto consilio et assensu, ac de plenitudine Potestatis a Deo Nobis concreditæ, illud illasque probamus, confirmamus, et innovamus, illudque, et illas omne robur et firmamentum, omnemque vim et efficaciam in posterum semper habere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit inviolabiliter et inconcusse observari decernimus et jubemus.

§. 29. Quod autem attinet ad secundam postulationem, de proroganda supradicta dispensatione, quam Prædecessor Noster in decennium concessit, ut scilicet per id temporis, in Sacramento Baptismatis conferendo; salivæ usu abstinere, et sacras insufflationes in occulto adhibere liceret, non tamen hoc generatim, neque indistincte, sed ubi gravis aliqua et certa necessitas postularet, ut luculentius in ejusdem Literis Apostolicis, quarum initium *Compertum, exploratumque* expressum est; Nos declarare satis non possumus, quam ægre feramus, quod nullis adhuc certis indiciis aut argumentis cognoscere potuerimus, utrum Missionarii per id decennii tempus, quod jam elapsum esse dignoscitur, ad Apostolicarum Literarum præscriptum, in eo pro viribus elaboraverint, atque ea, qua per erat, fide, ac diligentia, omne suum studium, operamque adhibuerint, ut vanus ille horror, et parum æqua aversatio præ-

ANNO  
1744.

II. Queritur doctum non esse de observantia Decreti Clementis XII. circa Sacramentalia in Baptismo adhibenda.

**PONT.** §. 27. Rumore itaque ad Nos allato de hujusmodi vocali declaratione, quæ Clementi A. V. Papæ XII. Prædecessori nostro tribuebatur, et Quod tam in Oraculum nunquam emanatum declaratur.

Et Pontifex, non attento, circa relatas quaestiones statuit, ut infra.

atque reconditum ferebatur, exemplum monumentumve hujusmodi diligentissime exquiri mandavimus. Cumque illud nusquam inventum sit, longa licet atque exactissima indagine investigatum; cum etiam Administri, quorum custodia mandandum fuerat, ea de re per Nosmet ipsos interrogati, nihil hujusmodi a se visum, nihil auditum fuisse, et nunquam ad se pervenisse prædictam declarationem, proptereaque et in actis, et in Archivo desiderari, constanter et indubitate affirmaverint: cum denique ipsius Nostri Prædecessoris ea de re mentem atque sententiam, in Apostolicis ejus Literis supra relatis luce ipsa clarius expressam, exploratamque haberemus; totum hoc gravissimum et inveteratum negotium, cum approbatione et consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Generalium Inquisitorum, ut supra, deputatorum, tandem judicare ac definire deliberavimus. Auditisque propterea tum eorundem Venerabilium Fratrum Nostrorum, tum etiam Consultorum sententiis, ac rursus ad trutinam revocatis et coram Nobis multum diuque perpensis atque discussis moderationibus illis, quas postularunt a Nobis illi, qui duram atque difficilem Decretorum toties enunciatorum integram absolutamque observantiam existimarunt, in hunc, qui sequitur, modum, statuimus, atque decrevimus.

**I. Jura-** §. 28. Ac primo quidem, animadvertentes mentum præstari et servari jubet et censuras confirmat

impositam Jurisjurandi legem esse veluti saluberrimum antidotum extinguendo gliscentium litium, discordiarumque veneno, aptissimumque ad cohibendam licentiam libertatemque opinandi, interpretandi, agendi denique prohibito in re tam gravi et periculosa, frænum existere; Censuras quoque a prædicto Clemente

XII. Prædecessore Nostro in enunciatis Literis, incipientibus *Concredita Nobis* constitutas, ad solos dumtaxat pertinere Apostolicæ legis præceptorumque violatores, easdemque in hujusmodi tantum refractarios, quorum animos neque Ecclesiasticæ mansuetudinis officia, neque paternæ admonitionis charitas vincere, aut inflectere ullo modo possent, justissimam pœnam esse et fore reputantes; non solum inopportuno censuimus, Jusjurandum aliqua in parte remittere, aut moderari Censuras, quod primo fuit ab illis propositum; verum etiam, de prædicto consilio et assensu, ac de plenitudine Potestatis a Deo Nobis concreditæ, illud illasque probamus, confirmamus, et innovamus, illudque, et illas omne robur et firmamentum, omnemque vim et efficaciam in posterum semper habere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit inviolabiliter et inconcusse observari decernimus et jubemus.

§. 29. Quod autem attinet ad secundam postulationem, de proroganda supradicta dispensatione, quam Prædecessor Noster in decennium concessit, ut scilicet per id temporis, in Sacramento Baptismatis conferendo, salivæ usu abstinere, et sacras insufflationes in occulto adhibere liceret, non tamen hoc generatim, neque indistincte, sed ubi gravis aliqua et certa necessitas postularet, ut luculentius in ejusdem Literis Apostolicis, quarum initium *Compertum, exploratumque* expressum est; Nos declarare satis non possumus, quam ægre feramus, quod nullis adhuc certis indiciis aut argumentis cognoscere potuerimus, utrum Missionarii per id decennii tempus, quod jam elapsum esse dignoscitur, ad Apostolicarum Literarum præscriptum, in eo pro viribus elaboraverint, atque ea, qua per erat, fide, ac diligentia, omnium suum studium, operamque adhibuerint, ut vanus ille horror, et parum æqua aversatio præ-

ANNO  
1744.

II. Queritur doctum non esse de observantia Decreti Clementis XII. circa Sacramentalia in Baptismo adhibenda.

**P O N T.** dictorum Sacramentalium, quæ Gentium illarum animis insidere fertur, sensim emendata, demum ab eisdem penitus deponeretur. Nemo quippe ignorat, Sacramentalium, de quibus agitur, usum, sive institutionis antiquitas, ex qua Ritus illi in Ecclesiam derivati sunt, sive multiplex mysteriorum significatio, quæ in illis continetur, sive demum Romanæ Ecclesiæ omnium Magistræ spectetur autoritas, quæ eisdem in suis Ritualibus receptos inviolabiliter observari præcepit, jure, ac merito venerandum esse, præcipuoque semper in honore habendum, consequenter incapacem prorsus recipiendæ Baptismatis Gratia eum esse, qui falso sibi persuaserit, insufflationes, atque salivam aptam haud esse materiam Sacramentalium caeremoniarum, gravissimique piaculi expertem non futurum, qui sic opinanti conferre illud auderet.

**Super**  
quibus ne  
fas est Ca-  
thecume-  
nos errare

§. 30. Et quamquam exploratum esset, Gentes illas hoc pravo errore minime detineri, sed ob id tantum a prædictorum Sacramentalium usu abhorrere, quod ingenita quadam, ut ferunt, aversione salivam, anhelitumque abominentur; non minori tamen industria Sacris Ministris adnitendum est, ut ex eorum animis perperam conceptum horrorem, ineptamque aversionem eliminant atque ablegent: aliter timendum merito esset, ne illarum Regionum Neophiti, confirmata in ipsorum mentibus hujusmodi abominatione, eo usque desipiant, ut eandem etiam transferant ad miracula, quæ per salivam Christus Redemptor Noster edidit; ipsumque propterea miraculorum et salutis nostræ Auctorem, quo nihil profecto magis impium excogitari potest, aversentur. Utque alia prætereamus, illud tandem non diutius est differendum, ut in Regnis Madurensi, Mayssurensi, et Carnatensi, Baptismi Sacramentum rite sancteque ministratur, iisdem adhibitis Sacramentalibus, et caeremoniis, quibus Romana utitur Ecclesia, ex qua ad Gentes illas Fidei lux propagata est,

dediscantque tandem novelli Regionum illarum Fideles id horrere, quod Deus dignatus est facere. ANNO 1744

§. 31. Verumtamen, ut memorata Sacramentalium prædictorum abominatio suaviter, leviterque ex eorum animis divelli possit, neve hujusmodi lex, quæ Sacramentalium usum præscribit, ad nimiam in specie severitatem exacta, eas adducere calamitates videatur, quæ ex illa, tamquam e fonte, in Ecclesias atque Missiones dimanaturæ denunciantur; Nos enarratis de causis dispensationem, quam prædecessor Noster in Literis jam relatis concessit, iterum concedendam, prorogandamque decrevimus in aliud decennium, quod a die datæ præsentis Nostræ Apostolicæ Constitutionis est inchoandum.

§. 32. Ex quo fas est intelligere, non eam esse aut fuisse nostram et Apostolicæ Sedis sententiam, quod scilicet nullus dispensationi locus esse possit in hujusmodi Sacrorum Rituum, et Sacramentalium materia, nec ulla dispensandi necessitas, aut sufficiens causa unquam valeat allegari. Verum, quum ex rationibus superius allatis, ullo pacto permitti valeat, venerabiles adeo Ritus, ac traditum a Patribus, sancteque ab Ecclesia servatum hujusmodi Sacramentalium usum, penitus aboleri; vel eorum contemptui, aut erroribus circa eadem inducendis, vel jam conceptis amplius confirmandis, occasionem præberi; idcirco omnibus dictorum Regnorum Missionariis districte præcipimus, ut hac dispensatione benigne a Nobis indulta, non nisi certis in casibus, et cum gravis id necessitas postulabit, de quo eorum conscientiam oneramus, utantur, nec nisi in prædictis casibus salivæ usum in administratione Baptismatis possint omittere, et occultas adhibere insufflationes; modo ii, qui se baptizandos offerunt, in ea non sint opinione, ut credant salivam, atque insufflationes hujusmodi ineptam esse, atque indecentem Sacramentalis Ritus mater-

Concedit  
proroga-  
tionem:  
dispensa-  
tionis ad  
aliud de-  
cennium  
a die datæ  
præsen-  
tium.

Præscri-  
bit Epi-  
scopis, et  
Missiona-  
riis quo-  
modo ea  
uti de-  
beant.

Et, ut  
Malaba-  
res in hac  
materia  
perperam  
opinantes  
ad Baptis-  
mum non  
admit-  
tant.

**PONT.** riam; qui enim adeo falsa, atque distorta per-  
**A. V.** suasionem imbuti essent, tamquam indigni, et  
 incapaces Sacramenti Baptismatis licite susci-  
 piendi, ab eo repellendi essent. Volumus au-  
 tem, atque omnibus et singulis prædictorum  
**Atque inter-** Regnorum Episcopis et Missionariis in virtute  
**ierim eos** sanctæ obedientiæ præcipimus, et expresse ju-  
**instruere** bebimus, ut et communibus studiis atque consi-  
**curent.** liis, et singuli pro virili parte, intra præfinitum  
 decennii tempus, omnibus viribus nervisque  
 contendant, et quemadmodum fuerat eisdem a  
 sanctæ memoriæ Prædecessore Nostro impera-  
 tum, non intermissis laboribus assidue curent,  
 ut ex illarum Gentium animis errorum tenebræ,  
 malesanæque opiniones, quibus obæcantur, et  
 miserrime detinentur, penitus discussæ, ac ra-  
 dicitus evulsæ eliminentur. Ut vero indultum,  
 prorogatumque a Nobis tempus, sanctissimis  
 Romanæ Ecclesiæ cæremoniis prædictis, quæ  
 tamdiu a Sede Apostolica commendatæ atque  
 inculcatæ fuerunt, facilius apud Nationes illas  
 inæinuandis vere conducatur, utque ulterior hu-  
 jusmodi Rituum prætermisio (quam tamen ex-  
 tra veræ necessitatis casus, ut supra, nullate-  
 nus concessam aut licitam esse, iterum decla-  
 ramus.) æmendandis Populorum erroribus, atque dif-  
 ficultatibus augendis confirmandisque ansam  
 non præbeat; universis Gentium illarum Epi-  
 scopis, et Missionariis prædictis notum esse  
 volumus, hoc exacto decennio, nullis aut præ-  
 ceptis, aut rationibus, quæ porrigi, proferri-  
 que unquam possent, aliam denuo prorogationem  
 concessam iri.

**Absque**  
**spe ulte-**  
**rioris dis-**  
**pensatio-**  
**nis.**

**III. De-**  
**cretum**  
**Card.**  
**Tourno-**  
**nii circa**  
**Pareas ju-**  
**stum, et**  
**necessa-**  
**rium de-**  
**clarat.**

§. 33. Ad tertium denique quod pertinet po-  
 stulatum, ut nempe apertius atque districtius  
 declaretur Decreti articulus, quo laudatus bonæ  
 memoriæ Carolus Thomas Cardinalis Tournonius  
 sancivit, ut Missionarii ad Pareas ægrotantes ac-  
 cedant, ut Sacramenta desiderantibus etiam  
 domi administrant, ut denique illis omnia præ-  
 stent spiritualia subsidia, quæ Charitas, Reli-  
 gio, et Officii ratio Evangelicis Operariis, nulla

Анно  
1744.

discrimine, nulloque respectu, Fidelibus universis, adversa præsertim valetudine conflictatis, administranda præscribunt: nemo profecto non videt, quantumvis maximæ proponantur, difficultates, in quas incurrere Missionarii se posse dicunt, si huic præcepto tam justo, tam sancto parere velint; ferendum tamen nullo modo esse quod Casas humiliorum hujusmodi hominum ex morbo decumbentium subire recusent, atque illos in summo etiam vitæ discrimine, aut Sacramentis omnino carere sinant, aut saltem eorundem percipiendorum maximam illis ingerant difficultatem. Nulla etenim apud Deum est personarum acceptio; nec ullum despiciere fas est eorum, quos Unigenitus Dei Filius per novam generationem sibi conjunctos, non confunditur Fratres vocare; quin immo *elegit Deus pauperes in hoc Mundo, divites in Fide, et hæredes Regni, quod repromisit diligentibus se.* Quæ qui contemnunt, exhonorentes pauperem, et Fratrem humilem confundentes in humilitate sua, hi porro longe nimis discedunt a doctrina, et exemplo Christi Domini Salvatoris Nostri, qui Nos, non Divina tantum voce, sed magnis etiam atque illustribus factis edocuit, quanti apud Nos esse debeant, qui pauperes, atque abjecti per Mundi insaniam vocantur: *ecce enim, agebat S. Gregorius Pontifex Maximus, ire non vult Filius Dei ad Filium Reguli, et tamen venire paratus est ad salutem Servi. Certe si nos cujuspiam Servus rogaret, ut ad eum ire deberemus, protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita responderet, dicens: non eas, quia temetipsum degeneras, honor tuus despicitur, locus vilescit. Ecce de Cælo venit, qui Servo in Terram occurrere non despicit.*

Idque confirmat ex Sacris Scripturis, et Patribus.

§. 34. Quare ut gravissimo huic malo remedium afferrent Prædecessores Nostri Romani Pontifices Gregorius XV., Alexander VII., et Clemens IX. in suis Apostolicis Literis die xxxi. Januarii Anni MDCXXIII., die xviii. Jan. Anni

Prædecessorum super eo præcepta renovat, et non-



**PONT. MDCLVIII.**, et die **XIII. Sept. An. MDCLXIX.**  
**A. V.** respective datis, omni animorum contentione,  
 dum im- atque zelo obtinere curarunt (quod et Nos  
 pleta do- eorum vestigiis inhærentes summopere opta-  
 let. mus, et quantum in Domino possumus; di-  
 stricte præcipimus, et mandamus), ut Nobiles  
 cum Plebeis in unam eandemque Ecclesiam con-  
 venientes, una simul Divini verbi pabulo refi-  
 cerentur, et Ecclesiæ Sacramenta reciperent,  
 utque Missionarii Regnorum, Provinciarumque  
 Orientalium Indiarum, sui officii memores, ita  
 animo essent comparati atque dispositi, ut non  
 secus ac Nobilibus, abjectis quoque, et infimæ  
 sortis hominibus, in iis, quæ ad spiritualem  
 eorum profectum pertinent, præsto essent, il-  
 lisque in propriis etiam domibus, etsi humilli-  
 mis ac sordidis, Sacrum Viaticum ministrare  
 minime recusarent. At, quod maxime Nos an-  
 git, sive ob immodicum illum horrorem, quo  
 clâro genere nati infimæ Plebis homines, ut  
 fertur, ita aversantur, ut vel illorum conta-  
 ctu se commaculari, nobilitateque, et gradu  
 cadere sibi persuadeant, (qui tamen horror cum  
 sit Christi lege damnatus, e Christianorum ani-  
 mis omnino est eliminandus); sive ob patrias  
 leges, imperiaque Regum idololatrarum, qui-  
 bus Christiani in iis Regionibus subjecti sunt,  
 aliave tandem de causa id evenerit; frustra certe  
 fuerunt Prædecessorum nostrorum consilia, pa-  
 ternæ exhortationes, præcepta demum, queis  
 uti sunt, ut infimi hujus generis hominum con-  
 versioni ac saluti procurandæ, quantum opta-  
 verant, plene consulerent, atque providerent.  
 §. 35. Cum vero et Nos, Christi Domini do-  
 cumentis, Prædecessorumque Nostrorum exem-  
 plo excitati, anxie cogitaremus, qua ratione  
 illud tandem reipsa consequi possemus, quod  
 eisdem Prædecessoribus Nostris tantopere cordi  
 fuit; opportune accidit, ut Societatis Jesu Mis-  
 sionarii, quorum villicationi Regnorum Madu-  
 rensis, Mayssurensis, et Carnatensis Missiones  
 potissimum concreditæ sunt, postquam decla-

Missio-  
 narii So-  
 ciet. Jesu  
 propo-  
 nunt Pon-  
 tifici se  
 aliquos  
 deputatu-  
 ros ad præ-  
 cipuam Pa-  
 rearum  
 curam.

rari a Nobis articulum de Pareis postularunt, paratos se Nobis obtulerint, pollicitique sint. (modo id Nos ipsi probaremus) certos aliquos delegare Missionarios, qui Pareis convertendis, dirigendisque præcipue dent operam. Quod quidem eorum consilium, quo Parearum conversioni et saluti satis bene consultum fore confidimus, paterno gaudio suscipientes, pro temporum circumstantiis probandum, commendandumque esse duximus, oblationisque Nobis factæ, ac religiosi promissi exemplum ab eorum Præposito Generali subscriptum, in hujus Romanæ, atque Universalis inquisitionis Tabularium referri, perpetuoque asservari mandavimus.

ANNO  
1744.

Pontifex  
id probat.

§. 36. Præmonemus itaque in primis Partium illarum Missionarios universos, ut quæ Apostolici eorum ministerii erga Fideles omnes ex Divina institutione potissimæ partes sunt, minime obliviscantur; ac serio perpendentes, quod inter eos, qui filii Dei sunt, per Fidem quæ est in Christo Jesu, juxta doctrinam Apostoli, jam non est servus neque liber, non est masculus neque foemina, sed omnes unum sunt in Christo Jesu; quod ipse quoque Salvator noster a Deo Patre suo postulaverat pro omnibus, qui credituri erant per verbum Discipulorum in ipsum, rogans nimirum: *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in Nobis unum sint, ut credat Mundus, quia tu me misisti*; novos credentes instruant, oportere illos eo mutæ charitatis vinculo inter sese colligari, ex qua veluti tessera, et Divini Filii ab æterno Patre missionem, et Christianæ Religionis veritatem facile Gentiles agnoscant.

Et charitatem erga omnes inculcat ex doctrina Apostoli, et ipsius Christi.

§. 37. Deinde vero tot statim pro Pareis Missionarios deputari volumus et præcipimus, quot necessarii, et re ipsa sufficientes reputabuntur, pro eorum debita cura singulis in locis exercenda; qui peculiari studio eorundem domos, ubi ægrotant, pro viribus petant, ad eos invisendos, ac piis sermonibus, ac precibus,

Jubet deputari sufficientem numerum Missionariorum, qui Pareis assistant.

**P O N T.** Sacramentorumque pabulo recreandos, eosque  
**A. V.** demum in extremo vitæ discrimine constitutos  
 sancto infirmorum Oleo deliniendos, absque Per-

Et alios sonarum, aut sexus exceptione. Ubi vero con-  
 aliorum tingerit præfatos Missionarios ad Parearum curam  
 loco sub- præcipue deputatos, aut eorum aliquem e vivis  
 rogari. excedere, vel alio abire; alterum alterius loco  
 continuo subrogari mandamus; et intra spatium  
 quinquennii a die datæ præsentium, certissima  
 atque authentica documenta de mandatorum  
 nostrorum executione Apostolicæ Sedi reddi de-

Et de bere præcipimus; Quod si intra quinquennii  
 hujus De- spatium hujusmodi documenta reddita minime  
 creti im- fuerint, vel iis redditis, minime constiterit alios  
 plemento Missionarios ad præcipuam illam Parearum cu-  
 doceri in- ram exercendam subrogatos fuisse in eorum  
 tra quin- locum, quos vel obiisse, vel alia de causa offi-  
 quen- cio deesse contigerit; tum etiam, si intra spa-  
 nium, et tium annorum decem, omnes non fuissent ad-  
 de supe- hibitæ diligentia, quæ tam a Prædecessoribus  
 niori in- tra- hibitæ diligentia, quæ tam a Prædecessoribus  
 decen- nium. nostris, quam a Nobis ipsis superius præscriptæ  
 sunt, ad evincendum expellendumque horro-  
 rem, quo Gentes earum Regionum insufflationes  
 atque Salivam in Sacramenti Baptismatis ad-  
 ministratiōe, et susceptione, aversari dicuntur:  
 de quo tamen minime dubitare Nos sinit  
 filialis obedientia, quam si præ cæteris Missionariis  
 in Apostolicam Sedem se profiteri gloriantur;  
 aut denique si omnes adhibitæ diligentia frustra  
 cessissent: quod secus fore confidimus, dum  
 mentis nostræ oculos ad Misericordiarum Patrem,  
 totiusque consolationis Deum, cujus agitur causa,  
 convertimus; in quemcumque eventum, ne Missiones  
 illas tot Virorum laboribus ac sanguine fundatas desera-  
 mus, a quo sane longissime absumus; decernimus,  
 et mandamus, ut alii Missionarii sive Sæculares,  
 sive Regulares, ex alio cœtu, vel instituto,  
 in ea Regna mittantur; ut experiamur num  
 Deus, cujus incomprehensibilia sunt judicia,  
 in aliorum Operariorum villicationem divitias  
 misericordiæ suæ effundere decreverit,

Alias nos  
 vos Mis-  
 sionarios  
 in ea Re-  
 gna mit-  
 tendos  
 statuit.

eorumque labore, atque industria illos fructus in præfatis Regionibus et Gentibus producere, quos Missionariorum nunc ibi laborantium sudoribus, nulla licet ipsorum culpa vel omissione, consequi non potuerimus.

§. 38. Et quamquam confidimus Missionarios nunc et pro tempore ibi existentes, pro suo erga Apostolicam Sedem obsequio, ab excitan- dis turbis alienos futuros, nec ullum jussioni- bus Nostris obstaculum aut impedimentum alla- turos, si dum ipsi in iis Regionibus commo- rantur, eo novi Missionarii accederent, ibique versarentur; tamen quoniam Apostolici mune- ris id a Nobis ratio exigit, ut caveamus pericu- la, quæ Christianæ charitati offendiculo esse possent; hinc est, quod Societatis Jesu Missio- nariis, qui in Madurensi, Mayssurensi, et Car- natensi Regnis tunc erunt, virtute sanctæ obe- dientiæ jubemus atque præcipimus, ut quicum- que casus ex supradictis evenerint, quo vel omnia, vel aliqua ex his, quæ per præsentem Literas Nostras circa præmissa decrevimus et observari mandavimus, intra præfinitum respec- tive tempus, integre, exacteque, ut par est, impleta non fuerint, sive id ex eorum facto, sive ex omissione, sive ex prava, et contra li- teralem earundem præsentium sensum distorta mentis et voluntatis nostræ interpretatione, sive demum ex qualibet alia causa etiam de necessitate exprimenda, id contigerit; statim, relictis prædictarum Regionum Missionibus, quarum in iis Regnis exercendarum, et quo- cumque titulo, etiam deputatorum ab Episcopis, seu Ordinariis Locorum, aut simplicium suæ Religionis Presbyterorum, seu quolibet alio co- lore prosequendarum, jure omni, officio, et facultate ex eo tempore in posterum jam nunc eos a Nobis privatos, et imminutos declaramus, atque ex nunc prout ex tunc, et e contra, au- ctoritate Apostolica, et earundem præsentium tenore privamus, et imminuimus, illico, non expectata alia nostra, et Sedis Apostolicæ de-

Et supra-  
dictos in  
Europam  
reverti ju-  
bet, sub-  
lata eis-  
dem fa-  
cultate  
exercendi  
Missiones

PONT. claratione, jussione, aut sententia, in Europam  
 A. V. revertantur, uberiores, ut speramus, in hisce  
 Partibus fructus relaturi.

Recen- §. 39. Demum, etsi ii Missionarii, qui mo-  
 senturalii derandas censuras, dispensandum super insuf-  
 abusus in flationum, et Salivæ Ritu in Sacramento Bapti-  
 iis Missio- smatis administrando, atque articulum de Pareis  
 nibus, ut declarandum postulaverunt, nil difficultatis præ-  
 fertur, setulerint circa alia capita Decreti prædicti  
 perseverantes. Caroli Thomæ Cardinalis Tournonii, et Aposto-  
 licarum Literarum Clementis Papæ XII., qua-  
 rum initium *Compertum, exploratumque*; ex  
 aliorum nihilominus Literis ingenti Nostro do-  
 lore accepimus, ex Missionariis alios esse, qui  
 nulla habita interdicti a præfato Cardinali  
 Tournonio lati, amplissimeque a Prædecessore no-  
 stro confirmati ratione, eo usque progrediuntur,  
 ut Christianis Mulieribus gestare permit-  
 tant monile collo suspensum, contracti tesseram  
 Matrimonii quod Regionis illius lingua *Taly* de-  
 nominatum, effigiem quamdam habet informem  
 Idoli, quod profanis earum Gentium nuptiis  
 præsidere fertur; ipsisque pariter Fidelibus,  
 quo tempore ab illis nuptiæ celebrantur, per-  
 mittant fructum, vulgo *Cocco* nuncupatum,  
 frangere, ad hoc ut futurorum inde auspicia  
 vel fausta, vel infausta desumant: Mulieribus  
 demum, cum mensibus detinentur, Templi ac-  
 cesso, et salutari Pœnitentiæ Sacramento inter-  
 dicant. Quamobrem Nos animo reputantes, quam  
 sit execrandum, Mulieres illas, quæ sub Crucis  
 vexillo militant, ornatas incedere hujusmodi  
 insignibus, quæ aut Idololatriam importent,  
 aut de Gentilitatis superstitione suspecta sint,  
 prout dubio procul est memoratum *Taly*, ne-  
 cessario proinde damnatum: quamque Christi-  
 fideles dedeceat, ritus, cæremoniasque sequi,  
 vel imitari, ethnicam superstitionem redolentes,  
 qua certe non vacat illa nuptiarum tempore  
 in prædictis Regionibus usitata præfati *Cocco*  
 diffractio, quæ idcirco jure et merito pariter  
 reprobata dignoscitur; quam denique justum

Gestatio  
 TALY.

Fractio  
 Cocco.  
 Denegatio  
 Ingressus  
 Ecclesiæ  
 Mulieri-  
 bus men-  
 struatis.

lique dam-  
 nantur.

sit, mensium tempore minime arcere Templis, et salutari Pœnitentiæ Sacramento fideles Mulieres, quas laudabili praxi admittit Ecclesia, Redemptoris vestigiis insistens, qui sanguinis fluxu laborantem non abjecit: *Si enim*, ut olim scripsit laudatus S. Gregorius Magnus, *in sanguinis fluxu posita laudabiliter potuit Domini vestimenta tangere, cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei non liceat Domini Ecclesiam intrare?*

ANNO  
1744.

§. 40. Hæc inquam reputantes, ac relatis et minime ferendis abusibus pro Apostolici muneri ratione remedium adhibere quam maxime cupientes, mandamus, et virtute sanctæ obedientiæ, tenore præsentis nostræ Constitutionis perpetuæ legis vim habituræ, jubemus atque districte præcipimus universis Episcopis, atque omnibus, et singulis tam Sæcularibus, quam Regularibus ex quocumque sint Ordine, Congregatione, Instituto, nominatimque ex Societate etiam Jesu, in Orientalium Indiarum Regnis Madurensi, Mayssurensi, et Carnatensi existentibus Apostolicis Missionariis, ut omnia et singula, quæ in supra insertis Clementis Papæ XII. Literis, quarum initium *Compertum exploratumque*, quas etiam auctoritate nostra, quatenus opus sit, in omnibus, et per omnia approbamus, confirmamus, et innovamus, contenta sunt, tam quæ supradicta capita respiciunt, quam alia quæcumque per easdem Literas præscripta, et definita, ad eorum normam, quæ idem Prædecessor Noster alteris pariter superius insertis Apostolicis Literis, incipientibus, *Concredita nobis*, constituit et sanxit, non solum ipsi pro virili parte integre, exacte, absolute, inviolabiliter, perpetuoque observent atque adimpleant, verum etiam, quantum in ipsis est, ut ab universis Fidelibus, qui eorum curæ sunt concrediti, exacte serventur et impleantur, omni studio ac viribus curent, atque contendant.

Et injungitur observantia et executio Decretorum S. Sedis, quæ in omnibus confirmantur

**PONT.** §. 41. Denique eosdem Episcopos, et Missionarios omnes rogamus, et obsecramus per Dominum Jesum Christum, et per charitatem Sancti Spiritus, ut nihil aliud sapientes, præter id, quod a Nobis, et a Prædecessoribus Nostris constitutum fuit, salutare Dei, quod per eorum ministerium Regionum istarum Gentibus missum est, pari zelo ac puritate propagare non intermittant; omnique studio dent operam, ut nedum in novellis Christifidelibus veteris hominis vestigia penitus expungantur, deleanturque, verum etiam quæcumque vel symbola, vel imagines, aut figuræ, atque omnis demum species mala, ipsaque veluti umbra, et odor ethnicæ superstitionis ab ipsis eliminantur; illud cogitantes, ejusmodi cæremoniis, vanisque observationibus, quæ Idololatriæ reliquæ sunt, earum Gentium animos inextricabilibus veluti laqueis irretiri, ac vetustos ali confirmarique errores, quibus misere detinebantur. Quod si aliquos Regionum illarum Fideles, veluti parvulos adhuc fluctuantes, Paganorum contemptus, contumelias, aut persecutiones, propter Ecclesiæ præceptorum, et Rituum observantiam, formidare conspexerint; illud ipsis illustre monitum, quod Sanctus Augustinus Ecclesiæ Doctor in pari argumento reliquit, commemorare, atque inculcare non desinant: *Si quæritis, unde vincantur Pagani, unde illuminentur; quodque ad ipsos Evangelii præcones præcipue dictum esse dignoscitur; Si quæritis unde ad vitam vocentur; deserite solemnitates eorum, deserite nugæ ipsorum.*

**Clausulæ** §. 42. Volumus autem, atque decernimus, **efficaces** easdem præsentis Literas, et in eis contenta **pro omni-** quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti Missionarii, eorumque Procuratores, et alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu **moda præ-** habere quomodolibet prætendentes, cujusvis **sentium** status, gradus, ordinis, præminentiae, et dignitatis existant, seu aliàs specifica mentione **executio-** **ne.**

ANNO  
1744.

et expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati et auditi, causæque, propter quas præsentibus emanaverint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ, non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato et inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque, juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari; sed ipsas præsentibus Literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, quibuscumque juris, seu facti defectibus, qui adversus illas, etiam quorumvis a Sede præfata concessorum Privilegiorum prætextu, ad effectum impediendi, seu retardandi earum executionem, quovis modo, seu quavis ex causa opponi, seu objici possent, minime refragantibus, suos plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, easque propterea, omnibus et singulis quomodolibet allatis, seu afferendis impedimentis penitus et omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter et inconcusse servari; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, et præfate Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque prææminentia, et potestate fungentes et functiones, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter

Aliter  
judicari,  
et inter-  
pretari  
prohibe-  
tur, cum  
Decreto  
irritanti.

judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis



**PONT.** auctoritate scienter vel ignoranter contigerit  
**A. V.** attentari.

**Contra-** §. 43. Non obstantibus præmissis, et, qua-  
**riis qui-** tenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apo-  
**buscum-** stolicæ regula *de jure quæsito non tollendo*, aliis-  
**que dero-** que Apostolicis, ac in Universalibus, Provin-  
**gatur.** cialibus, et Synodalibus Conciliis editis genera-  
 libus, vel specialibus Constitutionibus, et Or-  
 dinationibus; necnon quorumcumque Ordinum,  
 Congregationum, Institutorum, et Societatum,  
 etiam Jesu, et quarumvis Ecclesiarum, et aliis  
 quibuslibet, etiam juramento, confirmatione  
 Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis  
 Statutis et consuetudinibus, ac præscriptioni-  
 bus quantumcumque longissimis, et immemo-  
 rabilibus; privilegiis quoque, Indultis, et Li-  
 teris Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus,  
 Institutis, et Societatibus, etiam Jesu, ac Ec-  
 clesiis prædictis, aliisve quibuslibet personis,  
 etiam quantumvis sublimibus et specialissima  
 mentione dignis, a Sede prædicta ex quacum-  
 que causa, etiam per viam contractus, et re-  
 muneracionis, sub quibuscumque verborum  
 tenoribus et formis, ac cum quibusvis, etiam  
 derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus,  
 efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque,  
 et aliis Decretis, etiam motu,  
 scientia, et potestatis plenitudine similibus,  
 seu ad quarumcumque Personarum, etiam Im-  
 periali, Regali, aliave qualibet mundana, vel  
 Ecclesiastica dignitate fulgentium instantiam,  
 aut earum contemplatione, seu aliàs quomodolibet  
 in contrarium præmissorum concessis, editis,  
 factis, ac pluries iteratis, ac quantiscumque  
 vicibus approbatis, et innovatis. Quibus om-  
 nibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti  
 derogatione de illis, eorumque totis tenoribus,  
 specialis, specifica, et individua, ac de verbo  
 ad verbum, non autem per clausulas generales  
 idem importantes, mentio, seu quævis alia ex-  
 pressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma  
 ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac

si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expressè derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 44. Quia vero difficile foret, Literas hujusmodi originales ubique ostendi, et publicari, volumus pariter, et decernimus, illarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eandem prorsus fidem tam in judicio quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 45. Insuper volumus et expresse mandamus, ut eadem præsentis Literæ, seu earum exempla, etiam impressa, notificentur et intimentur omnibus et singulis memoratorum Missionariorum, cujuscumque Ordinis, Congregationis, Instituti, et Societatis, etiam Jesu, Superioribus Generalibus, et Procuratoribus Generalibus, ad hoc ut, tam suo, quam prædictorum eis respective Subditorum, seu inferiorum nomine, ipsas Literas fideliter exequi, et observare spoudeant, actumque sponsionis hujusmodi in scriptis reddant; earum vero exempla prædicta, præter ea, quæ a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, ad Episcopos prædictorum Regnorum, legitime publicanda, de mandato pariter nostro, tansmittentur, iidem Superiores, aut Procuratores Generales pluribus viis, quanto citius fieri poterit, tansmittant ad eosdem suos Subditos, seu Inferiores in Regnis supradictis degentes, cum arctissimis præceptis, easdem Literas, et in eis contenta quæcumque plenarie, et integre, ac vere, realiter, et cum effectu in

ANNO  
1744.

Fides  
præstan-  
da transumptis.

Tenor  
præsentium  
intimetur  
Superioribus  
Missionariorum,  
qui earum  
executionem  
promittant  
a Subditis  
exigent.

Earumque  
exempla ad illos  
transmittant  
cum opportunis  
præceptis

PONT. omnibus, et per omnia similiter exequendi, et  
A. V. observandi.

Ipsæque præsentibus semel publicatæ omnes efficiant. §. 46. Et nihilominus, quocumque modo eorundem præsentium exempla in prædictis Regnis legitime publicata fuerint et promulgata, volumus, ut statim post hujusmodi publicationem, omnes et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde efficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ et notificatæ fuissent.

Sanctio personalis. §. 47. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, declarationum, decretorum, præceptorum, mandati, Statuti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die 12. Sept. 1744. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, pridie Idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

*D. Card. Passioneus.*

*J. Datarius.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 7. Octobris ejusdem anni.*

## APPROBATIO

CVIII.

Cultus ab immemorabili tempore exhibiti B. Nicolao Albergati S. R. E. Cardinali, et Episcopo Bononiæ ex Ordine Carthusianorum.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**Q**UONIAM ita comparatum est, ut ea, quæ Proc. alias accuratissime expensa, et concordibus cum miam. virorum pietate, ac sapientia insignium suffragiis a Nobis ipsis sancita ac decreta fuerint, novis deinceps supremæ Apostolicæ nostræ Auctoritatis documentis approbata, et confirmata, universi Christifideles majori cum fide, constantia, ac veneratione accipere, et debitæ executioni mandare consueverint: Eapropter Decretum, quod nuper super casu excepto a Decretis fel. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri in causa B. Nicolai Albergati edidimus, novo Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communire satagimus. Hujusmodi autem Decretum est tenoris, qui sequitur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

§. 1. *Singulare Divinæ providentiæ consilium Tenor esse videtur, quod Nobis reservaverit initium, Decreti et progressum, quousque fieri potuit, Causæ editi in B. Nicolai Cardinalis Albergati, qui Anno causa B. MCCCCXLIII. decessit: Quo cum Nos et patriam communem, et eundem Cardinalis Titulum Sanctæ Crucis in Hierusalem sortiti sumus; eademque Bononiæ Ecclesia, cujus ipse Episcopus Nicolai.*

POSTR. inauguratus est anno MCCCCXVII., et ad mor-  
 A. V. tem usque gubernavit, Nobis pariter gubernanda  
 tradita est, et ad hanc usque diem gubernamus.

Introductio C. s. 2. Cum in minoribus Promotorem Fidei age-  
 remus, Canonizationis ejus causam inducere ten-  
 23. tatum est. Quod autem tunc perfici minime potuit,  
 id tandem in Congregatione Rituum habita die  
 xx. Julii MDCCXLIV., dilecto filio nostro Card.  
 Pompejo Aldovrandi, tunc Prodatario, nunc  
 Æmiliæ Legato, referente, fuit deliberatum; at-  
 que ejusdem causæ introducendæ, prout moris  
 est, commissio manu nostra perquam libenter  
 signata prodiit.

Processus et sententia Ordinarium super casu excepto a Decr. Urb. VIII. s. 3. Decretis itaque Urbani VIII. Prædeces-  
 soris nostri inhærendo, subjici debebat examini  
 observantia eorundem Decretorum; et cum Nobis  
 compertum esset, in Archiepiscopali Curia Bo-  
 noniensi Anno MDCLI. auctoritate Ordinaria  
 conditum fuisse Processum, in quo varia docu-  
 menta, ac testimonia de observantia prædictorum  
 Decretorum afferebantur; atque inde etiam de-  
 ducebatur, scientia, assensuque Episcoporum  
 Bononiensium publicum cultum fuisse exhibitum  
 B. Nicolao Albergati toto tempore, quod Urbani  
 VIII. Decreta exigunt: præterea Jacobum Bon-  
 compagni Cardinalem Archiepisc. Bononiensem  
 Anno MDCCXXV. sententiam de more pro-  
 nunciasset, qua cultum illum ad formam ipsorum  
 Decretorum exhibitum fuisse comprobabat.

Docu- s. 4. Nos, ut Sanctitatis fama ejusdem Beati  
 menta San- Viri illustrior fieret, et publici ejus cultus fon-  
 ctitatis damenta magis stabilirentur, vitæ illius acta,  
 Beati Viri Jacobo Zeno Episcopo Feltrensi et Bellunensi,  
 Pontificis ejus familiari, conscripta, typis iterum publicari  
 jussu col- læcepimus, et cum Codice Bibliothecæ nostræ  
 lecta, et præcipimus, et cum Codice Bibliothecæ nostræ  
 vulgata. Vaticanæ conferri. Codex autem hujusmodi bene  
 ornatus, et Cardinalis Petri Barbi, qui deinde  
 Pontifex factus Pauli II. nomen assumpsit,  
 stemmata præferens, cui adhuc Cardinali opus  
 illud inscriptum fuerat, multo pretio, et æstima-  
 tione dignus esse videtur, et ad errores aliquot,  
 qui in vetustiores ejus vitæ editiones irrepserant,

ANNO.  
1744.

corrigen-  
dos appri-  
me aptus. Id vero accurate per-  
fecit Constantinus Ruggeri Clericus, nosterque  
familiaris, qui præmemoratæ Vitæ notas addidit.  
Communicatis deinde illi Martini V., et Eugenii  
IV. Apostolicis Brevibus, quæ in Archivio nostro  
peculiari servabantur, in quibus amplissima de  
Sanctitate Vitæ B. Nicolai Albergati testimonia  
continentur; tum etiam ei traditis iis, quæ a  
Nobis alio tempore hac de re collecta fuerant;  
factaque eidem tum ad nostram domesticam Bi-  
bliothecam, tum ad alias hujus Urbis celebriores,  
adeundi potestate, Nos ipsi singulis hebdomadis  
cpus perlegere, et examinare curavimus; præ-  
scripto ordine, quem in eo dirigendo ordinando-  
que haberi volumus; atque hinc post multos la-  
bores ad Jacobi Zeni historiam adjecta sunt præ-  
dictorum, aliorumque Romanorum Pontificum  
testimonia; necnon et Caroli VII. Gallicæ, et  
Henrici VI. Britannicæ Regum, ac plurimorum  
illustrum Italicæ auctorum, inter quos recenseri  
maxime debent S. Antoninus, et Aneas Sylvius;  
tum etiam ex Gallia, Flandria, aliisque Regio-  
nibus Scriptorum: quæ omnia in unum volumen  
ab eodem Constantino Ruggeri collecta, jussuque  
nostro typis in lucem edita hoc ipso anno pro-  
dierunt.

§. 5. His omnibus comparatis, cum in Congre-  
gatione Rituum ordinaria proponendum esset Du-  
bium de observantia Decretorum Urbani VIII.,  
Cardinali Aldrovando absenti nemo alius Cardi-  
nalis fuit a Nobis subrogatus, qui causam illam  
referret: Sed Kalendis Augusti habita coram  
Nobis eadem Rituum Congregatione, Nos ipsi  
Cardinalis relatoris vices supplentes, exposuimus  
primo, Beatum Nicolaum Albergati Bononicæ  
illustri genere natum, in Carthusianorum claustra  
juvenem concessisse; ibique Sanctitatis, ac pru-  
dentis fama in variis Carthusianis Domibus  
Prioris munere functum, Romæ deinde fuisse  
Ordinis sui Procuratorem Generalem: postea  
Bononiensis Ecclesiæ, invitum quamvis, et coac-  
ctum, regimen suscepisse; in quo Ecclesiastica

Causa  
proponi-  
tur in Con-  
greg. Sac.  
Rit., ipso  
Pontifice  
referente.

Relatio-  
nis sum-  
ma. De vi-  
ta et obitu  
S. Nicolai.

PONT.  
A. V.

*vivendi disciplina, largisque eleemosynis, luculentiora dedit Sanctitatis suæ argumenta: quibus accessit invictum robur, quo turbulentis illis Ecclesiæ temporibus, jurisdictionis, et auctoritatis Pontificiæ adversariis fortissime restitit: a Pontifice Martino V. Cardinalium ordini adscriptum, præceptoque adactum, ut eam dignitatem acciperet, sic in eo gradu se gessisse, ut quemadmodum Religiosus religiosæ vitæ, Episcopus religiosi Episcopi, ita Cardinalis factus Cardinalis religiosi exemplar, ac norma extiterit; cum in omni vitæ genere, disciplinam regularem, austeritates, et Carthusiani instituti jejunia constantissime retinuisset: a Sede Apostolica rebus gerendis præpositum, post multos labores, pacem inter Mediolanensem Ducem, Venetos, et Florentinos conciliasse; et post plura in Galliam itinera, nunc Martini V., nunc Eugenii IV. Pontificum jussu, in magno Atrebatensi conventu, inter Carolum Gallicæ Regem, et Philippum Burgundiæ Ducem, præclaram illam pacem, Catholicæ religionis adeo proficuum, firmasse; cum interea singularis Dei providentia ad ejus preces insigne miraculum edidisset, ut Scriptores nonnulli memoriæ prodiderunt. Exposuimus quoque sapientem illius gravitatem, cum communi Sanctitatis opinione conjunctam, in aliis Legati Apostolici muneribus, quæ ille tum in Basileæ, tum in Ferrariæ Conciliis, tum etiam in conventu Principum Germanorum Norimbergensi, præclare sustinuit; præter gravissimum illud Summi Pœnitentiarii, quod apud Pontificem Eugenium IV. gessit: postremo meritis plenum Senis ex hac mortali vita decessisse, communi omnium opinione, ac fama, heroicis virtutibus ornatum; ejusque corpus Florentiam, prout ipse mandaverat, ad Carthusianos fuisse delatum, ubi ad hanc usque diem requiescit: Cum illud Senis Florentiam comitatus fuisset Thomas Sarzanensis, qui deinde Cardinalis, ac paulo post Pontifex factus, Nicolaus V. vocari voluit in memoriam Nicolai Cardinalis Albergati, Viri de*

De ejus  
Sanctitat.  
fama et  
eulta ei-  
dem ex-  
hibito.

ANNO  
1744.

se optime meriti : qui post obitum (ut historici, inter quos ipsemet Thomas, narrant) ei apparuit, ac tristem, mœrentemque hæc ipsa magistri sui et domini morte, recreavit; et inter cœtera, sempiterna felicitate se potiri affirmans, Summum illi Pontificatum prædixit; quem pariter Æneas Sylvius, Pii Secundi nomine, assecutus est : qui ambo fuerant cum eodem Nicolao Albergati obsequio et familiaritate conjuncti. Atque uno verbo diligenter exposuimus quidquid magis egregium, solidumque de B. Nicolao memoriæ proditum erat in Pontificiis diplomatibus, gravissimisque Auctoribus, qui in prædicto volumine fideliter accurateque citantur. Transeuntes inde ad id, quod erat præcipuum, ad qualitatem scilicet, et vetustatem publici cultus, retulimus summa fide, quidquid causæ Postulatores in suis scriptis attulerant, tum etiam illa, quæ Fidei Promotor in suis animadversionibus ex officio opposuerat. Nec fuit a Nobis omissum id, quod ad ejusmodi oppositiones responderi valide poterat : illustratis, et in bono lumine collocatis principiis aliquot, quæ in nostris de Canonizatione Sanctorum Operibus continentur, quibus oppositiones illæ nitentur.

§. 6. Mentem autem nostram minime aperimus; sed sententiis aliorum exquisitis, ingenti animi nostri gaudio audivimus, Cardinales omnes congregatos, communi suffragio, et una voce declarantes, Urbani VIII. decretis obtemperatum prorsus fuisse, quorum vi B. Nicolai causa esset multis nominibus excepta; adeoque veterem ac publicum ejus cultum, legitimum et canonicum esse censendum, nulloque modo iis, quæ in civitatis decretis præscribuntur, adversum. Atque id magis, quod publicus idem cultus tunc cepit, cum Senis corpus ejusdem Beati Viri in Ecclesia S. Augustini fuit expositum, ubi præter totius populi concursum, qui ejus pedes manusque deosculari certabat, Eugenius IV. Pontifex Maximus, inusitato iis temporibus exemplo, ejus funeri cum tota Curia adesse voluit : testatus id

Congr.  
Resolutio  
pro Casu  
excepto  
a Decretis  
Urbani  
VIII.



PONT. *se facere ob ingentem, quam de ejus sanctitate*  
 A. V. *opinionem habebat, per Orbem jam longe lateque*  
*pervulgatam; imo et duarum librarum lapidem,*  
*qui in dissecto ejus corpore repertus est, devo-*  
*tionis causa apud se habere voluit. Addebant*  
*præterea, Cardinalem Gabrielem Paleotti primum*  
*Bononice Archiepiscopum, Nicolai nomen in Bea-*  
*torum, ac Sanctorum Ecclesie sue album retu-*  
*lisse, et Urbanum VIII., ut nonnulli memorant,*  
*affirmasse, delendos non esse ab ejus imagine*  
*radios, et splendores, quos ipse publico decreto*  
*Imaginibus eorum, qui non essent ab Apostolica*  
*Sede Canonizationis, aut Beatificationis honore*  
*donati, apponi prohibuerat, appositosque deleri*  
*jusserat: Postremo Beati Nicolai statuam jussu*  
*nostro in fronte Basilicæ Liberianæ inter alias*  
*aliorum Sanctorum fuisse positam, cujus Basilicæ*  
*ipse fuerat Archipresbyter.*

Pontifex §. 7. *Audivimus hæc omnia singulari animi*  
 Resolutio *nostri lætitia, et in omnibus unanimes, prædi-*  
 nem con- *ctorum Cardinalium sententiæ voce assensi su-*  
 firmat, et *mus, quam etiam nunc scripto probamus, et*  
 decernit, *confirmamus. Quoniam vero in ejusmodi casibus*  
 ut infra. *Fidelium pietas, ut observavimus, præscriptos li-*  
*mites transilire facile solet; cui rei, si Deo pla-*  
*cuerit, alio tempore Nos opportune providere co-*  
*gitamus, in præsens decernimus ea, quæ sequun-*  
*tur.*

Ob Decret §. 8. *Primo, evulgato hoc Decreto, nolumus*  
 publica- *ingentem publicæ lætitiæ significationem dari,*  
 tionem *eo modo, quo in Canonizatione alicujus Beati*  
 Solemnia *fieri solet, quod quidem aliàs contigisse non igno-*  
 non cele- *ramus; sed solum in Ecclesia Metropolitana*  
 brari. *Bononice, in Basilica Liberiana Romæ, et in*  
*singulis Carthusiani Ordinis Ecclesiis, post Mis-*  
*sam, quam Conventualem dicunt, cantari posse*  
*concedimus Te Deum in gratiarum actionem, sine*  
 Imagines *musicorum instrumentorum strepitu, nulloquæ*  
 Beati non- *campanarum sonitu præcedente.*  
 nisi sub  
 præscri- §. 9. *Secundo, præter titulum Beati, quem de*  
 pta forma *jure possidet, a privatis primo illi attributum,*  
 depingi. *nunc vero a Sancta Sede comprobatum, conce-*

ANNO  
1744.

dimus ejus imagines pingi, ornarique posse laureolis, radiis, et splendoribus; non autem diademate, juxta Decretum Sacræ Congregationis Rituum die IX. Februarii MDCLVIII. ab Alexandro VII. confirmatum. Volumus autem semper Carthusiani Ordinis habitu vestiri, quo ipse tam Episcopus, quam Cardinalis perpetuo usus est, non solum religionis causa, sed etiam, ut Ecclesiasticam Disciplinam eo tempore maxime vigentem observaret. Capiti vero illius neque pileolum, neque biretum rubrum apponi volumus: cum certum sit, ejusmodi ornamenta Cardinalibus Regularibus fuisse concessa a Prædecessore nostro Gregorio XIV. Anno MDXCI.; bene vero Cardinalis pileum, quo multo prius singulis Cardinalibus uti dedit Innocentius IV., eoque caput ornari, sive is ad pedes deponi poterit.

§. 10. Tertio volumus ejus imagines in Ecclesiarum, sive Sacellorum privatorum Altaribus collocari, exceptis tamen Ecclesia Metropolitana Bononiensi, Basilica Liberiana Urbis, et singulis Ecclesiis, ac Sacellis Ordinis Carthusiani, tum etiam Ecclesiis illis sive Bononiæ, sive alibi, in quibus, vel super aras, vel extra, ejus imagines in præsens existunt.

Easdemque extra Ecclesias hic designatas publicæ Venerationi non exponi.

§. 11. Postquam innotuit, ac declaratum est, Nos in eo casu versari, quem Urbani VIII. decreta excipiunt, et post ea, quæ nuper exposuimus, et quæ quodammodo ex declaratione casus excepti a Decretis Urbani VIII. sequuntur; Apostolicæ Sedis in more fuit, præterito aliquo tempore, urgentibus gravibus circumstantiis, Officium, et Missam de Communi in honorem Beati concedere; alio deinde interjecto tempore, urgentibus gravioribus circumstantiis, Lectiones proprias, etiam antequam fuerint discussæ et approbatæ virtutes, juxta exempla a Nobis cumulata in nostro opere de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 4. n. 6.; denique post aliquod temporis spatium Beati nomen in Martyrologium Romanum (quamquam id perraro) referre; et quoties magni ponderis causæ adessent, Decretis, et

De rationibus augendi Beatorum Cultum.

PONT. *Constitutionibus Apostolicis, si quæ obstant, derogare consuevit, juxta ea, quæ a Nobis relata sunt in eodem Opere nostro de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 17. num. 14.*

Conceditur Officium cum Lect. pro Missa in honorem B. Nicolai §. 12. *Nos itaque, ingentibus B. Nicolai Albergati Cardinalis erga hanc S. Sedem, et Catholicam religionem meritis inspectis, tum etiam communi præconio, quo Scriptores ex omni lingua, et tribu, et populo, heroicis ejus virtutibus plaudunt, derogantes plenitudine auctoritatis nostræ quibuscumque adversantibus, et temporis inutiliter transacti jacturam compensare volentes, Officium Divinum de Confessore Pontifice cum Lectionibus propriis, per Nos componendis, et Oratione Exaudi quæsumus de eodem Communi, ritu Majoris duplicis, recitari concedimus die X. Maji, in quo ad beatam vitam migravit; id vero tantum Clero tam Regulari, quam Sæculari, necnon et Monialibus, Civitatis et Diœcesis Bononiensis; tum etiam Romæ Clero Basilicæ Libेरianæ; pariterque Monachis, et Monialibus Ordinis Carthusiani universi; ita ut quicumque ex prædictis præmemorato die Officium illud recitaverit, horas Canonicas, ad quas tenetur, persolverisse censeatur. Eadem ratione concedimus, die X. Maji in omnibus præcitatæ locis celebrari posse in honorem ejusdem Beati Missam de Communi Confessoris Pontificis; quam quidem concessionem ad alios quoque Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares, qui eo die in Basilica Libेरiana, aut in Carthusiani Ordinis Ecclesiis rem Sacram confecerint, extendi volumus. Concedimus quoque eadem die X. Maji in antedictis Ecclesiis celebrari posse quotannis Beati Cardinalis festum, et ejus Reliquias ad publicam venerationem exponi, non autem in Processionem deferri, juxta ea, quæ Alexander VII. die XXVII. Septembris MDCLIX., et XVII. Aprilis MDCLX. decrevit. Postremo concedimus B. Nicolai nomen Martyrologio Romano inscribi, addito Elogio, quod a Nobis instituetur.*

§. 13. *Hæc omnia singularibus Beati Cardinalis meritis profecto debentur. At vero præclari quoque Carthusiani Ordinis, quem Nos peculiari studio prosequimur, merita apud Nos pondus habent, ut hæc Apostolica liberalitate concedamus; eoque magis, quod ipse Ordo non tam sollicitus fuit multos Sanctos suos patefacere, quam multos Sanctos facere, ut recte fuit adnotatum. Accedit quoque spes, in quam maxime adducimur, Deum Opt. Max. ad intercessionem hujus Beati Viri, qui, quandiu vixit, Cardinalis Pacis nuncupatus est, daturum esse Nobis id, quod tam enixe toto corde, humiliterque rogamus, et rogaturi sumus, exoptatam scilicet inter Christianos Principes pacem, stabilemque concordiam. Neque vero dissimulare volumus, Nos in hac tota rerum serie spirituale quoddam percepisse gaudium, simillimumque ejus, quod Pius II. Prædecessor noster in Canonizatione S. Catharinæ Senensis civis suæ se percepisse fatetur, quodque in ejus Canonizationis Bulla his verbis expressit: Et si Nos quidem B. Catharinæ sublimes dotes, nobile ingenium, divinam mentem, sacratissimam voluntatem in omni natione quam lætissime vidissemus, lætiores tamen in Urbe Senensi, quæ nos genuit. Siquidem meritorum ejus longe magis, et magis peculiariter esse participes confidimus, quam si Virgo hæc aut in Africa, aut in Scythia, aut in India nata fuisset. Neque enim fieri potest, quin Sanctorum propinquitas aliquid habeat prærogativæ.*

§. 14. *Quod si deinde Deo placuerit ut ab hoc cultu ad nonnullos locos restricto quem in præsens Sedes Apostolica permittit, ad cultum publicum præceptivum, et generalem, hoc est a Beatificatione hac æquipollenti, ad solemnem Canonizationem transeundum sit; Postulatoribus causæ palam facimus, heroicarum ejusdem Beati virtutum materiam ad consuetam juris formam esse proponendam: cum expositio earum, quam Nos ipsi in Congregatione Rituum fecimus, suffecerit quidem, ut debito rerum apparatu ad*

ANNO  
1744.  
Pontificis  
sensus in  
hujus  
Causæ  
examine  
et defini-  
tione.

De pro-  
batione  
virtutum,  
et mira-  
culorum  
facienda,  
ut procedi  
possit ad  
Canoniza-  
tionem B.  
Nicolai.

PONT. *agendum de publico permissivo, et restricto ad*  
 A. V. *quosdam locos cultu procederetur, et ut etiam*  
*inoffenso pede fieri posset, a Nobis concessio*  
*Lectionum propriarum; non autem ut discussio-*  
*ni, et approbationi Virtutum a Sacris Canonibus*  
*requisite, ut ad solemnem Canonizationem tran-*  
*situs fiat, sufficiens esse potuerit; juxta a Nobis*  
*deducta in nostro Opere de Canonizatione San-*  
*ctorum lib. 1. cap. 32. n. 14. et seqq. Propo-*  
*nenda sunt quoque miracula, secundum ea, qua*  
*Nos die XXIII. Aprilis Anni MDCCXLI. et die*  
*XIV. Julii hujus MDCCXLIV. generatim decre-*  
*vimus. Notum præterea unicuique facimus, ne-*  
*mini licere transgredi in exhibendo cultu limites*  
*per præsens Decretum præscriptos: Mandamus-*  
*que Patriarchæ Hierosolymitano Sacrorum Ri-*  
*tuum Congregationis Secretario, ut hoc ipsum*  
*Decretum, una cum cæteris ad calcem additis,*  
*inter Regesta Sacræ Congregationis referat, et*  
*conservet. Datum hac die XXV. Septembris*  
*MDCCXLIV.*

Thomas Patriarcha Hierosolym.

S. C. R. Secretarius.

Lectio-  
 nes, de  
 quibus in  
 Decreto.

§. 15. Lectiones in Festo B. Nicolai Albergati  
 Episcopi, et Confessoris; Pro secundo Nocturno.

LECTIO IV. *Nicolaus Albergatus nobili genere*  
*Bononiæ ortus est. Adolescens, dum juri Civili*  
*in patria operam daret, Monasticæ, ac severio-*  
*ris vitæ præstantia captus, Carthusianorum In-*  
*stitutum amplectitur; in quo brevi adeo profecit,*  
*ut Sacerdotio vix initiatus, patrio Cœnobio præ-*  
*fectus sit, aliaque subinde Monasteria fere de-*  
*centio summa cum laude administraverit. Ejus*  
*prudentiæ, et Sanctitatis opinione Clerus Popu-*  
*lusque Bononiensis permotus, ultro sibi in Epi-*  
*scopum plenis suffragiis delegit; quem ille honoris*  
*gradum diu constanterque refugiens, Superiorum*  
*suorum jussu invitatus demum suscepit. Nihil tamen*  
*de prioris vitæ cultu, atque observatione remisit;*  
*Sed verbo, et exemplo forma gregis effectus, Ec-*

*clesiasticam Disciplinam, et Christianos mores ita in Ecclesia sibi commissa restituit, ut alius omnino populus, alius Clerus videretur, et esset.*

ANNO  
1744.

**LECTIO V.** *Civium suorum ad Martinum V. Orator iterum ac tertio profectus, tantam ab eo Pontifice, qui eximias illius virtutes perspexerat, iniit gratiam, ut conciliandæ pacis causa inter Angelorum, Francorumque Reges, Legatum in Gallias miserit: Ab ea Legatione reducem S. R. E. Cardinalem sub titulo S. Crucis in Hierusalem creavit; Legavitque mox in Insubriam, ut Mediolanenses, Florentinos, et Venetos discordia laborantes componeret. Post pacem Italicæ ab eo feliciter restitutam, secunda in Gallias Legatione auctus est, ac vita functo Martino V. Eugenii IV. jussu in Belgium profectus, Philippum Burgundicæ Ducem Carolo VII. Francorum Regi in Atrebatensibus Comitibus conciliavit. Ad Germanicæ quoque Principes in Norimbergensi conventu Pontificium Legatum egit, deinde Basileensi, tum Ferrariensi interfuit Concilio, ubi Apostolicæ Sedis dignitatem, majestatemque adversus schismaticos egregie tutatus est.*

**LECTIO VI.** *In obeundis tam variis, gravissimisque Legationibus incredibilem sibi apud Reges, et Principes venerationem adeptus, in virtutum suarum admirationem rapuit universos. Erat enim vel in summis honoribus simplicissima humilitas, animus non solum firmus, et excelsus, sed candidus etiam, prudens, ac moderatus, effusa in omnes charitas, mansuetudo, atque humanitas, cum ardenti Religionis zelo conjuncta. Carthusiani, quod professus fuerat, Instituti tenax, ejus asperitates ad mortem usque retinuit. Familiam ingenuam aluit, sanctissimeque institutam, ex qua duo Romani Pontifices Nicolaus V. et Pius II. prodiere. Tandem cum Eugenium IV. honoris ergo comitaretur, Senis in Hetruria renum calculo oppressus, sancto fine quievit. Ejus corpus Florentiam delatum, apud Carthusianos honorifice conditum est. Sanctitatis,*

PONT. *et Miraculorum fama post mortem clarum Bene-*  
 A. V. *dictus XIV. Beatorum ritu coli permisit.*

Elogium §. 16. Elogium apponendum in Martyrologio  
 de quo in » VI. Idus Maji Bononiæ. B. Nicolai Albergati  
 Decreto. » Monachi Carthusiani, ejusdem Civitatis Epi-  
 » scopi, et S. R. E. Cardinalis, Sanctitate, et  
 » Apostolicis Legationibus clari, cujus Corpus  
 » Florentiæ apud Carthusianos conditum est.

Confir- §. 17. Præinsertum itaque Decretum nostrum,  
 matio præ ac præinsertas Lectiones, et Elogium, ac in eo  
 insertiDe Decreto omnia et singula contenta ac præscri-  
 creti etc. pta, quo firmiter subsistant, ac servantur ex-  
 cumClau- actius, atque etiam quatenus opus sit, auctori-  
 sulis, et tate nostra Apostolica tenore præsentium con-  
 Derogatio firmamus, et approbamus, illisque, et omnibus  
 nibus op- ac singulis contentis et præscriptis, Apostolicæ  
 portunis. firmitatis robur adjicimus; atque ita ut præ-  
 mittitur, omnino servari mandamus. Decernen-  
 tes easdem præsentis literas firmas, validas, et  
 efficaces existere, et fore, suosque plenarios et  
 integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad  
 quos spectat, et spectabit in futurum, plenis-  
 sime suffragari, et ab eis respective inviolabi-  
 liter observari; Sicque in præmissis per quos-  
 cumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam  
 causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari  
 et definiri debere, ac irritum, et inane, si  
 secus super his a quoquam quavis auctoritate  
 scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non  
 obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus  
 Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscum-  
 que. Volumus autem, ut ipsarum præsentium  
 literarum Transumptis, seu exemplis, etiam  
 impressis, manu alicujus Notarii publici sub-  
 scriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica Di-  
 gnitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides  
 in judicio, et extra adhibeatur, quæ adhibere-  
 tur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel  
 ostensæ.

Dat. die Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
 6. Oct. sub Annulo Piscatoris die VI. Oct. MDCCXLIV.  
 1744. Pontificatus Nostri Anno V.

*D. Card. Passioneus.*

## DE JURISDICTIONE

CIX.

Episcoporum quoad Ecclesias Parochiales Regularium, et Personas curam Animarum Subditorum Sæcularium in eis exercentes.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**F**IRMANDIS, atque asserendis Ecclesiasticæ disciplinæ regulis studiose intenti Prædecessores Nostri Romani Pontifices, consueverunt, peculiaribus rerum aut temporum necessitatibus animadversis, ad generalis providentiæ curam animum adjicere, easque Apostolicas Constitutiones opportune promulgare, quibus gliscentes morum corruptelas researent, et inordinatas humanæ arrogantia præsumptiones reprimerent. Cui rei obtinendæ utilissimum plane experti sunt, vel antiqua Patrum constituta renovare, interpretari, aut declarare, vel competentium Romanæ Curia Tribunalium, sive Congregationum judicata et responsa colligere, confirmare, aut in aliquibus remittere, eademque prudenter atque apte conciliare, si quando inter ea non satis convenire videretur. Utque antiquiora omittamus exempla, non alia sane ratione fel. rec. Prædecessor Noster Clemens Papa X. per suam Constitutionem, quæ incipit *Su- perna*, datam xi. Kal. Junii Anno MDCLXX. inhærendo pluribus resolutionibus Congregationum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium, ac Tridentini Concilii interpretationi Auctoritate Apo-

Pontificum mos inhærendi Prædecessorum Constitutionibus, et Congregat. Decretis.

Clement. X. exemplum.



PONT. stolica præpositorum, multa constituit circa  
 A. V. debitam a Regularibus erga Episcopos Locorum  
 Ordinarios observantiam, et subjectionem; tam  
 in petenda eorum licentia et benedictione pro  
 Verbi Dei prædicatione in Ecclesiis etiam suo-  
 rum respective Ordinum habenda, quam in  
 approbatione et facultate ab eisdem obtinenda  
 pro administrando Sæcularibus Pœnitentiæ Sa-  
 cramento. Ita pariter se gessit recolendæ memo-  
 riæ Prædecessor Noster Innocentius Papa XII.

Item In-  
 nocentii  
 XII.

Idipsum  
 Pontifex a  
 se pluries  
 servatum  
 memorat.

§. 1. Hanc ipsam rationem Nos ipsi secuti  
 sumus in Apostolicis nostris Literis, quarum  
 initium est, *Sacramentum Pœnitentiæ*, Anno  
 MDCCXLI. Kalendis Junii datis, in quibus non-  
 nulla decrevimus et statuimus adversus Sacer-  
 dotes in Sacramentali Confessione suos Pœniten-  
 tes ad turpia sollicitantes, juxta declarationes in  
 causis hujus generis; diversis temporibus et ca-  
 sibus prolatas a Congregatione Venerabilium  
 Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ  
 Cardinalium contra hæreticam prævitatem ge-  
 neralium Inquisitorum. Idipsum nuperrime egi-  
 mus, dum Venerabilibus Fratribus Patriarchis,  
 Archiepiscopis, Episcopis, cunctisque Locorum  
 Ordinariis per Italiam constitutis Encyclicas  
 Literas dedimus sub die xix. Augusti hujusce  
 Anni MDCCXLIV. quarum initium est: *Cum  
 semper oblatas*, quibus, a prædictæ Congrega-  
 tionis Concil. Tridentini Interpretis resolutio-  
 nibus et placitis neutiquam discedentes, plura  
 declaravimus circa onus, quod habent tum om-  
 nes animarum curam gerentes, Missam pro Po-  
 pulo applicandi diebus saltem festis de præce-  
 pto; tum etiam Ecclesiarum Cathedralium, et  
 Collegiatarum Canonici, aliique de earum gre-  
 mio, Missam Conventualem quotidie pro Bene-

factoribus in genere specialiter offerendi. Nunc denique hoc idem a Nobis servatum iri declaramus, dum Episcoporum jura, quod attinet ad Visitationem Ecclesiarum Parochialium ad Regularium Monasteria pertinentium, hac nostra perpetuo valitura Constitutione asserere, atque, ut infra, definire et constituere in animum induximus.

§. 2. Animarum curam in sæculares personas exercentes in iis Ecclesiis, quæ Monasteriis seu Domibus Virorum aut Mulierum adnexæ sunt, sive ipsi Regulares sint, sive Sæculares, Sacri Tridentini Concilii præscripto, *sess. 25. cap. 11. de Regularibus*, subesse debent, *immediate in iis, quæ ad dictam curam, et Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, et correctioni Episcopi, in cujus Diocesi prædicta Monasteria sunt sita*, exceptis dumtaxat iis Monasteriis seu locis, *in quibus Abbates Generales, aut Capita Ordinum Sedem Ordinariam principalem habent, atque aliis Monasteriis, seu Domibus, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem, et temporalem in Parochos, et Parochianos exercent; salvo tamen eorum Episcoporum jure, qui majorem in prædicta loca, vel personas jurisdictionem exercent.*

ANNO  
1744.

Et in præ-  
senti po-  
tissimum  
observari  
declarat.

Refert  
Tridentini  
Decretum  
circa ju-  
risdictionem  
Episcopi in  
Ecclesias  
Parochiales  
ad Re-  
gulares  
spectan-  
tes.

§. 3. Cum itaque nonnulli Sacerdotes ab Episcopali jurisdictione exempti, quos neque Parochos, neque animarum curæ addictos esse constaret, ausi fuissent aliquibus Christifidelium matrimoniis interesse, sine prævia Episcopi aut Parochi licentia; quæsitum fuit, utrum hujusmodi Sacerdotum correctio, atque in eosdem animadversio ad Episcopum, an vero ad eorum Superiores, private spectaret; Cumque ii privativum ejusmodi jus ex eo deducerent, quod Tridentina Synodus *loco cit.* dum facultatem tribuit Episcopis corrigendi, et puniendi Sacerdotes ab eorum jurisdictione exemptos, in his, quæ ad animarum curam, et Sacramentorum administrationem pertinent, de iis dum-

Greg. XV.  
firmatean-  
dem juris-  
dictionem  
in omnes  
animarum  
curam, et  
Sacra-  
menta  
quomodo-  
cumque  
admini-  
strantes.

**PONT.** taxat Sacerdotibus loquitur, qui vel Parochi  
**A. V.** sunt, vel animarum curam exercent, cujus-  
 modi sane ii non erant, de quibus agebatur :  
 futilem hanc, vanamque præsumptionem reprimere statuit fel. rec. Prædecessor Noster Gregorius Papa XV. ac de consilio Congregationis Sacri Concilii Tridentini Interpretis, edita Constitutione, quæ incipit *Inscrutabili*, data Nonis Februarii Anno Incarnat. Dominicæ MDCXXII. decrevit ac declaravit, *ut deinceps tam Regulares, quam Sæculares, quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum sæcularium Monasteriis, seu Domibus Regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel Beneficiis, sive Regularibus, sive Sæcularibus incumbentem exerçant, sive aliis Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævia Episcopi licentia, et approbatione; sive quoquomodo in dictæ Curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto, absque ulla auctoritate, se ingerant; in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimode jurisdictioni, visitationi, et correctioni Diœcesani Episcopi, tamquam Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus subjiciantur.*

Pontifex  
 alias quæ-  
 stiones  
 circa si-  
 milia,  
 cum con-  
 silio etc.  
 definire  
 intendit.

§. 4. Hac controversia per Constitutionem Gregorianam e medio sublata, non ideo ab aliis quæstionibus et litibus circa idem rerum genus promovendis cessatum fuit, pluraque Dubia tam in Congregationibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quam in Auditorio Rotæ, frequenter agitata et resoluta fuerunt, circa peculiarium quorundam actuum naturam, an scilicet iidem censendi essent ad animarum curam, seu ad Sacramentorum administrationem pertinere; et consequenter, an Episcopus in visitandis Regularium Ecclesiis, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, posset, nec ne, suam circa hujusmodi actus jurisdictionem exercere; tum etiam, an hoc aut illud Monasterium dici posset ordinaria et principalis Sedes Abbatis Generalis, seu Capituli

ANNO  
1744.

Ordinis, ideoque Ecclesia hujusmodi Monasterio adnexa, quamvis Parochialis foret, Episcopo in visitatione subjecta non esset. Cum igitur resolutiones in prædictis Curia nostra Tribunalibus circa hujus generis quæstiones identidem captas, earumque rationes et fundamenta, diligenter et considerate perpenderit, consilium quoque et sententiam audierimus aliquot ex Venerabilibus Fratibus Nostris S. R. E. Cardinalibus, aliorumque Virorum in juris Canonici scientia præstantium; nonnulla super his de Apostolicæ potestatis plenitudine decernere deliberavimus, ac præsentis nostra Constitutione inviolabilem quandam normam præfinire, qua posita, omnes de cætero lites, et controversiæ prædictis de rebus, si fieri possit, penitus eliminantur, atque omnia submoveantur obstacula, quæ debitam Decretorum Sacri Tridentini Concilii executionem in re tam gravis momenti impedire, aut retardare hactenus consueverunt.

§. 5. Optimo sane consilio ab Episcopis Pastoralis visitationem aggredientibus præmitti solent in singulæ Diœcesis loca aliqui Sacerdotes Missionarii, qui ante ipsorum adventum, prædicationibus verbi Dei, et administratione Sacramentorum Pœnitentiæ et Eucharistiæ, spiritualem Populorum profectum, et animarum salutem, qui potissimus est Pastoralis visitationis scopus, studeant promovere. Inventi sunt autem ex iis Regularibus, quorum Ecclesiis incumbit Parochialis sæcularium cura, qui in dubium revocarent, an hujusmodi Missionarios, sive Sæculares, sive alterius Instituti vel Ordinis Regulares, ab Episcopo missos tamquam visitationis suæ prænuntios, in propriis Ecclesiis et Domibus ad exercenda munera eisdem commissa admittere et recipere ipsi tenerentur. Quod dubium, quum in Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium præposita examinatum fuisset sub die 31. Augusti Anni 1668. affirma-

Approbat  
resolutio-  
nem Cong  
Episcop-  
et Regul.  
quod Mis-  
sionarii  
Pastorali  
visitatio-  
ni præ-  
missi et-  
iam a Pa-  
rochis Re-  
gul. excipi  
debeant.

PONT.  
A. V.

tive resolutum fuit ; ut scilicet prædicti Missionarii etiam a Regularibus Parochis seu Curatis libenter excipi debeant, omnibusque rebus juvari, quibus ad injunctum sibi onus adimplendum opus illis esse contigerit. Quod Nos quoque probamus, et auctoritate Apostolica confirmamus, atque in posterum (quoties id opus esse, prudenti Episcopi arbitrio judicatum fuerit) ab omnibus hujusmodi Parochis seu Curatis præcipimus observari.

Et decisionem Cong. Concilii, quod possit Episcopus Sacramentum Confirmationis in Ecclesiis Regularium administrare.

§. 6. Sed et in ipso visitationis cursu, atque etiam extra illam, aliqui Regulares de suorum privilegiorum et exemptionum indemnitate plus nimio solliciti, hanc Episcopis controversiam moverunt, utrum iis liceret, in ipsorum Regularium Ecclesiis, sive Parochialibus, sive non Parochialibus, Sacramentum Confirmationis administrare; quæ quidem controversia in Congregatione Concilii, partibus plenissime auditis, pro Episcopis decisa fuit, quemadmodum et Nos generaliter et sine exceptione eandem definimus.

Declarat quæ visitare possit Episcopus in Ecclesiis parochialibus Regularium.

§. 7. In exequenda vero Pastoralis visitatione Ecclesiarum Parochialium, quæ a Regularibus administrantur, minime quidem licet Episcopo omnia Ecclesiarum hujusmodi Altaria visitare, sed illud dumtaxat, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur, et consequenter Sacrum ipsum Tabernaculum: Fontem quoque Baptisterii, si adsit; item Confessionale, in quo Parochus ad audiendas Confessiones residere solet; Pulpitum Ecclesiæ, e quo Parochus jus habet, verbi Dei, juxta præcipuum ministerii sui munus, annunciandi; Sacrarium pariter Ecclesiæ, ad inspiciendum locum, in quo asservatur sacrasuppellex, pro Sacramentis tam intra Ecclesiam, quam extra illam decenter administrandis; Sepulchrum excipiendis Subditorum Parochiæ corporibus addictum, Cœmeterium Parochianorum humanis cadaveribus destinatum; Turrim Campanariam, dummodo in ea sint Campanæ ad Parochiam propriè spectantes; ac demum, præter res supra enuncia-

tas, omnia sacra vasa, quibus vel Particulæ consecratæ servantur, vel Sacra Olea sive in Baptismo, sive in extrema Unctione adhibenda, vel aqua Baptisterii, vel alia rite benedicta, quæ pro ingredientium aspersione ad Ecclesiæ fores poni consuevit.

ANNO  
1744.

§. 8. Visitationi locali proxima est ea, quæ personam respicit Parochi; cujus quidem, si Regularis sit, agendi rationem, in iis, quæ spectant ad observationem proprii ipsius Regularis instituti, non est Episcopi inquirere, quum ad ipsius Superiorem Regularem private id pertineat. Licet tamen Episcopo, vel potius ipsi specialiter incumbit, ipsius Parochi seu Curati, etiam Regularis, vitam ac mores scrutari quantum ea, quæ extra Claustrum prodierint, Rectoris animarum exempla, plurimum conferre ad Populi ædificationem, vel contra eadem obesse maxime possunt, quemadmodum aliàs eadem Concilii Tridentini Congregatio sapienter decrevit, et Nos etiam earundem præsentium tenore decernimus, et statuimus.

Quid circa Parochi vitam et mores cognoscere valeat.

§. 9. Ad personalem quoque Parochi visitationem, proindeque ad Episcopi jus et officium pertinet ea occasione examinare, an legitimo Parochus etiam Regularis animarum curam exercent, an residentiæ lex ab eo observata fuerit atque observetur; an ad Synodum vocatus, ierit; an Congregationes seu Conferentias super casibus conscientiæ haberi solitas frequentet; an onera, quæ secum fert animarum cura, adimpleverit; ac inter alia, an Missam pro Populo applicaverit diebus festis de præcepto; an iisdem festis diebus omnia præstiterit, quæ a Sacro Tridentino Concilio præscripta sunt, Populum verbi Dei prædicatione, et Pueros in Fidei rudimentis Christianæque Doctrinæ præceptis instruendo; an, statis diebus, excipien-  
dis Fidelium confessionibus vacet; an ægrotantibus et in extremo vitæ agone laborantibus debita spiritualia subsidia sedulo præstet, et Sacramenta Ecclesiæ tempestive conferat; an

Et circa alia ad ejusdem Officium spectantia.

**PONT.** Pueros et Puellas ante susceptionem Sacramenti  
**A. V.** Confirmationis, tum etiam ante primam eorum  
 Communionem, opportunis instructionibus eru-  
 dierit; an priusquam Fideles ad matrimonia in  
 faciem Ecclesiæ celebranda admittat, debitas  
 inquisitiones adhibuerit, atque adhibeat, qui-  
 bus tuto deprehendere possit, nullum inter Con-  
 trahentes impedimentum existere, eosdemque  
 libere matrimonio consentire, ac demum in Do-  
 ctrina Christiana, maxime vero in præcipuis  
 Religionis nostræ Mysteriis, illos istructos esse;  
 denique an Parochus apud se recte ordinatos  
 retineat libros tum Baptizatorum, ubi Fons  
 Baptismalis adsit in ipsius Ecclesia, tum Sacro  
 Crismate confirmatorum, libros etiam Matrimo-  
 niorum, et status animarum.

**Statuit** §. 10. Uno verbo quidquid Episcopus a Pa-  
**Parochi** rocho sæculari exquirere atque exigere solet ac  
**correctio-** debet, id omne, Regulari observantia unice  
**nem ad E-** excepta, a Parocho Regulari exquirere, et exi-  
**piscopum** gere potest; atque ubi hunc muneri suo defe-  
**cumulati-** cisse compererit; opportuna Decreta condere  
**va cum** et pronunciare, ac meritas in eundem pœnas  
**Superiore** statuere; in quo nihilominus Episcopi facultates  
**Regulari** minime privativæ sunt, sed Præsul Regularis  
**spectare.** jus cumulativum cum ipso habet; ita tamen,  
 ut, si aliter a Superiore Regulari, aliter  
 ab Episcopo decerni contingat, hujus, non vero  
 illius, Decretis sit standum; prout aliàs a Con-  
 gregatione Tridentini Concilii interprete judi-  
 catum fuit, Nosque Auctoritate Apostolica pro-  
 bamus, confirmamus, atque decernimus. Pri-  
 vativum tamen Episcopi jus est in Parochiano-  
 rum mores inquirere, ac si quæ inter ipsos scan-  
 dala oborta fuerint, auditis proborum ac pru-  
 dentium Virorum sinceris relationibus, de iis  
 cognoscere, eaque opportunis remediis rescare  
 et reformare: nec enim Superioribus Regularibus  
 in hujusmodi sæculares Parochiæ subdi-  
 tos ulla competit jurisdictio.

**Parochia-** bamus, confirmamus, atque decernimus. Pri-  
**norum au-** vativum tamen Episcopi jus est in Parochiano-  
**tem ad** rum mores inquirere, ac si quæ inter ipsos scan-  
**Episco-** dala oborta fuerint, auditis proborum ac pru-  
**pum pri-** dentium Virorum sinceris relationibus, de iis  
**vative.** cognoscere, eaque opportunis remediis rescare  
 et reformare: nec enim Superioribus Regularibus  
 in hujusmodi sæculares Parochiæ subdi-  
 tos ulla competit jurisdictio.

**Remo-** §. 11. Eveniente autem casu, quo vel Epi-  
**tionem** scopus, vel Superior Regularis aliquem ex præ-

dictis Parochis ab exercitio Curæ removendum; eademque privandum esse judicaverint; quoniam hujusmodi Parochis, sine prævia Episcopi approbatione, ad Curam animarum accedere nequaquam licet, quamvis a suis Superioribus deputati, iidemque ad nutum sint amovibiles; dubitatum propterea fuit, an Episcopus posset ad hujusmodi remotiones procedere, sine Superioris Regularis consensu, et an remotionis causas eidem adducere, easque verificare deberet; tum etiam an Regularis Superior ad similem remotionem et privationem suo jure deveniens, consensum Episcopi exquirere, suasque agendi rationes illi notas atque probatas facere teneretur. Qua de re, supradicta Congregatio Concilii decrevit, hujusmodi Parochos tam ab Episcopo, quam a Superiori Regulari, æquo jure, non requisito alterius consensu, ab Animarum cura removeri posse, nec unum alterius causam judicii sui aperire, multoque minus probare et verificare debere. Id quod a nobis in omnibus approbatur et confirmatur.

§. 12. Postquam vero Tridentina Synodus locos superius laudato declaravit, prædictos Curatos seu Parochos tam sæculares, quam regulares, animarum curam exercentes in Monasteriis seu Domibus Religiosis, quibus hujusmodi cura personarum sæcularium incumbit, subesse debere immediate, in iis, quæ ad dictam curam et Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi et correctioni Episcopi, (quod quidem, juxta magis receptam Tribunalium hujus Nostræ Curæ sententiam, intelligitur de jurisdictione Episcopi Ordinaria, non vero de delegata); illa tamen Monasteria seu Loca ibidem a Concilio excipiuntur; in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem et temporalem in Parochos et Parochianos exercent; salvo nihilominus eorum Episcoporum jure, qui alia quapiam ex causa seu titulo, majorem in prædicta Loca vel Personas jurisdictionem exer-

ANNO  
1744.vero Pa-  
rochi, u-  
trique li-  
cere, sine  
alterius  
consensu.Firmat  
exemptio-  
nem Pa-  
rochia-  
lium, in  
quibus Su-  
periores  
Regulares  
jurisdi-  
ctionem  
Episcopa-  
lem et  
tempora-  
lem obti-  
nent.



Р о н т.  
А. V.

cent. Quare nonnullis Episcopis contendenti-  
bus, licere sibi, saltem tamquam Delegatis a  
Sede Apostolica, in Parochos prædictos, sive in  
Parochianos, aliquem jurisdictionis actum exercere,  
Congregatio Concilii respondit, quod ubi  
Abbas, aut Superior Regularis suam probat jurisdictionem  
Episcopalem et Temporalem in ipsos Parochos et  
Parochianos, et contra Episcopus probare nequit  
amplio-rem in eosdem jurisdictionem ex alio capite  
sibi acquisitam fuisse, abstinere omnino debet  
Episcopus tam a visitatione, quam ab alio quocumque  
jurisdictionis actu in hujusmodi Parochos et  
Parochianos. Quod quidem, veluti ipsius Concilii  
Decretis consonum, Nos etiam Apostolica confirmatione  
roboramus.

Declarat,  
exemptionem Pa-  
rochia-  
lium Mo-  
nasterio-  
rum, in  
quibus re-  
sident Su-  
periores  
Genera-  
les, non  
extendi  
ad resi-  
dentias  
aliorum  
Superio-  
rum non  
Genera-  
lium.

§. 13. Similiter ab Episcopi jurisdictione, vi-  
sitatione, et correctione, etiam in his, quæ  
ad Animarum Curam et Sacramentorum ad-  
ministrationem spectant, prædicta Sancta Sy-  
nodus excipit tam Sæculares, quam Regulares  
Parochos, qui Animarum curam exercent in  
iis Monasteriis seu Locis, in quibus Abbates  
Generales aut Capita Ordinum Sedem Ordina-  
riam principalem habent: Quæ exceptio, sive  
limitatio, pluribus controversiis occasionem  
præbuit. Et primo, an ad inducendam hujus-  
modi exemptionem ab Episcopali visitatione,  
satis sit, quod in aliquo Monasterio resideat  
Abbas Regularis, licet is Ordinis sui Generalis  
non existat. Super quo præfata Concilii Con-  
gregatio pronuntiavit, non sufficere Abbatis  
cujuslibet residentiam, nisi sit Abbas totius Or-  
dinis sui Generalis. Tunc enim Tridentinum  
Concilium simplices Abbates, aut Regularium  
Superiores nominat, quum ab Episcopi juris-  
dictione ac visitatione eximit Parochos Eccle-  
siarum seu Monasteriorum, in quibus Abbates  
aut alii Regularium Superiores jurisdictionem  
Episcopalem et temporalem exercent; qua ju-  
isdictione compertum est nonnullos etiam sim-  
plices Abbates aut Superiores Regulares gau-

dere, quamvis non sint Ordinum Generales. De Abbatibus autem Generalibus, seu Ordinum Capitibus tunc loquitur eadem Sancta Synodus, quum a jurisdictione, et visitatione Episcopali exemptos esse indulget eorum Monasteriorum seu Locorum Parochos, in quibus Abbates Generales prædicti, aut Capita Ordinum, Sedem Ordinariam principalem habent. Cumque ea dubio præcul sit Concilii mens, in hunc plane modum semper in posterum judicari et censi debere statuimus: minime attempta distinctionis nota, quæ in plerisque Concilii Tridentini editionibus impressis appositæ conspicitur inter verbum *Abbatès*, aliudque *Generales*, utpote quæ nullatenus reperitur in exemplari authentico Actorum ipsius Concilii, quod in Archivo Sedis Apostolicæ in Arce Sancti Angeli asservatur; quodque, ut genuinam hujus loci lectionem certo cognosceremus, diligenter inspicere fecimus, proindeque a prædictis exemplaribus impressis eadem distinctionis nota omnino est expungenda.

§. 14. Altera quæstio est, an ad obtinendam exemptionem ab Episcopali jurisdictione et visitatione, sufficiat, quod aliquod Monasterium, Superioris Generalis Sedes Ordinaria existat, an vero præterea requiratur, ut ipsum Monasterium sit Caput Ordinis. De quo, quidquid alii opinati fuerint, decernimus sufficere, quod Monasterium seu Domus, sit Ordinaria et principalis Sedes Superioris Generalis; prout a Congregatione Concilii constanter judicatum fuit; quum verba Tridentini, de Capitibus Ordinum loquentis, non ad loca, sed ad personas Præsum Regularium in locis residentium referantur.

§. 15. Tertio dubitari contingit, an exemptio ab Episcopi Visitatione, quam Tridentina Synodus, ut supra, concedit Ecclesiis Parochialibus eorum Monasteriorum, in quibus resident Abbates Generales aut Capita Ordinum, ad alias quoque Parochiales extendatur, quæ prædictis Superio-

Indicat  
mendum  
in pleris-  
que edi-  
tionibus  
Concilii  
Tridenti-  
ni.

Decernit,  
non re-  
quiri pro  
exemptio-  
ne, quod  
Monaste-  
rium sit  
caput Or-  
dinis.

Parochia-  
les autem  
unitas Mo-  
nasteriis  
residenti-  
alibus  
Superio-

**P O R T.** Monasteriis unitæ sunt, et ab eisdem dependen-  
**A. V.** dent. Sed quum de aliis hisce Ecclesiis unitis  
 rum Ge- taceant Conciliaria Decreta, neque porro ea-  
 neralium dem ratio honoris cujusdam et reverentiæ ha-  
 non gau- bendæ erga Superiores Ordinum Generales in  
 dere exem- propriis Monasteriis vel Ecclesiis residentes,  
 ptione. locum habeat in aliis Parochialibus, eisdem  
 Monasteriis, ut præfertur, unitis; quod plu-  
 rices Congregatio Concilii censuit, hujusmodi  
 scilicet Ecclesias unitas, minime exemptas esse  
 a jurisdictione et visitatione Episcopi, quamvis  
 illæ a Parochis regularibus administrarentur;  
 id ipsum Nos, prædictæ Congregationis reso-  
 lutionibus inhærentes, decernimus et consti-  
 tuimus.

**Asserit** §. 16. Quæsitum fuit quarto loco, an ratione  
 privati- exemptionis a jurisdictione Episcopi, quæ com-  
 vam juris- petit supradictis Rectoribus Ecclesiarum resi-  
 dictionem dentialium Superiorum Generalium, et propter  
 Episcopi eorumdem Rectorum omnimodam subjectionem  
 in Paro- jurisdictioni et correctioni prædictorum Gene-  
 chianos raliū Regularium, jus aliquod, et jurisdictio  
 etiam hu- attributa sit iisdem Superioribus Generalibus  
 jusmodi in sæculares Subditos hujusmodi Ecclesiarum,  
 Parochia- sive Parochianos; an vero dicendum sit jus  
 lium exem- istud ad Episcopum private pertinere. Super  
 ptum. quo decernimus, Episcopo plenam et privati-  
 vam jurisdictionem competere in Parochianos,  
 ad eundemque Episcopum pertinere, non so-  
 lum propriam auctoritatem et consensum (præ-  
 vio examine per se ipsum, vel per Vicarium  
 suum faciendo) interponere, quotiescumque  
 Superior hujusmodi Generalis aliquem sive sæ-  
 cularem, sive regularem Parochum seu Cura-  
 tum, etiam ad nutum amovibilem, ad exer-  
 cendam in prædictis Ecclesiis animarum curam  
 personarum sæcularium deputare voluerit; sed  
 etiam si Episcopus hujusce Parochiæ regimen  
 a supradictis Parochis exemptis, sive sæcu-  
 laribus, sive regularibus, non recte admi-  
 nistrari cognoverit; posse ipsum, et ali-  
 quando etiam debere pro sui Officii munere,

**Item jus**  
 exami-  
 nandi, et  
 approban-  
 di Paro-  
 chum.

apud Superiorem Generalem instare, ut Parochum seu Curatum hujusmodi ab animarum cura removeat; implorata quoque, quatenus opus sit, Apostolicæ Sedis auctoritate; si nempe Generalem prædictum, aut reluctantem, aut Parocho plus æquo faventem invenerit.

§. 17. Præcipua in hac materia quæstio illa fuit, quænam essent Monasteria, in quibus Abbates Generales, seu Capita Ordinum, Sedem ordinariam principalem habent; contentibus nonnullis, quodlibet Monasterium, aut locum quemlibet, in quo Abbas Generalis sive Caput Ordinis manet, inibique moratur, Sedem ipsius Ordinarium principalem dici oportere, ita ut ejusdem Monasterii aut Loci Parochus ab Episcopali jurisdictione et visitatione immunis statim fiat. Verum vaga et arbitraria hujusmodi Sedes, quæ a sola Superioris Generalis præsentia naturam Sedis ordinariæ et principalis mutuatur, tum rectæ rationi, tum Concilii verbis ac sensui plane adversatur. Quapropter quum Nobis compertum sit, in aliquibus Ordinibus Regularium Constitutionibus assignatum reperiri locum pro residentia Superioris Generalis, ejusque Curia; in aliis vero Ordinibus, ubi Constitutiones de eo nihil statuunt, eandem residentiam veteri consuetudine esse præfinitam; quoties de Ordinibus hujusmodi Superioribus Generalibus agatur, eorum Sedem ordinariam principalem, ad effectum de quo agitur, illam esse, et censeri decernimus, quæ ab ipsorum Constitutionibus, vel ab inveterata consuetudine prædicta præscribi dignoscitur; idque tantummodo Monasterium, non vero aliud, in quo, quacumque de causa, Superior Generalis commoratus fuerit, pro ordinaria Generalis Sede haberi præcipimus, licet ipse Generalis ibi actu non resideat.

§. 18. Quod si aliqui sint Religiosi Ordines seu Congregationes, quorum Constitutionibus, vel consuetudinibus minime præfinitum sit Monasterium, in quo Abbas Generalis, seu Caput rit.

ANNO  
1744.

Et in-  
standi,  
quatenus  
opus sit,  
pro illius  
remotio-  
ne.

Statuit,  
residen-  
tiam Su-  
perioris  
Generalis  
ad effe-  
ctum ex-  
emptio-  
nis, non  
vagam et  
arbitra-  
riam, sed  
illam dum  
taxat in-  
telligi,  
quæ a Con-  
stitutio-  
nibus vel  
a consue-  
tudine Or-  
dinis præ-  
finitur.

Autquam  
Superior  
Generalis  
semel ini-  
tio elege-  
rit.

**PONT.** Ordinis residere debeat, nullum Monasterium  
**A. V.** pro ejusdem Generalis Sede ordinaria principali, ad effectum eximendi Parochum ab Episcopi jurisdictione et visitatione, ex eo tantum haberi debere statuimus, quod solus ipse Superior Generalis in eo degat, absque consuetis Ministris, quos in Ordine regendo socios habet; sed illud dumtaxat Monasterium pro Sede Generalis ordinariâ principali haberi volumus, quod semel ipse Superior Generalis, seu Caput Ordinis, initio Generalatus, elegerit pro sua stabili residentia, et Officialium seu Ministrorum prædictorum. Verum si, facta semel hujusmodi electione, eandem postmodum variare præsumperit, declaramus, neque Monasterium initio electum, neque alterum etiamsi cum sua Curia eo se transtulerit, privilegia ordinariæ et principalis generalitæ Sedis habiturum.

Sublata  
 facultate  
 variandi.

Et salvo §. 19. In omnibus autem præmissis exemptionum casibus, salvum semper atque illæ-jure Episcoporum, si qui sunt, qui supradictas Parochiales Ecclesias, earumque Rectores visitare consueverint, nimirum tam illas, quæ Monasteriis seu Dominibus iis adnexæ sunt, in quibus Generales Ordinum Superiores Sedem ordinariam principalem, vel a suorum Ordinum Constitutionibus, vel ab inveterata consuetudine præfinitam habent; quam eas, quæ ab ipsis Superioribus Generalibus aliàs pro ordinaria principali residentia fuerint electæ, et nihilominus, hujusmodi residentia durante, Episcopi visitationi, jurisdictioni et correctioni subjectæ fuerint.

Clausulæ §. 20. Decernentes præsentibus nostras Literas, præservatiæ. et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, Ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, sive aliàs specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consenserint, nec

ad ea vocati, et auditi, neque causæ propter quas eædem præsentibus emanaverint, adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio; seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, et de Apostolicæ potestatis plenitudine simili concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iurare ullo modo posse, sed ipsas præsentibus semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari.

§. 21. Sicque, et non aliter in præmissis censi, atque ita per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, ac potestate fungentes, et functuros; sublata eis, et eorum cuilibet aliter iudicandi, et interpretandi facultate, iudicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 22. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula *de jure quæsito non tollendo*, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel spe-

Aliter  
iudicari  
prohibetur.

Contra-  
riis ple-  
nissime  
derogatur.

PONT.  
A. V.

cialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, exemptionibus, et indultis etiam in corpore juris clausis, aut Literis Apostolicis quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, Institutis, etiam Societatis Jesu, et Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque quibuslibet specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam clausulis et decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, et irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, et de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exactissime servatis et specificatis respective habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publica-  
tioni præ-  
sentis Con-  
stitutionis in Ur-  
be tribui-  
tur vis  
persona-  
lis inti-  
mationis  
omnibus  
factæ.

§. 23. Volumus insuper, et eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eadem præsentis, et in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætere valescat, ipsas præsentis, seu earum transumpta, ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, et Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis Innocentianæ in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ

Floræ per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, et affigi : sicque publicatas, et affixas, omnes et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, et notificatæ fuissent.

§. 24. Utque earundem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis fidem præstari sancitur.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Confirmationis, Approbationis, Innovationis, Voluntatis, Mandati, Statuti, Decreti, et Declarationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Sanctio pœnalis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimoquarto, octavo Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno V.

Dat. die 6. Nov. 1744.

*D. Cardinalis Passioneus.*

*J. Datarus.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

*Public. die 18. ejusdem Mensis et Anni.*



PONT.  
A. V.

CX.

## JUBILÆUM

Pro Christifidelibus Italiæ, et Insularum adjacentium, Divinam opem implorantibus pro pace inter Principes Christianos, et aliis Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Universis Christifidelibus præsentis Literas inspecturis, salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

**I**N Suprema Catholicæ Ecclesiæ administratione, quam per ineffabilem Divinæ Bonitatis largitatem Omnipotens Deus Nobis commisit, non leve imbecillitatis nostræ præsidium in generali Christianorum Principum concordia collocatum iri confidebamus: Hinc jacentem pene animum, tantique muneris magnitudine, et difficultate deterritum, magna spes erexerat, in ea Nos sane incidisse tempora, in quibus, restinctis bellorum incendiis, asserta Regnorum conjunctione, hostium sublata formidine, et facta per Illum, qui et mari, et ventis imperat, tranquillitate, facilius Pastoralis officii Nostri partes implere, et Dominici gregis curam sustinere potuissemus. Verum quo minus aspera suscepti muneris ducebamus exordia, eo deinceps tristior et luctuosior Christianæ Reipublicæ facies sese paulatim explicuit, donec tota, veluti immissis facibus, Europa deflagrante, adeo vehementes turbulentissimæ tempestatis fluctus Nos jactant ac pene obruunt, ut cum Prædecessore nostro Divo Gregorio Magno, senescentis Mundi terminum, atque iræ et ultionis diem jamjam appropinquantem, Vobis apertius cum

Exordium calamitatis Europæ, et Italiæ præsertim incubantibus.

ANNO  
1744.

gemitu et lamentatione denuntiare quodammodo cogamur; Nam Regnum adversus Regnum, et Gentes contra Gentes, ac utrasque nomine Jesu Christi insignitas, exurgere, earumque pressuram terris insistere, et aliunde cum angore accipimus, et hic, manantibus continuo lacrymis, propriis oculis spectamus: Terræmotus per loca non ita pridem dederunt significationem, ut fugeremus a facie arcus; arva et setes ab eluvionibus direptæ; pestifera, et deterrima lues longe lateque Provincias depopulata, agri a Colonis relictis, quam plurimi hominum siti et fame enecti, Urbes Civibus vacuæ, obstructæ cadaveribus viæ, corpora supra corporibus inhumata, et denique tanquam aqua in circuitu sanguis effusus, satis aperta divini furoris signa undequaque præferunt, et adhuc extentum ultricis justitiæ brachium nobis ostendant; immo ne tot acerbissimis calamitatibus, Italiæ præsertim incubantibus, deesse aliquid videatur, Nos ipsi propemodum vivimus inter gladios, et fere timemus, ne, percusso pastore, oves dispergantur.

§. 1. At probe memores, quod Dominus, cum iratus fuerit, misericordiæ recordatur, neque vult mortem Peccatoris, sed ut fructus dignos pœnitentiæ faciens, convertatur, et vivat, etsi interea temporis cum privatis, tum publicis indictis precibus Deum exoravimus, ut indignationem suam a Nobis averteret, attamen, ut in Nos, cum fiducia adeuntes ad thronum gratiæ, misericordiæ suæ divitias largius effundat, ex prisco Romanæ Ecclesiæ more, coelestium munerum thesauros aperire, et liberali manu erogare decrevimus, ut hoc potissimum acceptabili tempore, cum apparuerit Salvatoris Nostri Dei humanitas, oriatur in diebus suis abundantia pacis, et Ipse auferens bella usque ad finem Terræ, arcum conterat, quem tetendit, confringat arma, et scuta comburat igni.

§. 2. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum

Divinæ  
opis fiducia,  
Oratione mediantem.

Indulgentia plena

PONT. ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque  
 A. V. solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet  
 ria conce- indignis, contulit, omnibus et singulis utriusque  
 ditur im- sexus Christifidelibus tam in hac Alma Urbe  
 plentibus Nostra, quam in universa Italia, et Insulis ei  
 opera in- adjacentibus degentibus, quorum iis, qui in  
 juncta. prædicta Urbe Nostra solemnî Processioni die  
 In Urbe. fešto S. Andreæ Apostoli ab Ecclesia ejusdem  
 Sancti Andreæ de Valle nuncupata Congrega-  
 tionis Clericorum Regularium Theatinorum nun-  
 cupatorum ad Ecclesiam Beatæ Mariæ Virginis  
 supra Minervam Fratrum Ordinis Prædicatorum  
 de eadem Urbe, universo interveniente Clero,  
 et Populo agenda, devoti interfuerint, vel Sancti  
 Joannis in Laterano, vel Principis Apostolorum,  
 aut Sanctæ Mariæ Majoris dictæ Urbis Ecclesias,  
 seu Basilicas, vel earum aliquam, intra spatium  
 duarum hebdomadarum, a supradicto die festo  
 Sancti Andreæ inchoandarum, et usque ad ter-  
 tiam Dominicam Adventus inclusive decurren-  
 darum, saltem semel devote visitaverint, ibique  
 per aliquod temporis spatium pias ad Deum pre-  
 ces, ut supra, effuderint, ac quarta, et sexta  
 feriis, ac Sabbato alterius ex prædictis hebdo-  
 madis jejunaverint, et peccata sua confessi,  
 Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ali-  
 qua ex Dominicis prædictis, vel alia die intra  
 eadem hebdomadas reverenter sumpserint, ac  
 pauperibus aliquam eleemosynam, prout uni-  
 cuique suggeret devotio, erogaverint, cæteris  
 vero extra Urbem prædictam, ut præmittitur,  
 degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum  
 vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum  
 mandato, et ipsis deficientibus per eos, qui  
 ibi curam Animarum exercent, postquam ad  
 eorum notitiam hæ nostræ pervenerint, desi-  
 gnandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam,  
 spatio duarum similiter hebdomadarum a pu-  
 blicatione designationis per Ordinarios, vel eo-  
 rum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut  
 præfertur faciendæ decurrendarum, saltem se-  
 mel visitaverint, ibique ut supra oraverint,

Extra Ur-  
 bem.

æ quarta et sexta feriis, ac Sabbato alterius ex hebdomadis præfatis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissima Communione refecti fuerint, et pauperibus aliquam eleemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra et extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, et elargimur.

§. 3. Navigantes vero, et iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis peractis, et visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum Domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, et valeant; Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam Laicis, quam Ecclesiasticis, Sæcularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis a Locorum uniuscujusque Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus erogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, et indulgemus.

§. 4. Insuper omnibus et singulis Christifidelibus utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis Sæcularibus, et Regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, et instituti tam in Urbe prædicta, quam extra eam in universa Italia, et Insulis ei adjacentibus prædictis, ut præfertur, degentibus, licentiam concedimus et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam Sæcularem, quam cujusvis Ordinis, et In-

ANNO  
1744.

De Navigantibus et iter agentibus.

Ac degentibus intra claustra, vel alias impeditis.

Facultas eligendi Confessarium pro absolut. a peccat. et censuris.

**PONT.** stituti Regularem ex approbatis, ut præmitti-  
**A. V.** tur, a locorum respective Ordinariis, qui eos  
 ab excommunicationis, suspensionis, et aliis  
 Ecclesiasticis sententiis et censuris a jure, vel  
 ab homine quavis causa latis, seu inflictis,  
 necnon ab omnibus peccatis, excessibus, cri-  
 minibus, et delictis quantumvis gravibus, et  
 enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive  
 Nobis, et Sedi Apostolicæ, etiam in literis die  
 Cœnæ Domini legi solitis, contentis, et aliis  
 Etiam reserv. per quascumque nostras, aut Romanorum Pon-  
 tificum Prædecessorum Nostrorum Constitutio-  
 nes, quarum tenores præsentibus haberi volu-  
 mus pro expressis, quomodocumque reservatis,  
 in foro conscientiæ, et hac vice tantum absol-  
 vere, et liberare valeant, et insuper vota quæ-  
 cumque (Religionis, et Castitatis exceptis) in  
 alia pia et salutaria opera commutare, injuncta  
 tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis  
 omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque  
 ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Et pro  
 commuta-  
 tione Vo-  
 torum.

Præce-  
 ptum de  
 præsen-  
 tium pu-  
 blicatione  
 etc.

§. 5. Quapropter tenore præsentium in virtute  
 Sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus atque  
 mandamus omnibus et quibuscumque Venerabi-  
 libus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Epi-  
 scopis, et aliis Ecclesiarum Prælatiis, ac quibuscum-  
 que Ordinariis locorum ubicumque existentibus,  
 eorumque Vicariis, et Officialibus, vel iis de-  
 ficientibus, illis, qui curam Animarum exer-  
 cent, ut cum præsentium literarum transumpta  
 seu exempla, etiam impressa acceperint, illa  
 statim absque ulla mōra, retardatione, vel im-  
 pedimento, per suas Ecclesias, et Dioeceses,  
 provincias, Civitates, Oppida, Terras, et loca  
 publicent, et publicari faciant, Ecclesiamque  
 seu Ecclesias visitandas designent.

Exceptio-  
 nes Indul-  
 torum.

§. 6. Non intendimus autem per præsentibus  
 super aliqua irregularitate publica, vel occulta,  
 nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate  
 quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam  
 facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi,  
 et in pristinum statum restituendi, etiam in

forò conscientiæ : neque etiam easdem præ- ANNO  
1744.  
sentes iis, qui a Nobis et Apostolica Sede, vel  
ab aliquo Prælatò, seu Iudice Ecclesiastico,  
etiam eorum nomine speciatim non expresso,  
excoëmunicati, suspensi, interdicti, seu aliàs  
in sententias, et censuras incidisse declarati,  
vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus  
dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint,  
aut cum partibus concordaverint, ullo modo  
suffragari posse, aut debere.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Deroga-  
tiones.  
Ordinationibus Apostolicis, præsertim, quibus  
facultas absolvendi in certis tunc expressis ca-  
sibus ita Romano Pontifici pro tempore exi-  
stenti reservatur, ut nec etiam similes, vel  
dissimiles Indulgentiarum, et facultatum hujus-  
modi concessionibus, nisi de illis expressa mentio,  
aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari  
queant : necnon regula Nostra de non conce-  
dendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcum-  
que Ordinum, et Congregationum, sive Insti-  
tutorum Regularium, etiam juramento, confir-  
matione Apostolica, vel quavis firmitate alia  
roboratis, statutis, et consuetudinibus; privi-  
legiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis  
eisdem Ordinibus, Congregationibus, et Insti-  
tutis, illorumque personis quomodolibet con-  
cessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus,  
et singulis, etiamsi de illis eorumque totis te-  
noribus specialis, specifica, expressa, et indivi-  
dua, non autem per clausulas generales idem  
importantes, mentio, seu quævis alia expressio  
habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad  
hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus  
pro sufficienter expressis, ac formam in eis  
traditam pro servata habentes, hac vice specia-  
liter, nominatim, et expresse, ad effectum  
præsentium, derogamus, cæterisque contrariis  
quibuscumque.

§. 8. Ut autem præsentibus Nostræ, quæ ad Fides ha-  
benda  
singula loca deferri non possunt, ad omnium Transum-  
notitiam facilius deveniant, volumus, ut ea-  
ptis.

**P o s t.** eundem præsentium transumptis, vel exemplis,  
**A. V.** etiam impressis, manu alicujus Notarii publici  
 subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ec-  
 clesiastica constitutæ munitis, ubique locorum,  
 ut præfertur, eadem prorsus fides habeatur,  
 quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent ex-  
 hibitæ, vel ostensæ.

**Dat. die** Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
**20. Nov.** sub Annulo Piscatoris die vigesima Novembris  
**1744.** millesimo septingentesimo quadragesimo quarto,  
 Pontificatus Nostri Anno Quinto.

*D. Card. Passioneus.*

*Publicata die 21. ejusdem Mensis, et Anni.*



ANNO  
1744:

## CONTROVERSIAE

CXI.

Circa Regimen Missionum in Regno Cocinchinae  
existentium, earumque limites, dirimuntur.

*Venerabili Fratri, Hilario Costa Episcopo  
Corycensi, et Apostolico Vicario Regni  
Tunchini Orientalis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**Q**UANTOPERE Caritas Christi et sollicitudo om-  
nium Ecclesiarum urgere pergat Apostolicam  
hanc Sanctam Sedem, cujus Pastorum Princeps  
Jesus Christus per abundantiam Divinae Boni-  
tatis Nobis quamvis immerentibus Vicariam au-  
ctoritatis suae in Suprema Catholicae Ecclesiae  
administratione tribuit potestatem, adeo certum  
est, ut luculentissima Apostolicae caritatis et sol-  
licitudinis hujusmodi argumenta ubique terra-  
rum luce clarius conspiciantur. Romani sane  
Pontifices Praedecessores nostri, Nosque ipsi,  
a remotissimis Orbis terrarum regionibus etsi  
corpore absentes, spiritu tamen praesentes,  
nunquam destitimus, quin per Sacros Operarios  
ad Evangelicam Christi Vineam excolendam  
omni tempore missos uberrimus Christianae  
pietatis et aeternae salutis fructus colligeretur.

§. 1. Inter caeteras vero Apostolicas in Asia  
institutas Missiones, nobilior et fructuosior olim  
commendabatur illa Cocinchinae, sed ad statum  
tam perniciosum deplorabilemque jamdudum  
reducta est, atque in tanta perturbatione modo

Apostolice Sedis  
Cura pro  
statu om-  
nium Ec-  
clesiarum

Missiones  
Cocinchinae va-  
riis agi-  
tatae dis-  
sidiis.



**P O N T.** versatur, ut de illa non sine obortis lacrymis  
**A. V.** ingentique animi Nostri mœrore cogitare possi-  
 mus. Quæ autem status perturbationisque hæ-  
 jusmodi causa fuerit atque in præsentia sit,  
 manifestius Fraternitati Tuæ, quippe quæ prope  
 oculis spectat, quam Nobis tam longe existen-  
 tibus, nota est; quamplurimæ scilicet gravis-  
 simæque controversiæ et concertationes, non  
 minus inter Missionarios diversorum Ordinum,  
 Congregationum, et Institutorum ibi adlabo-  
 rantes, quam inter nonnullos ipsorum, et  
 Apostolicos pro tempore Vicarios, eorumque  
 Coadjutores exortæ, quæ magno animorum  
 ardore fotæ, in dies increscunt. Tota vero hæ-  
 rum controversiarum concertationumque summa  
 in finibus terminisque Ecclesiarum, earumque  
 inibi erectarum constitutis residentiis, necnon  
 in regimine, et directione illorum Christifide-  
 lium, ab unoquoque ex iisdem Ordinibus,  
 Congregationibus, et Institutis seorsim ac pri-  
 vative prætensa, consistit: quemadmodum  
 etiam quoad varias doctrinas ac ritus, seu con-  
 suetudines, per eas Regiones jam disseminatas,  
 vel subinductas, ab integerrima Catholicæ Ec-  
 clesiæ doctrina disciplinaque discrepantes, aut  
 minime consentaneas, vertitur. Etsi autem Apo-  
 stolica hæc Sancta Sedes, prout rerum ac tem-  
 perum rationem exposcere visum fuit, de Ve-  
 nerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardi-  
 naliū negotiis Propagandæ Fidei præposito-  
 rum consilio, per varias ordinationes præscri-  
 ptasque rationes, et salutare, et opportunum  
 tum auferendis componendisque exortis jam  
 dissidiis perturbationibusque, tum avertendis  
 impediendisque ulterioribus malis, remedium  
 adhibere non omisit: ipsa tamen locorum dis-  
 tancia in causa fuit, quod Apostolicæ provi-  
 dentię hujusmodi nedum optatus excitatis ar-  
 dentibusque discordiarum incendiis penitus extin-  
 guendis successus minime responderit; quin  
 imo, propter immaturum Apostolicorum Vica-  
 riorum eorumque Coadjutorum obitum; neces-

Quæ nun-  
 quam pe-  
 nitus ex-  
 tingui po-  
 tuerunt  
 per Decre-  
 ta Con-  
 greg. de  
 Propag.  
 Fide.

sariamque novorum utriusque Successorum deputationem, magis magisque dissidiorum concertationumque fervor exarserit.

§. 2. Quoniam autem ex relatis propositisque Partium studiis, rationibus, et documentis, invicem ut plurimum pugnantibus, rectum, æquum, certumque rerum tam longe dissitarum iudicium haud facere, ac pronuntiare potuerat ipsa Congregatio Cardinalium Propagandæ Fidei; in eam sententiam, ne Missiones hujusmodi penitus interirent, venit anno millesimo septingentesimo trigesimo sexto, ut Apostolicus Visitator facultatibus necessariis et opportunis instructus per fel. record. Clem. PP. XII. Prædecessorem nostrum illuc adlegaretur; qui omnibus inibi perspectis ac mature expensis, præ oculis Deum habens, et ad promovendum Sacrosanctæ Catholicæ Religionis incrementum dumtaxat intentus, exortas inter Missionarios aliosque controversias et dissidia componeret atque sedaret, inordinationes emendaret, salutaris providentiæ ordinem pro recto illorum Christifidelium regimine induceret, ac denique per opportuna decreta (super quibus tamen semper intelligeretur reservata ejusdem Congregationis Cardinalium auctoritas, et dictæ Apostolicæ Sedis suprema confirmatio) pristina tranquillitas, concordia, ac præsidium Missionibus illis fere languentibus restitueretur firmareturque. Hujusmodi consilio adhærens idem Clemens Prædecessor, Venerabilem Fratrem Elzearium Franciscum des Achards de la Beaume Episcopum Halicarnassensem, et Pontificio Solio Assistentem, in Civitate nostra Avenionensi natum, et Metropolitanæ Ecclesiæ Avenionensis Præpositum, in Apostolicum Coccinchinæ Visitatorem delegit et ablegavit.

§. 3. Anno itaque MDCCXXXIX. illuc appulsus, ut injuncti muneris partes expleret, vigore facultatum sibi tributarum, post cœptam absolutamque Visitationem Ecclesiarum uniuscujusque Instituti, nempe Dilectorum Filiorum Pres-

ANNO  
1744.

Hujus  
consilio,  
Clem. XII  
eò ablegat  
Episc.  
Halicarn.  
Visitat.  
Apost.

Qui Ec-  
cles. illas  
visitat.

**NOT.** byterorum Sæcularium Seminarii Missionum ad  
**A. V.** Exteros Civitatis Parisiensis, Clericorum Regularium Societatis Jesu, Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum Provinciæ S. Gregorii Insularum Philippinarum, et Missionariorum ipsius Congregationis Propagandæ Fidei, de rebus omnibus, quantum cum Domino potuit, edoctus, edidit Decreta tenoris qui sequitur, videlicet :

Et Decreta hic inserta promulgat.

Exordium.

§. 4. *Elzearius Franciscus Des Achards De la Beaume, Dei, et Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Halicarnasseus, Sanctissimi Domini Nostri D. Papæ Prælati Domesticus, Solii Pontificii Assistens, Ecclesiæ Metropolitanæ Avenionensi Præpositus, et Missionum Cocinchinæ, Caribollæ et Ciampæ Visitator Apostolicus specialiter Delegatus. Omnibus Venerabilibus Missionariis in hac Vineâ laborantibus, salutem. Ea fuit mens Summi Pontificis, et Sacræ Congregationis de Propaganda Fide in decernenda Visitatione Apostolica, ut eradicatis zizaniis, quæ in his partibus semen Patrisfamilias suffocabant, gravium Prædicationis Evangelicæ altas et liberâs radices ageret, uberesque fructus, qui hujusce Ecclesiæ horreum implerent, deinde produceret. Cum igitur tantum onus humeris nostris, licet imparibus, impositum fuerit; ex quo ad has oras appulimus, nullam non adhibuimus diligentiam, ut ab iis finibus exulem tranquillitatem reduceremus, Deoque, qui Caritas est, preces et supplicationes offerre non cessavimus, ut Plebis suæ miseratus, iis, quibus dederat fidem, largiretur et pacem. Jam votis nostris benignus annuit Deus, et cum summa animi nostri voluptate infelices hos Neophytos, quos Diabolus, aut ignorantia deceperat, rediisse ad cor, et præstare omnimodam Ecclesiæ, et Pastoribus obedientiam videmus, jam Sacra frequentantur, ac de sua nunc salute solliciti, qui a pluribus annis peccata non deponebant, ad Tribunalia advolant, et alia Ecclesiæ Sacramenta petunt ac recipiunt. Sed ad illud gaudium, quo ex tot et tam subitis muta-*

tionibus repleti sumus, aliud multo majus accessit, vestrae scilicet, Venerabiles Fratres, Nos adjuvandi voluntatis affectio, vestrumque exequendi nostra decreta propositum; sic enim Dei Opus consummabitur, et pia Sacrae Congregationis desideria complebuntur. Ut itaque ad optatum finem perveniamus, paxque ista, quae de Coelo descendit, firma et stabilis perseveret, Christianique in plures factiones imposterum non scindantur, suosque legitimos cognoscant Pastores, et ut decet reverentur, sequentia decreta edenda existimavimus, quae sub poena disobedientiae, et alia majori arbitrio Sacrae Congr. et nostro imponenda, inviolabiliter ab omnibus Vobis servari mandamus, usque dum de iis certior facta, eadem Sacra Congr. aliter statuendum senserit.

§. 5. Primo quidem, cum experientia comper-  
tum sit, jurgiorum et dissensionum non pauca  
praebere semina, quando diversae Christianitates  
a suis legitimis non reguntur Pastoribus, man-  
damus, ne imposterum aliquis Missionarius cu-  
juslibet Instituti aut Ordinis, Saecularis, aut Re-  
gularis, etiam e Societate Jesu, audeat mittere  
falces in Messem alienam, sed contentus unus-  
quisque portionis vineae, quae illi contigit, illam  
accurate excolat.

§. 6. II. Et quoniam pro bono et incremento  
hujus Missionum Sacra Congregatio usque de  
anno 1658. Vicarios Apostolicos duxerit depu-  
tandos, qui istarum vinearum culturae invigila-  
rent, et cum Sociis e Seminario Parisiensi illis  
adjunctis, in illis laborarent, et Clerum indige-  
num formarent, volumus, ut Ordo antiquus ab  
iisdem Vicariis Apostolicis institutus omnino ob-  
servetur.

§. 7. III. Adhaerentes Sacrae Congregationis  
decretis, quibus prohibitum est, ne diversi Insti-  
tuti Missionarii in eodem Districtu se collocent,  
ut praecipue videre est in Decreto 26. Junii 1707.  
dato, ac ne Ordo Ecclesiasticus confundatur, uni-  
cuique Gregi juxta praescriptum Sacri Concilii  
Tridentini, proprios Pastores, qui suarum quis-

ANNO  
1744.

Jubet sin-  
gularum  
districtum fi-  
nes custo-  
diri.

Servari  
Ordinem  
praescri-  
ptum a  
Congr.  
Prop. Fi-  
dei.

Missionum limi-  
tes distin-  
guit.

PONT. *que ovium curam habeant; attribuendos, ut infra, duximus. Discussis igitur sedulo omnium juribus, quæ variis in Congressibus coram Nobis habitis tam verbo quam scripto Nobis ab unoquoque et ab omnibus partibus exposita sunt, discernimus: Primo ut Provincia Huè, seu Aulæ remaneat communis, uti hactenus fuit, inter inclutum Parisiense Seminarium, et Venerabilem Jesu Societatem, ita ut RR. DD. Galli suas Residentias, quas possidebant, et adhuc habent in Tparchiis Phu-cam, et Tho-duc, pacifice conservabunt, unde Christianitatibus, seu Populationibus illis annexis inservient. Similiter RR. PP. Societatis absque ulla contradictione remanebunt in possessione residentiarum, quas habent in Kebat, unde quoque Christianitatibus ab ipsis dependentibus occurrent. Sed cum RR. PP. Franciscani, contra tenorem Decretorum superius allegatorum, a septem circiter annis unam aperuerint Ecclesiam in Tparchia Tho-duc in districtis et prope Ecclesiam DD. Gallorum: mandamus, ut spatio octo dierum, post promulgationem nostrorum Decretorum, R. P. Hieronymus a Sanctissima Trinitate, qui memoratam Ecclesiam apperuit in Tho-duc, se recipiat in Ecclesiam Soingua sitam ad Littus Insulæ Regis, et quæ pertinere dicitur ad Religionem Seraphicam: At vero cum hæc Ecclesia Soingua reperiatur in Districtu Kebat RR. PP. Jesuitarum, dictus P. Hieronymus ibi remanere poterit quoad vixerit, sed illo discedente, vel decedente, nullus alius ex Familia S. Francisci illi sufficiatur. II. Discernimus pariter ut Provincia Cham communis administretur, sicut hactenus consuetum est, a RR. DD. Missionariis Gallis, et RR. PP. Jesuitis, et quilibet respective in suis Districtibus curam habeat Christianitatum ab ipsis dependentium; quæ quidem Christianitates RR. DD. Gallorum incipiunt a Con-ve, et Ketà inclusive, usque ad Suum ex parte Boreali; Christianitates autem RR. PP. Societatis incipiunt a Taifo, et Trachien usque ad Caytlam ex parte Australi.*

Franciscanis aliquas adimit Ecclesias et infra n. 2. et 4.

*Verum cum RR. PP. Franciscani a paucis annis in medio dictarum Christianitatum se collocaverint, cum magno præjudicio præcipue RR. PP. Jesuitarum semper reclamantium, mandamus ut dictæ Christianitates tam RR. PP. Societatis, quam RR. DD. Gallis restituantur; et R. P. Philippus a Conceptione, qui in Portu Taifò unam aperuit Ecclesiam, quæ solum aliquot minutis distat a residentia RR. PP. Societatis, dictus R. P. Philippus se recipiat in Ecclesiam Superiorem Chindoa, quæ etiam pertinere dicitur ad Religionem Seraphicam, ubi quoad vixerit, si voluerit, remanebit, ita ut illo discedente vel decedente, nullus alius Franciscanus ipsi substituat, sed tota hæc Christianitas, vel aliæ ad proprios redeant Pastores. III. Examinata summa cum attentione ac diligentia contentione, quæ orta est inter RR. DD. Missionarios Gallos, et RR. PP. Jesuitas circa Provincias Boreales Dinheat, Quamgbinh, et Dingoè, prætendente utraque Parte illarum Provinciarum administrationem ad se pertinere, affirmantibus RR. PP. Jesuitis se eas aperuisse, et aliquot millia Gentilium Sacro Lavacro in iis abluisse: asserentibus e contra RR. DD. Gallis sibi ab ipso ingressu DD. Vicariorum Apostolicorum illas Provincias Boreales Dinheat, Quamgbinh, et Dingoè assignatas fuisse ut illas excolerent, ut de facto eas soli ab illo tempore semper excolere, aut per se, aut per Sacerdotes Anamitas suos Alumnos usque ad annum 1719. quo R. P. Morera Jesuita se in eas Provincias intromisit, fabricando Ecclesiam prope alteram RR. DD. Gallorum; Nos considerantes utramque partem æqualibus inniti rationibus, et insuper consulentes æquitati, quæ videretur exigere ut dictæ Provinciæ Boreales inter Ven. Jesu Societatem, et inclytum Parisiense Seminarium communes remanerent, quandoquidem tam RR. PP. Jesuitæ, quam RR. DD. Missionarii Galli in dictis Provinciis Christianitates aperuerint; at tamen cum RR. DD. Missionarii Galli omnia jura sua Nobis commiserint, et RR. PP. So-*

PONT.  
A. V. *cietatis sint in actuali possessione dictarum Provinciarum Dinhat, Quamgbinh, et Dingoè, decernimus pro bono pacis, ut res remaneant in eodem statu, in quo sunt, scilicet a RR. PP. Jesuitis memoratarum Provinciarum Boreali-um Dinhat, Quamgbinh, et Dingoè Christianitates administrentur. IV. Circa Provincias Quinghà, et Quining, cum probatum fuerit, eas, ante RR. PP. Franciscanorum usurpationem, communiter administratas fuisse a RR. DD. Missionariis Gallis, et a RR. PP. Jesuitis, qui adhuc in dictis Provinciis suas habent Ecclesias, decernimus, ut caritas inter hæc duo corpora magis ac magis firmetur, ut Provincie Quinghà curam habeant private RR. PP. Jesuitæ, et RR. DD. Missionarii Galli etiam private Provincie Quining inservient. Quoad vero RR. PP. Franciscanos, qui ultimi in dictas Provincias intrarunt, stationesque prædictorum RR. DD. Gallorum, et RR. PP. Jesuitarum invaserunt, mandamus, ut quamprimum dicti RR. PP. Franciscani se recipiant in Raygon, quæ est pars Provincie Dounay, ubi Messis multa est, undeque facile in vastissimum totius Regni Cambodiæ Campum poterunt se extendere, cum ibi supersit unicus Missionarius Franciscanus ex Propaganda Fide. V. Provincis Phu-yen, Nhraù, et Nhatlang præficimus private RR. DD. Missionarios Gallos, utpote ab ipsis solis semper sine contradictione administratis. VI. Cum nullus Missionariorum adhuc voluerit suscipere curam Provinciarum Phanry, et Phanrang in Regno Ciampæ, mandamus ut RR. DD. Missionarii Galli suo zelo illud pondus ad majorem Dei gloriam sustinere continuent. VII. Quantum ad Provinciam Dounay omnium majorem, subjacebit omnino caritati RR. PP. Societatis; reservata tamen RR. DD. Missionariis Gallis Ecclesia Bingo, quæ ad illos pertinet. VIII. et ultimo. De Ecclesiis Sacr. Congregationis, quæ omnes in Di-*

Aliquot strictibus RR. DD. Missionariorum Gallorum Ecclesia-  
reperiuntur, scilicet in Phucam Provincia Aulæ,

*altera in Phu-yen, tertia in Nhrau, et quarta in Nho-lang, etc. nihil audemus statuere: cum enim dictæ Ecclesiæ absque consensu et sine licentia ejusdem Sac. Congreg. structæ fuerint, nullasque habeant Christianitates sibi adnexas, illas supremæ dispositioni dictæ Sacræ Congr. relinquimus.*

§. 8. Porro ad evitanda scandala, quæ ex multitudine Operariorum diversi Instituti, aut Ordinis nascuntur, præcipimus ut nullus Missionarius sive Sæcularis, sive Regularis, etiam e Societate Jesu, extra Christianitates sibi assignatas ullum Jurisdictionis actum exercere audeat, aut ullis facultatibus sibi concessis uti possit; secus tamen si a Gentilibus, vel alia rationabili de causa, extra suos limites exire cogatur, tunc de licentia Vicarii Apostolici, et de consensu Missionarii hujus Districtus exercere functiones solitas poterit. Et quia in hac prohibitione non intendimus comprehendere casus urgentes, in quibus Missionarii vocantur ad Infirmos, sine mora illis debent succurrere; quin imo hortamur omnes Nostros Ven. Fratres Missionarios, ut sese mutua caritate adjuvare satugant.

*Datum Huè in Civitate Aulæ die 2. Julii 1740.*

*El. F. Episcopus Halicarn.  
Visitator Apostolicus.*

§. 9. Præinserta vero decreta statim atque idem Elzearius Franciscus Episcopus, Apostolicus Visitator, proposuit ac publica fecit, antedicti fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum ad Apostolicam S. Sedem appellarunt; unde ad laudatam Congregationem Propagandæ Fidei, ac potissimum ad particularem Congregationem nonnullorum Cardinalium super Missionibus Indiarum Orientalium specialiter deputatorum, remisimus præinserta decreta, ut mature examinarentur. Præfatæ autem particularis Congregationis Cardinalium, qui die XIX. mensis Septembris anno MDCCXLI. Decreta hujusmodi ad trutinam,

ANNO  
1744.  
rum per-  
tinentiam  
remittit  
judicio  
S. Congre-  
gationis.

Prohibet  
Missiona-  
riis exer-  
citiū  
suarum fa-  
cultatum  
extra pro-  
prium di-  
strictum.

Franci-  
scani ap-  
pellant ad  
S. Sedem.



POHT. juxta nuntios, acceptasque tunc primas rerum  
A. V. omnium notiones, expenderant, consilio, non  
solum sæpedita Decreta die xx. immediate se-  
quenti ejusdem mensis et anni Pontificio vocis

Sed De- Nostræ Oraculo approbata et confirmata, verum  
creta con- etiam, quoad tertium, et quartum decreta,  
firmantur et ampli- ampliata fuerunt, prout sequitur. *Injungen-*  
antur. *dum Patribus Franciscanis etiam in virtute et*  
*sub formali præcepto S. Obedientiæ, ut a toto*  
*Regno Cocinchinæ omnino recedant, sequas in*  
*proximum Cambodiæ Regnum recipiant, ubi*  
*Messis quidem multa est, Operarii autem vel pauci*  
*vel nulli sunt; ibique Missionariorum munus,*  
*et zeli sui partes expleant, sub auctoritate et pro-*  
*tectione Sacræ Congregationis, et sub regimine*  
*et directione Vicarii, seu Pro-Vicarii Apostolici*  
*pro tempore a S. Sede constituti et respective con-*  
*stituendi in Regnis Cocinchinæ, Ciampæ, et Cam-*  
*bodiæ a quo facultates necessarias et opportunas*  
*ad Missiones exequendas accipere debeant. Ec-*  
*clesiæ vero, quas ad hæc usque tempora in me-*  
*morato Cocinchinæ Regno prædicti Patres Or-*  
*dinis S. Francisci vel aperuerunt, vel admini-*  
*strarunt, remaneant sub libera dispositione Vicarii*  
*Apostolici, exceptis tamen iis, quæ per recensita*  
*decreta Visitationis Apostolicæ, vel Patribus So-*  
*cietatis Jesu, vel Sacerdotibus Seminarii Pari-*  
*siensis adjudicatæ sunt, firmis remanentibus tum*  
*in ea parte, tum in reliquis, iisdem Decretis.*

Iterum §. 10. A quibus satie decretis ita, ut præmit-  
recurrunt titur, approbatis, confirmatis, et ampliatis,  
ad Sancti- habitu ad Nos recursum, dilectus Filius Vices  
tissimi- Procuratoris Generalis gerens in hac Romana  
mam, qui Curia residens, eorundem Fratrum Ordinis Mi-  
suspendit norum S. Francisci de Observantia Excalceato-  
Decreto- rum nomine Nobis humiliter exponi fecit præ-  
rum exe- judicium, ac damnum, quod ex tertio et quarto  
cutionem. decretis, tum juxta formam et tenorem ab ipso  
Apostolico Visitatore conceptis, tum juxta am-  
pliationem eorundem a laudata Congregatione  
particulari Cardinalium factam, iisdem Fratri-  
bus inferebatur: Hinc enim emanabat quædam

ANNO  
1744.

veluti eorundem expulsio ab omnibus Missionibus Cocinchinæ, et ab Ecclesiis, residentiisque, quas ipsi Fratres, prout asserebatur, justo legitimoque titulo, et auctoritate Vicariorum Apostolicorum, non odioso Invasorum Occupatorumque nomine, veluti quodammodo notabantur, obtentas semper possederant, et reipsa possidebant; ac propterea Nobis etiam supplicari fecit, ut non obstante antedicta approbatione, confirmatione, ac præsertim tertii, et quarti decretorum præinserta ampliacione, de novo in prædicta Congregatione Cardinalium super iisdem tertio, et quarto decretis, rationum momenta discuterentur. Nos itaque ad Dilectum Filium Nostrum Vincentium S. R. E. prædictæ Cardinalis Petra nuncupatum dictæ Congregationis Propagandæ Fidei Præfectum rescripsimus die xxiii. mensis Novembris ejusdem anni. *Eosdem Patres Franciscanos audiri et interim supersederi in executione memoratorum decretorum in ea parte dumtaxat, quæ ipsos respicit, non retardata executione quoad reliqua.*

§. II. Interim animadvertentes negotium hujusmodi non levis esse ponderis, præscripsimus, ut tam Fratres Ordinis Minorum S. Francisci, quam Presbyteri Seminarii Parisiensis prædicti (inter utrosque namque præcipua dissensionum causa agitabatur) argumenta documentave pro utrorumque causa facientia ad prædictam particularem Congregationem coram Nobis habendam afferrent producerentque. Quod cum ab utriusque partis Patronis tum voce, tum scripto præstitum fuisset; tandem die prima mensis Septembris currentis anni post exactam controversiæ discussionem, in unanimum eorundem Cardinalium sententiam Nos quoque euntes, decrevimus recedendum esse a decisis, necnon decreta tum tertium, tum quartum ab Apostolico Visitatore edita, a particulari Congregatione Cardinalium ampliata, et a Nobis, ut præmittitur, approbata et confirmata, esse re-

Causa  
proponi-  
tur coram  
SS. utra-  
que parte  
informan-  
te.

Decreta  
revocan-  
tur, et  
Ecclesias

PONT. vocanda ; ac propterea eosdem Fratres Ordinis  
 A. V. Minorum S. Francisci de Observantia Excalcea-  
 Francisca torum in omnium Ecclesiarum , ac residentia-  
 nis reddi rum , quibus , antequam memorata decreta edita  
 decerni- fuissent , gavisī ac potiti fuerant , et gaudebant  
 tur. ac potiebantur , possessione , manutenendos et  
 confirmandos esse.

Episcopus §. 12. Quoniam autem in accurato harum re-  
 Corycen- rum examine , ut præmittitur , habito , certus  
 sis delega- verusque numerus Ecclesiarum residentiarum-  
 turexecu- que , ut asserebatur , ante ab ipsis Fratribus  
 tionī. Ordinis S. Francisci possessarum , aliarumque  
 rerum ad easdem Cocinchinæ Missiones spectan-  
 tium notitia haberi non potuit : Hinc est , quod  
 Nos quæcumque super iisdem Ecclesiis , ac Re-  
 residentiis designandis imposterum altercandi oc-  
 casionem præripere ac penitus auferre cupien-  
 tes , necnon de Fraternitatis Tuæ fide , pru-  
 dentia , doctrina , vigilantia , integritate , et pa-  
 storali animarum salute ac zelo plenam in Do-  
 mino fiduciam habentes , Te nostrum atque hu-  
 jus Apostolicæ Sedis Delegatum ad præmissa ,  
 aliaque , ut infra , negotia in Cocinchinæ Regnis  
 peragenda cum facultatibus infra dicendis , au-  
 ctoritate Apostolica , tenore præsentium , con-  
 stituimus et deputamus , ac Tibi committimus  
 et mandamus , ut redditis Tibi hisce nostris in  
 forma Brevis literis , ac Pro-Vicario , ad omnia  
 et singula muneris Fraternitati Tuæ demandati  
 ( exceptis tamen iis , quæ Ordinem Episcopalem  
 requirunt ) Officia , toto absentiaæ tuæ tempore ,  
 in Regno *Turchini Orientalis* supplenda ac præ-  
 standa , apto et idoneo , cum facultatibus ne-  
 cessariis et opportunis , ad Tui arbitrium con-  
 stituto et deputato , Te statim ad Cocinchinæ  
 Regna conferas . Volumus autem , ut ante quam  
 pergas , Venerabilem Fratrem Armandum Fran-  
 ciscum *le Febvre* Episcopum Noelen. modernum  
 Vicarium Apostolicum Cocinchinæ , de Aposto-  
 lica Visitatione hujusmodi , deque tuo accessu ,  
 quemadmodum Nos etiam per alias nostras in  
 simili forma Brevis literas eundem admone-

mus, certiozem facias, ut nulla propterea intercedat animorum quoad jurisdictionem discordia, sed glutino caritatis Jesu Christo conjuncti, æternæ Animarum Christifidelium saluti opportune consulatis.

ANNO  
1744.

§. 13. Postquam igitur illuc perveneris, primum omnium Apostolico Vicario prædicto in virtute S. Obedientiæ nostro nomine, et auctoritate tua injunges, ut omnia et singula præinserta decreta debitæ executioni demandari curet et faciat, iisdem præsus modo et forma, quibus proposita et publici juris facta fuere; exceptis tamen tertio, et quarto decretis, quorum executionem juxta nostram emendationem reformationemque Tibi dumtaxat demandamus. Porro ut imposito Fraternitati Tuæ hac super re gravissima muneri secundum vota nostra satisfacere valeas, oportet, ut partes invicem contententes aliosque neutri partium adhærentes, sed probatæ fidei, et integritatis viros extrajudicialiter sine strepitu, et forma judicii audias, quo ad veram omnium et singularum rerum ad effectum hujusmodi necessariorum notitiam, pro tua dumtaxat intelligentia, ductu, ac regimine, devenire valeas. Statim vero atque certum Ecclesiarum Residentiarumque ab iisdem Fratribus Minorum S. Francisci ante prædictam Visitationem justo legitimoque titulo possessarum numerum habueris, ipsis Fratribus eadem Ecclesias residentiasque restituas et restitui facias, atque in antiquam earundem possessionem immittas et confirmes. Præterea unicuique tam ex dictis Ecclesijs Residentiisque, quam ex alijs Societatis Jesu, et Seminarii Parisiensis in illis Provinciis, Præfecturis, et Civitatibus, quæ promiscue per eosdem Societatis Jesu, et Seminarii Parisiensis Alumnos reguntur et administrantur, habita semper ratione congruentis commodæque distantiae unius ab altera Ecclesiæ, ac insimul numeri multitudinisque Christifidelium ibi commorantium, fines ac terminos, sive districtum, assignes,

Ut Franciscanos in pristinum restituat.

Omnibus, que præstat, Districtum limites.

PONT.  
A. V.

atque ipsos etiam uniuscujusque Districtus fines terminosque status et constituas; cum inhibitione, etiam cum pœnarum, censurarumque, prout Fraternitati Tuæ visum fuerit, et quatenus opus sit, ad tuum arbitrium imponendarum atque ipso facto incurrendarum denuntiatione, ne quilibet Missionarius unius Ordinis, Congregationis, et Instituti audeat irrumpere, et sese immittere in Districtum alii Missionariis cujusvis Ordinis, Congregationis, et Instituti assignatum et præscriptum, nisi in casibus puræ putæque necessitatis, juxta normam in decretis præinsertis, præsertim in Paragrapho *Porro*, traditam.

Declaratio super §. 14. Insuper cum laudata Congregatio particularis die XIX. mensis Sept. Anno MDCCXXI., reservatis ut præmittitur, habita, octavum ex præinsertis Decretis declarans, præscripserit, ut *Ecclesiæ ad Sacram Congregationem (nempe Propagandæ Fidei) spectantes, videlicet ea, quæ reperitur in Provincia, et Civitate Aulæ, et in qua residere consueverat bo. mem. Episcopus Nabuœnsis Vicarius Apostolicus, alia, quæ sita est in Portu Tayso; necnon illæ, quæ sunt in Phuyen, in Nhau, et in Nhandlang servantur pro Missionariis ejusdem Sacræ Congregationis; et Vicarius Apostolicus unicuique ex prædictis Ecclesiis Districtum congruum, et Christianitatem assignet a Missionario in ea constituendo regendam. Interim vero et donec Missionarii ab eadem Sacra Congregatione mittendi ad Regnum Cocinchinæ pervenerint, idem Vicarius Apostolicus prædictas Ecclesias, et respective Christianitates earum cuilibet, sicut præfertur, adnexas vel assignatas, administrari curet per Sacerdotes Seminarii Parisiensis, nomine tamen præfatæ Sacræ Congregationis, et non aliter, nec alio modo, et usque ad novam ipsius Sacræ Congregationis dispositionem. Quod quidem per eundem Vicarium Apostolicum præstandum erit, et quodcumque futuris temporibus aliquis Missionarius dictæ Sacræ Congregationis decesserit vel discesserit,*

*De reliquis autem Ecclesiis ad eandem Sacram Congregationem pertinentibus, idem Vicarius Apostolicus disponat, sicut ipse in Domino magis opportunum arbitrabitur: Nos præinsertam octavi decreti declarationem auctoritate et tenore paribus confirmantes, Tibi pariter committimus et mandamus, ut; si per Vicarium Apostolicum Cocinchinæ declaratio et præscriptio hujusmodi debitæ vel in totum, vel in partem, quoad descriptas quinque Ecclesias ad dictam Congregationem Propagandæ Fidei spectantes, executioni minime demandata sit, eandem declarationem præscriptionemque omnimodæ executioni cum ipsius Apostolici Vicarii scientia, demandari faciat et curet Fraternitas Tua. In uno aut altero hujusce negotii casibus, a prædictis Seminarii Parisiensis Missionariis, qui antedictas Ecclesias, earumque districtus pro tempore regunt, et administrant, per authentica documenta ab iis, quos in unaquaque earumdem Ecclesiarum, earumque districtibus, residere et addictos esse repereris, propria manu subscripta, et interposito etiam jurejurando confirmata, et publica facta, exigas apertam sinceramque declarationem, qua se nimirum Ecclesias, et Districtus hujusmodi precario tantum nomine regere et administrare, neque per illud temporarium sive eventuale regimen et administrationem, unquam, aut ullo prorsus modo sibi quemcumque titulum aut jus dominii, manutentionis, possessionisque venire, quæri, deberi et vindicari posse, contestentur.*

Ejusdem  
jura ex-  
presse præ-  
servanda.

§. 15. Pari itidem modo authentica ejusmodi documenta exigas a Fratibus Ordinis Minorum S. Francisci sæpeditis: qui non solum declarent, sed juridice ac legitime etiam spondeant, obligentur, et obstringantur, se Ecclesias, ac Residentias in Cocinchina ipsis per Nos, prout præmittitur, adjudicatas, et propriis sumptibus eorum Provinciæ Insularum Philippinarum conservaturos, et nunquam deserturos, et eum semper retenturos congruentem

Franci-  
scani Ec-  
clesias si-  
bi adjudi-  
catas ne  
deserant  
etc.

PONT. numerum Missionariorum, quibus Fraternitas  
 A. V. Tua unamquamque Ecclesiam, habita rerum,  
 personarum, locorumque ratione, indigere no-  
 verit, atque existimaverit statuere ac præscri-  
 bere; quemadmodum, ut statuas et præscri-  
 bas, Tibi pariter injungimus et mandamus.

Idem in Regna Ci-  
 ampæ, et  
 Cambo-  
 diæ se ex-  
 tendere  
 valeant,  
 sed aliis  
 non ex-  
 clusis.

§. 16. Declarationem denique, authenticis  
 etiam, ut præmittitur, documentis instructam  
 exiges ab iisdem Fratribus Ordinis Minorum  
 S. Francisci, qui nomine antedictæ Provinciæ  
 Insularum Philippinarum Nobis ultro obtule-  
 runt, nimirum sese subituros totum onus,  
 propriis sui omnino sumptibus semper susti-  
 nendum, Missionum Regni *Ciampæ* (in ea ta-  
 men ejusdem Regni parte, in qua nullus alte-  
 rius Ordinis, Congregationis, et Instituti Ope-  
 rarius existat) et in Regno *Cambodiæ*, quæ  
 Regna per Apostolicam hanc S. Sedem Apo-  
 stolici *Cocinchinæ* pro tempore existentis Vicarii  
 jurisdictioni addicta reperiuntur. Hoc certe  
 quemadmodum Nobis pergratum accidit, ita  
 omnem altercandi deinceps aditum obstruere  
 cupientes, volumus et mandamus ut accedente  
 finium, seu districtuum assignatione a prædicto  
 Vicario facienda, et ab eisdem omnino, uti  
 supra, servanda, Fratres antedicti ad Regna  
*Ciampæ*, et *Cambodiæ* Missionum hujusmodi  
 causa accedentes, nullum penitus, propter hæc  
 Christianæ caritatis sponte suscepta, et omnino  
 imposterum præstanda officia, sibi unquam as-  
 serere, vindicare, et contendere valeant jus  
 privativum, sive directe, sive indirecte, quoad  
 alios Operarios, quos ad eadem Regna per  
 Apostolicum *Cocinchinæ* pro tempore existen-  
 tem Vicarium ordinariam, ut præfertur, juris-  
 dictionem habentem, cum opportunis legitimis-  
 que facultatibus et licentiis, quocumque tem-  
 pore mitti contigerit.

Præmis-  
 sorum  
 omnium

§. 17. Cæterum authentica documenta ante-  
 dictarum declarationum tam Missionariorum Or-  
 dinis Sancti Francisci, quam Seminarii Pari-  
 siensis

siensis, aliorumque, si qui fuerint, Tibi exhibenda, et a Te sub pœnis et censuris, quatenus opus sit, exigenda, postquam acceperis, manu tua singula subscribes, signoque tuo munies, atque ita subscripta, et munita una cum claro distinctoque omnium Ecclesiarum, Residentiarum, et Districtuum, eorumque finium et terminorum catalogo, sive indice, vulgo *Nota*, necnon dilucida amplaque non solum rerum omnium ad conficiendum hujusmodi negotium per Te gestarum, sed etiam rerum omnium ibi gerendarum, ad commissionem mandatumque nostrum, et facultates tuas pertinentium, seu, propter inordinationes etiam confusionesque, atque alia hujusmodi, necessario Apostolicæ nostræ providentiæ supremæque auctoritatis remedio indigentium, relatione, et narratione, insimul conjuncta, quam tutissime, et quanto citius curabis perferenda ad ipsam Congregationem Propagandæ Fidei.

ANNO  
1744.  
autentica  
monu-  
menta ad  
S. Sedem  
transmit-  
tantur.

§. 18. Præclaram vero, quam de Apostolicis Fraternitatis Tuæ virtutibus et laboribus conceptam habemus opinionem, ut magis magisque Nobis probes atque confirmes, oblata occasio, et demandata a Nobis commissio Tibi esse debent acriori incitamento. Nos enim ad præmissa omnia opportune, salubriter, canonice, ac legitime peragenda et præstanda, facultates omnes necessarias et opportunas Tibi tribuimus et imperamus; necnon auctoritate et tenore paribus rogamus iis omnibus et singulis, quæ fortasse constare possent; nostræ nempe, et Cancellariæ Apostolicæ Regulæ, quatenus opus sit, *d jure quæsito non tollendo*, et aliis Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, Ordinationibus, necnon supradictorum Ordinum, Societatis, et Instituti, etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque,

Faculta-  
tes oppor-  
tunæ con-  
ceduntur  
cum clau-  
sulis etc.



PONT. indultis, et Literis Apostolicis in contrarium  
A. V. præmissorum quomodolibet concessis, confir-  
matis, et innovatis, cæterisque contrariis qui-  
buscumque.

Dat. die - Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
26. Nov. sub Annulo Piscatoris die 26. Nov. MDCCXLIV.  
1744. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

*D. Card. Passioneus.*

\*\*\*\*\*

## VICARIO COCINCHINÆ

CXII.

Denunciatur Ablegatio Episcopi Corycensis  
de qua in Superiori.

*Venerabili Fratri Armando Francisco leFebvre  
Episcopo Noënsi Vicario Apostolico Co-  
cincinae.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**Q**UÆ inter ipsos Sacrarum Missionum Ope-  
rarios unius aut alterius Ordinis, Congrega-  
tionis, et Instituti, istic intercesserint dissidia,  
etiam post Decreta a Venerabili Fratre Elzeario  
Francisco des Achards de la Beaume Episcopo  
Halicarnassensi edita, Fraternitati Tuæ præ cæ-  
teris manifestiora sunt: Quæ vero dissidiis hu-  
jusmodi componendis sedandisque hic acta sint  
omnia accipies a Venerabili Fratre Hilario Costa  
Episcopo Corycensi, et Apostolico Vicario Regni  
Tunchini Orientalis. Hunc enim, ut omnem  
plus uni quam alteri partium hac in re con-  
tendentium favendi suspicionem ab integerrima  
probataque Fraternitatis tuæ virtute amovere-  
mus, Nostrum Apostolicum Vicarium, faculta-  
tibus necessariis et opportunis ad conficiendum  
Negotium hujusmodi instructum, per alias no-  
stras in simili forma Brevis desuper expeditas  
Literas, quarum tenorem hic pro expresso, et  
inserto haberi volumus, de particularis Con-  
gregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum  
Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Pro-  
pagandæ Fidei præpositorum consilio, consti-

РОСТ.  
A. V.

tuimus, et deputavimus. De hujusmodi autem deputatione Fraternalitatem Tuam certiozem facientes, Te rogamus, et in Domino hortamur, ac Tibi mandamus, ut illum isthuc advenientem, non solum iis, quæ Venerabiles Fratres Episcopi atque hujus Sanctæ Sedis Administrum in remotissimis præsertim Regionibus commorantes invicem sibi præstare debent, humanitatis, studii, et fraternæ caritatis et concordie significationibus tum privatis, tum publicis excipias; verum etiam, ubicumque opus fuerit, et res postulaverit, omnia eidem nota facere, atque opem, præsidium, auxiliumque tuum commodare satagas et adnitaris. Quas sane debite tuæ erga Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem observantiæ obedientiæque partes majori, quam Nos augurari possimus, alacritate, ac voluntate a Fraternalitate Tua re ipsa explendas, dum Nobis certo pollicemur, Pastorum Principem Jesum Christum, cujus vices immerentes gerimus, supplices poscimus, ut quam certe mandatis Nostris obtemperando a Nobis atque hac Sancta Sede gratiam inibis, uberrima cœlestium charismatum copia cumulet. Interim Apostolicam Benedictionem Fraternalitati Tuæ peramanter impertimur.

Dat. die  
26. Nov.  
1744.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Novembris 1744. Pontificatus Nostrum Anno Quinto.

*Cajetanus Amatus.*

FINIS SECUNDI VOL.

# INDEX

## INITIORUM SINGULARUM CONSTITUTIONUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

|                                 | <i>Pag.</i> |
|---------------------------------|-------------|
| <b>C</b> um illud. LXVIII.      | 5           |
| Quo magis uberes. LXIX.         | 23          |
| Obsurdescit. LXX.               | 29          |
| Avendovi Noi. LXXI.             | 32          |
| Humilitatis nostræ. LXXII.      | 36          |
| Dudum. LXXIII.                  | 45          |
| Ad Supremam. LXXIV.             | 50          |
| Inclytum Fratrum. LXXV.         | 56          |
| Apostolicæ servitutis. LXXVI.   | 59          |
| Quod non humana. LXXVII.        | 74          |
| Nuper ad Nos. LXXVIII.          | 79          |
| Nuper ad sedandas. LXXIX.       | 90          |
| Magna non minus. LXXX.          | 96          |
| Romana Ecclesia. LXXXI.         | 100         |
| Quemadmodum preces. LXXXII.     | 105         |
| Admirabilis sapientiæ. LXXXIII. | 108         |
| Præclara debitæ. LXXXIV.        | 117         |
| Nimiam licentiam. LXXXV.        | 123         |
| Quoniam inter. LXXXVI.          | 135         |
| Demandatam. LXXXVII.            | 148         |
| Aliàs. LXXXVIII.                | 162         |
| Inter omnigenas. LXXXIX.        | 172         |
| Ut primum. xc.                  | 185         |
| Simul ac Nobis. xci.            | 191         |
| Dum nobiscum. xcii.             | 194         |
| Ab augustissimo. xciii.         | 197         |
| Romanus Pontifex. xciv.         | 204         |
| Pastor bonus. xcvi.             | 209         |

|                              |     |
|------------------------------|-----|
| In Apostolicæ. xcvi.         | 231 |
| Sacerdos. xcvi.              | 255 |
| Inter plures. xcvi.          | 264 |
| Si Fraternitas. ic.          | 284 |
| Apostolica Indulta. c.       | 288 |
| Litteras Fraternitatis. ci.  | 299 |
| Eximii. cii.                 | 302 |
| Cum semper. ciii.            | 304 |
| Fructuosa. civ.              | 319 |
| Paternæ charitatis. cv.      | 329 |
| Inter conspicuos. cvi.       | 335 |
| Omnium sollicitudinum. cvii. | 369 |
| Quoniam ita. cviii.          | 429 |
| Firmandis. cix.              | 441 |
| In suprema. cx.              | 458 |
| Quantopere charitas. cxl.    | 465 |
| Quæ inter. cxii.             | 483 |



---



---

# INDEX

## ARGUMENTORUM EARUMDEM CONSTITUTIONUM

### ANNO MDCCXLII.

#### PONTIFICATUS ANNO III.

- LXVIII.** **D**E concursu, et examine habendo pro Parochialium Ecclesiarum collatione : De appellationibus ab irrationabili Ordinarii judicio admittendis, vel rejiciendis. 14. *Decembris.* 5
- LXIX.** Vota simplicia in Congregatione Missionis emissa; a nemine quacumque ex causa; præterquam a Romano Pontifice, aut a Superiore Generali Congregationis in actu dimissionis tantum, dissolvi posse statuitur. 18. *Decembris.* 23
- LXX.** Consecratio Hieronymi de Bock in Pseudö-Episcopum Harlemensem damnatur; et excommunicationis, ac suspensionis sententia in ipsum pronuntiatur. 20. *Decembris.* 29

### ANNO MDCCXLIII.

- LXXI.** Reos convictos per indicia indubitata, quamvis non confessos, poenis ordinariis multandos esse statuitur. 2. *Januarii.* 32
- LXXII.** Privilegia, et exemptiones Almae Domus Laurentanae, nec non resolutiones dubiorum, et controversiarum jurisdictionalium in Synopsim redacta approbantur, et confirmantur. 7. *Januarii.* 36
- LXXIII.** Ut præstationes post obitum S. R. El Cardinalium Magistris Cæremoniarum persolvi solite;

- deinceps a singulis Cardinalibus in sua ad Cardinalatum promotione solvantur. 14. *Februarii*. 45
- LXXIV. Ecclesiæ Papiensi perpetuo unitur Archiepiscopatus Amasiensis in partibus Infidelium: aliaque privilegia confirmantur, et respective conceduntur. 15. *Februarii*. 50
- LXXV. Concionatoris Apostolici munus Ordini Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum perpetuo addicitur. 2. *Martii*. 56
- LXXVI. Epistola Decretalis in causa jurisdictionali jamdudum pendente inter Episcopum Conversanum, et Ordinem Militarem S. Joannis Hierosolymitani. Expenditur vis possessionis quadragenariæ, et immemorabilis. Indulta Apostolica, et Episcoporum cessiones quatenus jurisdictionem activam, vel exemptionem passivam dumtaxat importent etc. sententia fertur pro Episcopo Conversano, et opportunis Decretis, et clausulis munitur. 14. *Martii*. 59
- LXXVII. Electio, seu postulatio duorum Patriarcharum Maronitarum ab Antistitibus illius Nationis dissidentibus facta cassatur, et annullatur, reservata S. Sedi Patriarchalis Ecclesiæ provisione, 13. *Martii*. 74
- LXXVIII. Maronitarum Patriarchalis Ecclesia Antiochena Auctoritate Apostolica, et jure devotionis providetur in personam Simonis Evodii Archiepiscopi Damasceni. 16. *Martii*. 79
- LXXIX. Ad Monitarum Nationem Commissarius Apostolicus ablegatur pro præmissorum, aliorumque Apostolicæ Sedis mandatorum executione, cum facultatibus opportunis. 16. *Martii*. 90
- LXXX. Electio Patriarchæ Maronitarum a Pontifice facta, et ablegatio Commissarii Apostolici Archiepiscopis, et Episcopis ejusdem Nationis denunciatur. 16. *Martii*. 96
- LXXXI. Dignitas protopape in Ecclesia Collegiata S. Mariæ del. Grafeo Messanen. ejusdemque libera electio, necnon Ritus Græco-Latini etc. 18. *Martii*. 100
- LXXXII. Ecclesiastica auctoritas in designandis publicarum precepcionum formulis, et in eisdem indicendis asseritur. 23. *Martii*. 105

- LXXXIII. De Die Natali BB. Apostolorum Petri, et Pauli per totam Octavam Romæ solemniter celebrando. 1. *Aprilis*. 108
- LXXXIV. Auditoribus Causarum Sac. Palatii Apostolici conceditur delatio Roccheti etiam in accessu ad Cappellas, functiones etc. et in recessu etc. 10. *Aprilis*. 117
- LXXXV. Matrimoniorum firmitati consulendo damnantur, et annullantur pacta inter Conjuges inita de non appellando a sententia lata pro Matrimonii nullitate: Confirmatur Constitutio edita super hujusmodi judiciorum forma: Ecclesiasticæ disciplinæ observantia in Matrimonii celebratione commendatur. 18. *Maji*. 123

## PONTIF. ANNO IV.

- LXXXVI. Militiæ Hierosolymitanæ, et incolis Insularum ipsius Ditioni subjectarum plura Indulta conceduntur ad formam Bullæ, quæ dicitur *Cruciatæ*. 16. *Decembris*. 135
- LXXXVII. Decreta de Ritibus Græcorum Melchitarum Patriarchatus Antiocheni de jurisdictione Patriarchæ, et Episcoporum ejusdem Nationis, deque Monachorum, et Monialium disciplina in unum collecta promulgantur. 24. *Decembris*. 148

## ANNO MDCCXLIV.

- LXXXVIII. Constitutio contra Homicidas a Clemente XII. edita pro Ditione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ extenditur ad Loca Dominiæ Reipublicæ Lucanæ in his, quæ pertinent ad Immunitatem personalem et localem. 24. *Januarii*. 162
- LXXXIX. Decreta super pluribus Disciplinæ Capitibus pro Incolis Regni Serviæ, et finitimarum Regionum. 2. *Februarii*. 172
- xc. Sæcularizatio aliquot Ecclesiarum Germaniæ, aut earundem reddituum imminutio a quibusdam proposita reprobatur, et nunquam toleranda edicitur cum admonitione ad Germanorum Antistites. 15. *Februarii*. 185



- xcI.** Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Patavinæ nonnulla Indulta, et Privilegia conceduntur, 22. *Februarii.* 191  
**xcII.** Antiocheno Patriarchæ Græcorum Melchitarum transmittitur Pallium, communionis tessera, ac Dignitatis insigne, adjectis mandatis, et conditionibus opportunis. 29. *Februarii.* 194  
**xcIII.** Contra surripientes, vel asportantes, aut apud se retinentes Sacras Hostias, vel particulas consecratas. 5. *Martii.* 197  
**xcIV.** Revocatio communicationis Indulgentiarum inter Confratres B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, et Tertiarios S. Francisci aliàs a Clemente XII. concessæ. 12. *Martii.* 204  
**xcV.** Facultates Majoris Pœnitentiarii, et Officii Pœnitentiariæ. 13. *Aprilis.* 209  
**xcVI.** De Pœnitentiariæ Apostolicæ Officialibus, eorumque muneribus. 13. *Aprilis.* 231  
**xcVII.** Contra non promotos ad Sacrum Presbyteratus ordinem Missam celebrantes, aut Sacramentales confessiones excipientes. 20. *Aprilis.* 255  
**xcVIII.** Confirmatio Unionis Omnium Monasteriorum Ordinis S. Basili Magni, Ruthenorum tam Lithuanicæ, quam Russiæ, seu Poloniæ, in unicam Congregationem duabus Provinciis compositam. Accedunt plura decreta ad ipsius Ordinis regimen pertinentia. 2. *Maji.* 264  
**xcIX.** Declarantur quæstiones circa jejunii leges a Summo Pontifice instauratas propositæ. 8. *Julii.* 284  
**c.** De Indultis Apostolicis eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum pro absolutione a criminibus, aut censuris reservatis etc. 5. *Augusti.* 288  
**ci.** Maronitarum Patriarchæ Antiocheno a Summo Pontifice electo, et a dissidentibus ejusdem Nationis Antistitibus agnito transmittitur Pallium, aliaque mandata, et facultates committuntur. 11. *Augusti.* 299  
**cII.** Maronitarum Antistites ob duplicem Patriarchæ electionem antea dissidentes, quod, præstita mandatis Apostolicis obedientia, ad unitatem redierint, collaudantur etc. 11. *Augusti.* 302

## PONTIF. ANNO V.

- ciii. De applicatione Missæ Parochialis pro Populo ;  
Conventualis vero pro Benefactoribus Ecclesiæ.  
Item de Divinæ Psalmodiæ cantu. 19. *Augusti.* 304
- civ. Commendandum Militiæ SS. Mauritii, et Lazari  
faciliori erectioni consulitur. 23. *Augusti.* 319
- cv. Ut in Civitate Senogalliensi tempore Nundina-  
rum diebus Festis de Præcepto a servilibus operi-  
bus abstinenceatur : Prorogatur tempus ad dictas  
Nundinas per alios quinque dies peragendas ;  
Privilegia confirmantur, et ampliantur. 24. *Augusti.* 329
- cvi. Confirmatio Privilegiorum, indultorum, et  
jurium Collegii Advocatorum Consistorialium, et  
de eorum muneribus, cum nonnullis definitioni-  
bus, et ordinationibus. 25. *Augusti.* 335
- cvii. De Ritibus, cæremoniis, usibus, et consuetu-  
dinibus in Regnis Madurensi, Mayssurensi, et  
Carnatensi Indiarum Orientalium observandis,  
seu vitandis, permittendis, aut abolendis : Con-  
firmantur Prædecessorum Decreta : Et ad nova  
Postulata dantur opportunæ declarationes, et  
responsiones. 12. *Septembris.* 369
- cviii. Approbatio Cultus ab immemorabili tempore  
exhibiti B. Nicolao Albergati S. R. E. Cardinali,  
et Episcopo Bononiæ ex Ordine Cartusianorum.  
6. *Octobris.* 429
- cix. De jurisdictione Episcoporum quoad Ecclesias  
Parochiales Regularium, et Personas Curam ani-  
marum subditorum sæcularium in eis exercentes.  
6. *Novembris.* 441
- cx. Jubilæum pro Christifidelibus Italiæ, et insu-  
larum adjacentium, Divinam opem implorantibus  
pro pace inter Principes Christianos, et aliis  
Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus. 20. *Novembris.* 458
- cxI. Controversiæ circa regimen Missionum in Re-  
gno Cocinchinæ existentium, earumque limites  
dirimuntur. 26. *Novembris.* 465
- cxii. Vicario Cocinchinæ denuntiatur Alegatione Epi-  
scopi Corycensis, de qua in Superiori. 26. *No-  
vembris.* 483